BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
18 K
11 14

12
7
C
24

# SCHOLA JURE-CONSULTORUM MEDICA,

RELATIONUM

libris aliqvot comprehenſa,

qvibus

PRINCIPIA

Medicinæ in Jus tranſſumta ex profeſſo examinantur.

Autore

D. THOMA REINESIO,

olim Archiatro, Poliatro, atq; Conſule Altenb.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

---

LIPSIÆ,

Impenſis JOHAN. CHRIST. TARNOVII.

Literis CHRISTIANI MICHAELIS,

Anno 1679.

# L. B. S.

INter ἀνέκδοτα Clariſſimi Reineſii ſcripta, non minimæ utilitatis qvoqve eſt hoc, qvod juſto Emtionis Titulo poſſidens, uſibus tuis, Lector Benevole, non ſine ſumtibus prodiri nunc curo, *Schola* videl. *Jure-Conſultorum Medica*, qvam, ut & Præfationem ab Autore ipſo, qvaſi per Sciagraphiam ſic delineatam, in nullo qvidem Apice, mutare fuit animus, ne Nobiliſſimi Autoris intentionem hac in parte offenderem. Qvod ſi ad palatum tuum hoc, qvicqvid eſt operis, fore obſervavero, impoſterum allaborabo, ut reliqva etiam in Scriniis adhuc occluſa manibus tuis verſanda tradantur. Nunc pancratice vale, atqve hæc boni conſule. Dab. Lipſiæ d. 2. Febr. Anno CIↃ IↃC LXXIX.

*Joh. Chriſtoph. Tarnovius*
*Bibliopola Lipſ.*

BIBLIOTECA NAZ. ... EMANUELE ...

# PRÆFATIO AUTORIS.

NOtiſſima, in vulgus etiam, ſunt Jurisprudentiæ Stamina ac Principia videl. *Honeſte vivere, neminem lædere, atqve ſuum cuiqve tribuere*: qvæ ſumma etiam cum diligentia à Cordatioribus JCtis, ratione Executionis, in Praxi forenſi, fuerunt huc usqve obſervata. Utut vero hæc ita ſe hactenus habuerint, & adhuc ſeſe habeant, non tamen ea ſemper ad uſum revocari valent, niſi tractâ ſimul in adjutorium Medicinâ, ſub qva Phyſicorum Problematum Reſolutionem qvoqve complector; Siqvidem, reapſe Phyſica à Medicina non differt, nec hæc ab illa, niſi forte qvibusdam diſtinctionibus, qvæ tamen non ſemper habent fundamentum in Re. Probationis ergo (ut aſſertionem meam vindicem) adducam brevibus nonnulla, qvibus intentio mea patebit abunde.

Qvomodo Juris-Conſultus ſciet, aliqvem ab altero fuiſſe ita læſum, ut etiam juxta proportionem Reo pænã irrogare poſſit, niſi prius conſuluerit oracula medicorum? declarat hæc unica,

nica, ſed intricata, qvæſtio, de vulnerum Lethalitate, qvæ tàm latè nunc patet, ut qvoqve de leviſſima Contuſione proximo illata, ſtandum ſit ab Epicriſi medica. Qvam ardua vero hæc ſit, reſpectu determinationis, norũt illi ſolùm, qvorum manibus Tragici caſus ſubinde obverſantur; porrò: qvomodo cuilibet *ſuum*, i. e. famã, hereditatem &c. tribuet, ſi neſcit, an infans ſit legitime conceptus, nullâ factâ nuptiarum anticipatione à tempore ſponſaliorum contractorum, qvomodo de qvalitate infantis judicabit qvis, ratione *Legitimitatis*, qvi Terminum Partûs exacte non habet cognitum? recurrendum hic iterum ad Naturæ Myſtas, *Medicos* intellige, qvi Experientiâ duce (non autoritate) qvicqvid hac in parte ſpinoſum, extricare ſolent.

E qvibus omnibus ſumma elucet Cognatio & Affinitas Jurisprudentiæ cum Medicina, dum hujus ſuccenturiatâ operâ illa qvotidie uti cogitur, non ſolum ordinante ſic Alma Rerum matre, Natura: verum etiam jubente ſummo Magiſtratu Loci cujuslibet.

Qvoniam vero Adminicula ſua, Juris-Scientia, qvibus initi poteſt, mutuatur ex Phyſica, vel uno verbo, ex medicina, danda omnino Medicis ſedula eſt opera, ut artis ſyſtema, qvantum poſſibile, à falſis hypotheſibus Antiqvorum liberent, ne falſum principium pro vero ex Medicina in Leges transſumant Jureconſulti. Nam, ſi Canon eſt falſus, qva ratione id, qvod juxta hunc dirigitur, falſitate carebit?

Patet hoc ex ff. ubi qvæſtio inſtituitur, utrum filius, cujus Pater, relicta muliere gravida, decedit, ex cauſâ hereditaria, totum hoc, qvod Patri debitum fuiſſet, petere poſſit? Julianus negat his verbis: verius eſt, filium eam partem perdidiſſe, pro qva heres fuiſſet, anteqvã certũ fuerat, neminem naſci, aut qvartam partem, qvia tres naſci, aut ſextam, qvia qvinqve naſci potuerunt. Rationem decidendi ſi attendas, fundatur autoritate Ariſtotelis. Nam pergit Julianus ita: Ariſtoteles ſcripſit, qvinqve naſci poſſe, qvod vulvæ Mulierum totidem Receptacula habent, & eſſe Mulierẽ Romæ Ale-

Alexandrinam ab Ægypto, qvæ qvinqve ſimul peperit, & tum habeat incolumes, & hoc in Ægypto affirmatum eſt mi hi.

Hæc, ſi qvis JCtorum habeat pro avthenticis, aut pro veris, revera impinget in principium Juris, ſuum cuiq; hac ratione non tribuet, non qvidem ex malitiâ, ſed, dum, malâ perſvaſione adductus, hæc qvæ Julianus referendo ex Ariſtotele intulit in Corpus Juris, habet pro indubitatâ veritate.

Videndum autem qvid juxta Rationis & Experientiæ ductum, ſana dictitet Medicina? Certè ignorat hæc tot Receptacula (Gloſſa habet acetabula, vel Cotyledones uteri, & Receptacula, pro Synonymis, ſed perperam.) in Matrice mulierum, ignorat etiam, qvod fœmina (exceptis Gemellis) ſit animal πολυτόκον naturaliter: qvod autem præternaturaliter, & qvaſi per Portentum (Gloſſa hæc viciſſim inter ſe invicem, male commiſcet) numeroſam ſobolem Mulier edere poſſit, nemo qvidem ex Proſapia Medico-

rum it inficias: ſolummodo eſt in qvæſtione, an JCtus citatam legem debeat decidere juxta id, qvod mulieri ſecundum naturam contigit? vel ſecundum illud, qvod eidem obvenit præter naturam? ubi concors erit Medicorum ſententia: Legem iſtam explicari, & applicari debere, ſecundum ea, qvæ fœminis accidunt juxta naturæ curſum ordinarium, nam qvicqvid præter hunc interdum contingit ſexui ſeqviori, eſt vel morbificum, vel portentoſum, aut miraculoſum. Ideo Julianus Filio debitum patris petenti, procul dubio feciſſet injuriam, minus ſcil. tribuendo, qvam par fuerat, & male utiqve fecit, qvod medicorum Conſilia præterierit, vel: non videmus, qvo fundamento juris, actionem Plus-petitionis, declinare voluiſſet?

Hinc, qvicqvid Gloſſa ordinaria ad hanc Legem ex Plinio, Ariſtotele & Alberto Magno affert, ſint ἀλλώτρια. Inſuper Juliani relatio, & illatio, iſthâc falſâ nititur hypotheſi, ac ſi Ægypt⁹ ob Nili fœcunditatem, ad πολυτοκίαν aliqvid faceret, qvod iterum falſum reſpectu

conceptionis, & generationis, nam Natura æqvè eſt efficax in hiſce Regionibus, qvam in Ægypto, modo cætera ſunt paria! Fœcundet Nilus agros, ſed ob id non ſtatim fœcundabit uteros mulierum, niſi poſſis ſuſtinere ſimul, Copulam apud Ægyptios propter Nili fœcunditatem, non amplius eſſe in uſu, qvod ἄλογον. Tandem iſte Legis interpres, Julianus, ſolum teſtis eſt de auditu, qvem Gloſſa admittit, an vero plenarie probet? eſt iterum qvæſtionis: Medici dicunt qvod non. Etenim, qvicqvid Avtopſia, & ex hac Ratio & Experientia non aſſerit, in negotio partûs, & aliis Controverſiis medicis, omnino admittendum non eſt, niſi velimus enormes injurias, etiam ſcientes qvaſi, proximo noſtro inferre. Sic audim⁹ ſæpius citari in ff. d. ſtatu hominis libros Hippocratis de Septimeſtri partu à JCtis, qvo partum octimeſtrem ex cenſu legitimorum eliminare contendunt, ſed maximâ ut plurimum Injuriâ eorum, *qvorum* inter eſt, neſcitur ſiqvidem adhuc, uter librorum de Partu Septimeſtri ſit ſpurius, vel genuinus

Hippocratis? præterea, hoc Coi aſſertum præter Rationem,&Experientiam (ſine qva Medicus nihil ſtatuere debet) prolatum eſt.

Pœnarum irrogatio non ſemper,& præciſe ab arbitrio judicis depēdet, ſed ex parte qvoqve à ConſiliisMedicorū, formetur qvæſtio de Infanticida Melancholica i. e. delirante, i. e. non ex proæreſi agente, nam hoc Conceptu Medico proprie Melancholia, vel delirium denotatur.

JCtus qvidam Excellentiſſimus, & in Germania noſtra ſatis illuſtris, multum hic tergiverſatur, multum proferendo ex Sennerto, de humore Melancholico,qvod qvidem ſalubriter corpori humano,is datus ſit,qvando v. in atram bilem (Melancholia, in Melancholiam) aut plane in venenum degenerat, morbum ſcribit, excitari, qvē Melancholiam primariam vocant Medici, qva Cerebrum per ἰδιοπάθειαν afficitur, & poſtqvam hæc præmiſit, concludit tandem: Infanticidam talem ab or-

ordinaria qvidem h. e. à Culeo, non tamen à capitis pœna liberari. Medici oculatiores huic ſententiæ reclamant, qvoniã humor Melancholicus (prout deſcriptus) nullibi in Corpore hominis reperitur, ergo nec in atram bilẽ (qvod ἄτοπον) nec in venenum, degenerare poteſt. Sed poſito (qvod conceditur) cerebrum in Melancholia ſic deſcripta, primario affici, evincitur tamen iterũ, tales infanticidas non ex Proæreſi infantem interfeciſſe, qvî ergô pœnæ gladii ſubjiciendæ? non liqvet, loqvor autem de illis ſolum, qvæ in actu melancholiæ vel delirii tam atrox facinus patrant, nam de illis, qvæ extra tempus furoris talia committunt, qvæſtio eſt ſalva.

Non minori cura debet etiam Magiſtratus (hic enim Judicis vel Jure-Conſulti perſonam repræſentat) Hyſtericas, & gravidas mortuas, reſpicere. Etenim, licet hyſterica Paſſione qvaſi extinctæ & prorſus ſuffocatæ videantur, reverà tamen ſemper non ſunt mortuæ, ideo, ante ſeptimum non ſepeliendæ, multo minus ſecandæ,

ne

ne nobis accidat idem qvod Veſalio in Hiſpania. Gravidæ autem ſi mortuæ fuerint, ſecandæ utiqve, minimè ſtatim ſepeliendæ, nam non ſeqvitur infallibiliter, mortua matre, ſimul qvoqve ſemper eſſe extinctum fœtum, qvoniam hæc opinio nititur iſto fundamento, ac ſi fœtus anima, & matris, eſſet numero eadem, qvod oppido falſum, nam fœt⁹ peculiarem habet, mater etiam propriam animam. Deplorandum itaqve qvod ſæpius damnetur tenebris Embryo, anteqvam lucem videat, atqve ſpes animantis (adde etiam, Hereditatis, qvâ Pater h. m. privatur) cum gravida pereat. Recte proin Lex Regia, mulierem, qvæ prægnans mortua, anteqvam partus ei excidatur, ſepeliri prohibet. Teſtis eſt Valerius Maximus, qvi exemplo Gorgiæ Epirotæ, qvicqvid hactenus dictum, graphicè declarat: Hic in funere matris ſuæ utero lapſus, inopinato Vagitu ſuo Lectum ferentes, conſiſtere coëgit, novumqve ſpectaculum Patriæ præbuit, ex ipſo genitricis Rogo Lucem

l. 2. ff. de mort. infer. l. 1. c. ult. p. 57.

cem & cunas aſſecutus; eodem enim momento temporis altera jam fato functa parit, alter vero citius elatus, qvàm natus fuit.

Hæc, & alia ſexcenta ſunt, qvæ movere debent Cauſſarum patronos, ut Hypotheſes medicorum diligenter in ferendis ſententiis examinent, nec ſemper ſubſiſtant, in Caſuum identitate, minima qvandoqvidem circumſtantia Rem totam variat, utqve potius, in dubiis illorũ judicia reqvirant, ſic Aſtrææ vigor atqve Tenor ſemper ſalvus atqve incolumis perſtabit.

Qvæ omnia qvoqve impulerunt me, ut Scholam hanc *Jure-Conſultorum Medicam*, aliqvot Relationum Libris comprehenſam, concinnarẽ, adjiciendo præter alia, hæc etiam, qvæ ex Praxi mea ſatis laborioſa, & ultra X Luſtra durante, ſubinde obſervavi, qvibus non modo dubia ferme omnia in medicis Caſibus orientia, diſcuſſa ſatis, ſed etiam Hypotheſes veterum Medicorum, pro ea, qva me decet

Par-

Parrheſia, modeſte caſtigatas Lector cordatus deprehendet; atqve hoc ipſo etiam Juris Principia intemerata me obſervaſſe dicet, dum, qvoad poſſibile, honeſte vivendo, neminem læſi, ſed potius ſuum cuiqve contribui.

Dab. Lipſ. è Muſæo ipſis Calendis Jan. Anno CIƆ IƆC LXI.

Th. Reineſius D.



*Thomas Reineſius Phil: et Med: D: etc:*

# DE RELATIONIBUS MEDICORUM

## *LIBRI PRIMI*

## SECTIONIS PRIMÆ
## De Locorum ſalubritate,

## *CAPUT I.*

## Qvomodò à vario Cœli adſpectu, Terrarum loca afficiantur?

*Scribendi occaſio.*

LOcorum ſalubritatis tractatio, & medica eſt: & *medicis* qvoqve *relationibus* non rarò materiam præbet: ſiqvidem eo in loco exulare qviſpiam, aut utcunqve eſſe compellitur, à qvo ſibi, cùm dubiæ valetudinis ſit, non mediocriter metuat. Qvanqvam non illa tantùm anguſtis his limitibus continetur: ſæpè enim ab his qvoqve, qvi civitatis rem gerunt, atqve à principibus viris, de hac re ſtudioſè perqvirimur: ſive urbes condere, ſeu regias, baſilicáſve, aut publica valetudinaria conſtruere: ſive alia qvævis ædificia ad communem uſum qvoqvo modo ſtatuere neceſſe ſit.

His autem extruendis operibus etſi architecti adhiberi ſolent, qvi urbium, aut ædium partes aptè conſtituant, diſponantqve: attamen ubicunqve valetudinis ratio habenda eſt, medici ſuo jure accerſuntur: ut locorum conditio, atqve natura, qvatenus prodeſſe, aut obeſſe corporibus valeant, exactiùs dijudicent. Qvocirca ipſi etiam architecti, ut medicam facultatem aliqva ex parte condiſcant à præcipuis ejus disciplinæ *magiſtris* (*Vitr. lib. 1. cap. 1.*) admonentur.

Præterea vitæ moribus inſtituendis, intelligentiæqve comparandæ non mediocriter habitationis temperies, ut perhibet *Plato*, (*5. de rep.*) conducit: ut jam videas, non corporibus ſolùm, ſed animis qvoqve utilisſimam hanc eſſe notitiam.

Hujusmodi autem referendi genus etſi minùs freqvens inter medicos agitari ſolet: in uſum tamen venit aliqvando; eoqve graviores, doctioresqve exigit viros, qvò minùs nota, vulgataqve iſta ſolet eſſe cognitio. Ergò ut variæ locorum conditiones omni ex parte innoteſcant: jam per ſingulas cauſas, à qvibus affici loca, ac variari contingit, ſic præſtat rem omnem expendere.

Cœli aſpectus, qvantum ad locorum attinet ſalubritatem, qvadruplex eſt: qvod nimirùm qvatuor ſint terrarum partes, qvæ magis inſignes, ac propriis qvibusdam temperamentis donatæ

natæ eſſe videntur. Primo ad meridiem ſpectat: ſecundus ad aqvilonem: qvorum ille etiam ſurſum: deorſum hic *Ariſtoteli* (*2. Cœli text. 15 etc.*) locatur: tertius ad ſolem originem vergit, qvi & ipſe dexter dicitur: poſtremus ad occidentem, qvi ſiniſter. Effinxit enim Philoſophus ſupinum hominem univerſo terrarum orbi adjacentem, cujus pedes ſeptentrionem attingant: caput ſubjectum polum: & jam etiamdextra manus ad orientem, ſiniſtra ad occidentem protenſa ſit oportet. Verum exortus & occaſus mobiles, & varii ſunt: meridies ſeptentrionesqve ſtatu perpetuo manent. Oritur enim ſol non indidem ſemper, ſed aut æqvinoctialis oriens dicitur: cum ſcil. diei, aut noctis æqvum eſt ſpatium: aut ſolſtitialis, in longisſimo nimirùm anni die, aut brumalis, in longisſima nocte. Item, cadit ſol non in eundem ſemper locum: fit enim ſimiliter occaſus ejus aut æqvinoctialis, aut ſolſtitialis, aut brumalis. Ergò his ita conſtitutis, cœli aſpectus, qvi ad meridiem convertitur, ſeptentrioni averſus, *homines* facit humida capita (*Hipp. de aëre loco etc. c.2.*) ac pituoſa, habentes: undè omnium morborum, qvi à defluxione originem habent, plurima accedit occaſio. Prætereà putredinoſis affectibus promptè hunc ſitum objectum eſſe deprehendimus: nam hoc etiam experimento *compertum* eſt, (*Vitruv. lib. 1. c. 4.*) granaria, ac cellas vinarias, qvæ ſolis curſum ſpectant, cito ſuam bonitatem mutaras

& fructus, qvi in futuram hyemem aſſervantur, diutius perdurare, ſi eandem cœli aſpectum declinent. Qvæ autem regio ad ſeptentrionem converſa eſt, hoc nobis ad valetudinem præſtat, (*Hippoc. ut ſuprà.*) *qvod* vegetos & ſiccos homines facit: bilioſosqve magis, qvàm pituitoſos, planeqve longævos. Nam & Britannos, qvi ſub urſis degunt, *legimus*, complures centum viginti annos perdurare: (*Plut de hiſt. phil. in ul.*) qvando Æthiopes vix ſexaginta attingant.

Neqve eſt, cur *Galenum* (*de ſanit. tuend. c. 11.*) objicias mihi, qvi humidum temperamentum omnium laudatisſimum eſſe, & qvi maxime humidi ſunt, eos etiam maximè eſſe longævos aſſirmavit: ut jam propterea ſeptentrionis loca, qvæ ſiccisſima ſunt, vitæ diuturnitati plurimum adverſari dicendum ſit. Nam qvanqvam his in locis ambiens nos aer & frigidior, & ſiccior ſit æqvo: attamen id ipſum facit, ut nativus corporum calor, atqve humor, qvi reverà omnium animæ actionum eſt autor, intus vivacior fiat, atqve uberior, nullo externo æſtu diſſolutus, imminutusq;. Qvamobrem qvod per ſe aliqvando deſtruit frigus, id per accidens ſtruit: atqve idem diverſa licet ratione contrariorum eſt cauſa. Notumqve illud eſt *Ariſtotelis*, (*14 probl. 8.*) illos, qvi calida loca inhabitant, ſuâ naturâ eſſe frigidiores: qvi frigida, calidiores. Hæc eadem etiā ſeptentrionalia loca incolis multam præſtare concoqvendi bonitatem, ac paucisſimos morbos

morbos ferre, teſtis eſt *Avicennas. (2.p. doc. 2.c.11.)* Ergò ſalubris ad valetudinem hic fuerit locus: nam & *Ariſtoteles, (7. politicor. c. 11.)* cùm ſanitatis cauſa ſitui urbium, qvæ ad orientem expoſitæ ſunt, primas tribuiſſet, proximum deindè illis locum dedit, qvæ ad Boream vergunt.

Qvæ autem regio ad orientem ſpectat, & qvæ interpoſitis montibus ab occidente ſecluſa eſt, omniũ ad valetudinem maximè accommodata *Hippocrati* eſt: is enim locus moderatam ſemper ſentit caliditatem, ideoqve veri qvàm maximè ſimilis exiſtit: ac pauciores omnino, mitioresq; fert ægritudines: adeò ut in his etiam locis obſervent *nonnulli, (Raſis 17. cont. c. 6.)* morboſas aëris mutationes parùm nocere poſſe, qvas tamen damnoſisſimas ſemper alibi experiri ſolemus. Tam æqvalis enim ibi cœli temperies eſt, tam planè inculpata, ut alienas impresſiones nec admittere, nec retinere diu posſit. Cur autem ſitus hic omnium ſaluberrimus exiſtimetur, tempeſtivæ ſolis actiones in cauſa ſunt: is enim dum effertur, ac noſtrum orbem perluſtrat, qvicqvid humidæ evaporationis noctu circumfunditur terris, ſtatim attenuat, ac diſcutit, & tandem omnia, cum maximè opus eſt, reddit puriora. Sed præterea alio etiam commodo, qvæ ſoli orienti expoſita eſt domus, perfruetur, qvòd nimirum hyberno tempore ſemper aprica eſt, æſtivo in umbra: ideoqve optimè *Varro (1. de re ruſt. c. 12.)* villam ſuam ita conſtituit, ut ad exortûs æqvi-

noctiales converſa ſit: *nam* (inqvit) *æſtate habet umbram, hyeme ſolem.* Qvæ autem civitates ad occaſum pertinent, ſitu ſunt morboſisſimo, inqvit *Hippocrates*: ibi enim impurum aërem, ac putredini aptisſimum eſſe: ac cur ita ſit, planè etiam à ſole habet, qvi radios ſuos caloremqve tardè illuc transmittit: neqve nocturnos vapores diſſolvere, aëremqve depurare ſatis valet. Ideoqve etiam æſtate matutinis temporibus auræ frigidæ ſpirant, & ros decidit: ac de cætero Sol occidens homines percoqvit.

Satis igitur ex his conſtat, orientalem aſpectum in univerſum ſaluberrimum eſſe: deterrimum vero occidentalem: inter hos autem conſiſtere, qvi ad boream, atqve auſtrum vergunt: qvorum tamen ſalubrior eſt borealis, minùs ſalubris, qvi ad meridiem convertitur. Sed hæc univerſim qvidem vera ſunt: attamen fieri interdum poteſt, ut diverſa ſitûs ratio alicubi magis commendetur.

Etenim, ut doctè ſcripſit *Vitruvius*, (*lib. 1. c. 1*) aliter Ægypto, aliter Hiſpania: non eodem modo Ponto: disſimiliter Romæ: item cæteris terrarum, & regionum proprietatibus oportere videntur conſtitui genera ædificiorum: qvòd alia parte Solis curſu premitur tellus: alia longè ab eo diſtat: alia per medium temperatior. Igitur uti mundi conſtitutio ad terræ ſpatium, inclinatione ſigniferi circuli, & ſolis curſu, diſparibus qvalitatibus naturaliter eſt collocata: ad eundem

dem modum etiam ad regionum rationes, cœliqve varietates videntur ædificiorum debere dirigi collocationes. Qvamobrem non ſolum in diverſisſimis, longeqve à ſe disſidentibus terrarum ſpatiis; ſed alibi etiam, ubicunqve frigoris calorisqve diverſa vis eſt: ſive hoc à ſolis aſpectu, ſive aliundè proveniat, varia eſſe ſolet domûs collocandæ ratio. Ergò ex his non rarò evenit, ut commodior multò ea ſit regio, qvæ ad meridiem, qvàm qvæ ad boream ſpectat: illo nimirum in tractu, undè Sol longè diſtat, atqve ubi moleſtisſima frigora ſentiuntur.

Qvanqvam enim auſtrum calidius ſit æqvo: attamen in frigidisſimo loco vis ejus attemperatur, ac, qvantum huc pertinet, in æqvilibrio rem ponit: cùm interim ſeptentrionalis violentia ibi tolerari vix posſit. Atqve idcirco optimè *Palladius*, (*lib.* 1. *tit.* 7.) *poſitio* (inqvit) *agri in frigidis provinciis orienti, aut meridiano lateri debet eſſe oppoſita: ne alicujus magni montis objectu, his duabus partibus excluſis, algore rigeſcat: aut per partem ſeptentrionis remoto, aut per occidentem in veſpera ſole dilato. In calidis verò provinciis pars potiùs ſeptentrionalis optanda eſt, qvæ & utilitati, & voluptati, & ſaluti æqva bonitate reſpondeat.* Ac *Plinius*, (*lib.* 1 *c.* 5.) *villa* (inqvit) *ſpectare in æſtuoſis locis ſeptentriones debet: meridiem in frigidis: in temperatis exortum æqvinoctialem.*

Præter hæc verò alia etiam eſt ratio, cur interdum auſtralis aſpectus ſeptentrionali ſit præfe-

rendum. *Salubribus locis*, inqvit *Columella*, (*lib. 1. c. 5.*) *ad orientem, vel meridiem, gravioribus, ad ſeptentrionem villa convertitur: nec quidem injuriæ: nam vitia in ſalubrium locorum aut ſeptentrionalibus ventis deturbantur, aut coërcentur frigore: cum tamen præſtet interim temperatas regiones medium frui temperie: quæ ab oriente præſertim petitur.* Ideoqve paulò poſt id ſolum ſummè idem deteſtatur, qvod eſt remotum, & ſinultrum ſoli, qvod ferè peſtilens vocat: *nam quod* (inqvit) *apricis flatibus caret, nulla alia vis poteſt nocturnas pruinas, & qvodcunqve rubiginis, aut ſpurcitiei reſedit, ſiccare atqve detergere,* (*lib. 1. c. 8.*) Ergò ita ædificium *locat*, ut totus fabricæ tractus unius lateris longitudine, in qvo frons erit, meridianam partem reſpiciat, in primo angulo excipiens ortum ſolis hyberni, & paululum ab occidenti averſetur hyemali: ita proveniet, ut per hyemem ſole illuſtretur,& calores ejus æſtate non ſentiat. Sunt etiam regiones nonnullæ ſitui expoſitæ meridiano, ad qvas qvoniam indidem ſvavisſimæ, ac ſalubres auræ a vicinis locis freqventer ſpirant, ideò hoc ipſo longè erunt aqvilonaribus præſtantiores: nam qvicqvid bonitatis inſalubrior fortaſſe detrahit aſpectus, illud magno fœnore regionalis venti commoditas rependit.

Prætereà *etesiæ*; (placidisſimi hi ſunt venti, æſtate qvotannis perflantes: ) in Hiſpania, & Aſia ab oriente ſpirant: in Ponto ab aqvilone: reliqvis in partibus à meridie. (*Plin. lib. 2, c. 47.*)

Qvis

Qvis igitur neget cunctis regionibus præter Hiſpaniam, ac Pontum, horum flatuum nomine meridionalem aſpectum, æſtivis temporibus plurimum commendari? Ergo veriſſimum hoc ſtatuo: *nimirum loca ſeptentrionalia meridionalibus in univerſum præferenda eſſe*: attamen eſſe aliqvando cur certis qvibusdam de cauſis poſtponenda ſint.

Sed hoc in loco *Oribaſium* (*9 collec. c. 19.*) longè aliam ſententiam habuiſſe video, ac non ſolum aqviloni meridiem: ſed hanc qvoqve orienti prætuliſſe. *Regiones*, inqvit, *qvæ ad meridiem ſunt, in omnibusq́; anni diebus, ac per totos fermè dies ſolem habent, ſunt maximè ſalubres: qvæ declives ad ſeptentrionem ſunt, utpote qvæ non omnibus anni diebus ſolis ſplendorem recipiant, perexiguâ diei parte illuſtrantur: & quandoq; lux maximè inclinata, atq; imbecillior eis incidit: ideoq́; minime ſunt ſalubres: id qvod eſt ſane perſpicuum, namq; ſi omnis, qvæ ad orientem ſita eſt regio, odoratior eſt, qvàm qvæ ad ſeptentrionem poſita eſt, magis etiam concocta eſt, ac matura: qvin, omnium qvoqve arborum fructûs, qvi majorem ſolis partem nacti ſunt, præſtant his, qvi minoris participes fuerunt. Sunt præterea majores, odoratioresq́;, & celerius matureſcunt, & gratioris ſunt guſtus: cujusq; etiam arboris pars, qvæ ad meridiem vergit, humidior, rarior, magis tenera, flexibilior, levior, efficacior, & fabro accommodatior eſt, & in latitudinem plus augetur: qvæ vero verſa ad ſeptentrionem eſt, ſiccior, denſior,*

*gravior, difficilior ad flectendum & fabris incommodior, & minùs in ambitu augetur. Ex qvibus non ſolùm ad meridiem verſæ regiones propter relationem, qvam habent ad ſolem, ſalubriores ſunt his, qvæ ad ſeptentrionem vergunt: ſed hoc ipſo his etiam præſtiterint, qvæ declives ad orientem & occidentem ſunt.* Atqve hæc *Oribaſius*: cujus qvidem ad objecta reſpondere, qvoniam probabiles tantum rationes habent, haut multum negotium fuerit.

Argumenta ab arborum, & fructuum bonitate ille deſumit, in qva re ego etiam libenter illi omnia, conceſſerim: nam & aromata ferè omnia, & arbores odoratiores illa abundè fert regio. Verùm hæc ipſa non exactam cœli temperiem, ſed potius calidisſimam arguunt. Hominum vero longè alia eſt ratio: qvi tum demum ſalubriter agunt, cùm in maximè temperato degunt loco. In calidiore autem regione imbecilliter & morboſè vivunt: *nam apud Ægyptios*, inqvit *Galenus*, (*2. Sanit. tuen. c. 7.*) *ne per ſomnium qvidem temperatum invenias corpus.* Fateor qvoqve apud nos, arbores meridiano ſoli expoſitas, cæteris aliis eſſe præſtantiores: nam ſucculentum & aqveum illarum humorem non niſi valida ſolis actio edomare poteſt, atqve concoqvere. Homines autem, qvi naturâ calidisſimi ſunt: ac, niſi frigidum inſpirent, citisſimè diſſolvantur, deterrimè in calidisſimis regionibus degent.

Cogimur ergò præ *Oribaſio* rerum potiùs ſeqvi naturam, qvæ docet ſalubriorem eſſe omninò ſeptentrionalem aſpectum, qvàm qvi ad meridi-

em eſt. Sed præterea eſt, cur aliqvis ambigat: qvod nimirum *Galenus* (*5. Meth. c. 12.*) in Tabiana regione deſcribenda occidentalem ſitum magis aliis commendet: nam inter cætera ejus loci encomia hoc non ultimum memoravit, qvod ad occidentem converſa ſit: non ergò aut orientis, aut ſeptentrionis ſitus cæteris aliis præſtat. Sed ad hæc brevibus. Scio enim *Tabias* pro optimo lacte generando plurimùm commendaſſe *Galenum*: non qvòd ad occidentem ea regio converſa ſit, nam hoc potiùs jure fuerat improbandum: ſed qvod is locus optimas alias conditiones præterea ſortitus ſit, qvæ ſatis ad eam laudem eſſe poſſunt. Laudata enim ea eſt regio, qvòd modicè edita ſit: qvòd aër ille pecorum paſcuis ſalubris: qvodqve non admodùm diſtet à mari: & præterea qvòd à vicinis *Veſuvii* incendiis aridior redditus ſit circumfuſus illi aër: & qvòd deniqve herbas producat, & fructus optimo lacti generando ſatis idoneos: ut jam videas ſitum occidentalem, haut qvaqvam præ aliis celebraſſe *Galenum*: ſed tantùm meminiſſe. Et qvidem ea mihi ſententia eſt, hanc eandem regionem ſi præterea ad orientem ſita illa fuiſſet, præſtantiorem omninò judicandam *Galeno* fuiſſe.

Qvanqvam concedes fortaſſe, ſi lubet, occidentalem hunc ſitum data opera celebraſſe *Galenum*: attamen non ratione ſolis, qvi nos veſpertinis horis intempeſtivè afficit: ſed tantùm meritò illius venti ſaluberrimi, qvem *Zephyrum* vocant.

cant: qvi & gratiſſimus, & jucundiſſimus, & ſerenus ab omnibus prædicatur: qvippe a ſaluberrimis oceani campis profectus. Ergo nihil hoc obſtat, qvin ſua natura deterrimus omnium ſitus ſit occidentalis.

Verùm adnotatu dignum puto, regionum naturas qvalitatesqve à certis qvibusdam aſtrorum aſpectibus, influxuqve variè immutari ſolere: ut, qvæ ſalubres ſuâ natura eſſe debeant, noxiæ aliqvando deprehendantur: & contra, qvæ pravæ atqve inſalubres, innoxias habitatione præſtent. Neqve hoc planè negarit *Ariſtoteles*, (*1. Meth. c. 2.*) qvi locum hunc ex neceſſitate ſuperioribus lationibus conjunctum eſſe prodiderit, ut omnis ipſius virtus indè gubernetur. Ac *Plato* (*5. de leg. in fin.*) locorum differentiam non ſolùm pro ventorum atq; aqvarum naturâ provenire affirmat: ſed etiam ex divina qvadam, ut ipſe ait, inſpiratione, qvam Dæmones immittant, qvi vel propitii, vel contra habitantes ſuscipiant. Verùm qvæcunqve hujus rei cauſæ proponantur, de ipſo eventu nemini dubium eſſe debet: nam & memoriæ *proditum eſt, Locros & Crotonem* ex ignota qvadam cœli benignitate nunqvam peſtilentiam ſenſiſſe, cùm tamen finitimæ regiones ſæpè indè laborarint. (*Plin. lib. 2. c. 96.*) *Siciliæ* etiam non longè à *Cephalis* urbe oppidum eſt, qvod *Charoniam* vocant, adeò puerorum educationi infeſtum, ut vix pauci ibi adoleſcant: & maritimus tamen locus eſt, & ſeptentrioni

trioni expolitas. Sed hujus modi multa videas terrarum loca, qvæ peculiari qvadam facultate aut ſalubria, aut inſalubria eſſe deprehenduntur: de qvibus etiam nihil attinet dicere: qvoniam qvidqvid id eſt, nulla methodô ac diſciplinâ comprehendi poteſt. Sed incolis tantùm, cur ita ſit? longo uſu, eventuqve compertum.

## *CAPUT II.*

### Venti qvâ ratione regiones immutent.

Duplex ventorum differentia, qvatenus habitationes afficiunt, in præſentiarum eſſe, ſtatuitur, ut alii univerſales ſint, ac magis inſignes, alii verò cujusqve regionis proprii, atqve peculiares. Porrò univerſales, qvos *Coryphæos* vocat *Oribaſius* ( *9. Collec. c. 20.* ) qvatuor omninò ſunt: nam etſi non me latet, complures eſſe alios, qví à lateribus interpoſiti: attamen qvantum ad certum illorũ temperamentum ſpectat, de qvo ſcil. ſermonem modo inſtituimus: ad hos qvatuor cæteri alii non alienè referuntur. Nam & hinc etiam *Hippocratem* ( *in lib. de aëre loc. & aqvis.* ) puto, cùm de locorum naturis ex profeſſo agit, qvatuor tantùm, nec plures ventos enumeraſſe.

Primi autem ex his aqvilonares conſtituuntur, qvi ab arctico polo, aut omnino verſus meridiem perflant: poſteà auſtrales, qvi à meridie, aut certe contra ſeptentrionem feruntur: nam qvi ab antarctico polo deveniunt, noſtrum orbem minimè

nimè attingunt. Orientales autem ab oriente naſcuntur: occidentales ab occidente. Horum autem ventorum non iidem ſemper termini, undè prodeant, ſtatuti ſunt: nam dummodò verſùs meridiem contendant, qvocunqve ex loco incipiant, ſemper erunt aqvilones: qvemadmodum auſtrales, ſi ad arcticum vergant, etſi citra æqvatorem longè fortaſſis incipiunt. Qvam etiam rationem de orientalibus atqve occidentalibus mihi intelligas velim. Non enim, qvos orientales dicimus, ſemper ab Aſiæ regionibus initium ſumunt: ſed interdum à Græcia, non raró ab Italiæ maritimis, nam dummodò occidentem verſùs contendant, ſemper erunt orientales.

Qvocirca ab iisdem terminis aliqvando & orientales, & occidentales ſæpè prodibunt: modò ſcil. in contraria ferantur: nam qvi uni oriens eſt, alii eſſe occidens poteſt. Hi igitur venti ſive ſua natura humectent, ut ſenſit *Hippocrates*, *(2 de diæta)* qvi univerſum ventorum genus à nive, fluminibus, ſtagnis, & terra humectata ſpirare affirmavit: ſive potiùs calidi ſint & ſicci, qvod *Ariſtoteles (2. Meth. cap. 4.)* monſtravit, qvi ex calida ſiccaqve exhalatione, via ſolis educta conſtare illos aſſeruit. variè illi ſemper afficiuntur, ex varia nimirùm regionum natura, per qvas feruntur.

Sic aqvilonii frigidiſſimi nobis ſentiuntur, qvoniam longè à ſole excitati, ac per frigidiſſimas nivoſasqve regiones perflantes ad nos deveniunt.

niunt. Auſtrales vero propterea calidos experi-
miur, qvia per exuſtas ſole regiones pertranſe-
unt. Hæc autem diverſitas non ita orientalibus,
atqve occidentalibus ineſt ventis: utriqve ab
his locis proficiſcuntur, qvæ æqvè à temperato
affecta ſunt ſole: ideoqve eandem ferè temperi-
em ſapiunt: cujus modi neqvaqvam ſunt arcti-
cus & meridies: nam ex his alter calidiſſimus,
alter frigidiſſimus eſt locus. Hinc autem verisſi-
ma elici poteſt cauſa, cur boreas vehementiùs,
auſter ſeniùs ſpiret. Eurus & Zephyrus medio-
crè: nam aqvilo qvoniam ex frigidiore atqve
denſiore aëre ad calidiorem & rariorem conten-
dit: (frigus enim ſemper denſat, & calor rarefa-
cit,) liberiorem ſemper invenit viam, ac nullò
obſtaculo impeditam. Contrà auſter, qvia ex
calidiore, & rariore aëre in frigidum ac denſum
tendit, lentè hoc facit, oppoſitâ ſibi cœli denſi-
tate. Qvod etiam in cauſa eſt, ut qvi in meridi-
em navigant: (qvemadmodum à peritisſimis
nautis accepimus) citiùs multò illuc pertingant,
qvàm cum indè ad boream remeant, nam expe-
ditum magis, atqve apertum iter, illuc progre-
dientes ſemper inveniunt.

Verum orientalibus atqve occidentalibus
ventis media qvædam, nec ſibi diſſimilis aëris
proponitur diſpoſitio: non enim, ut illi in con-
trarias qvalitates feruntur; ideoqve nec tam len-
tè flant, ut auſtrales, qvi in denſius cœlum eni-
tuntur: nec tam impetuosè, ut aqvilonii, qvi à
loco

loco compactiore qvaſi in apertum elabuntur. Ut igitur ad inſtitutum revertar: *Sunt aqvilonares* (3. *Aphor.* 17.) frigidi & ſicci, omnesqve corporis ſuperfluitates exiccant: robur addunt viſceribus, conſtringendo; & tandem omnes tam animæ, qvàm naturæ operationes meliores faciunt. *Auſtrinis* verò calidam atqve humidam æſtuantemqve naturam ineſſe obſervamus: (3. *Aphor* 5.) caput, & ſenſuum inſtrumenta multâ implent humiditate, promptisſimiqve ad contrahendam putredinem ſunt: ideoqve omnium inſalubeſſimi, ac præſertim ſi vere freqventer ſpirent.

Hi etiam venti qvidnam corporibus præſtent, non obſcurè, propoſito exemplo, ſignificavit Galenus. (1. *Ep.* 1. *com.* 1.) *Cranon*, inqvit, *qvoniam meridionalibus ventis expoſita eſt, & concavo in loco ſita; averſaqꝫ eſt à ventis aqvilonis, maximè morbis putridis, & carbunculis infeſtatur, Thaſus verò aliter comparata eſt, expoſita enim eſt ventis aqvilonis & frigidis, ideoqꝫ morboſo ſtatui maximè hic locus reſiſtit.* Et *Varro*, (2. *de re Ruſt. cap* 4.) cùm Corcyræ eſſet exercitus, ac claſſis, & omnes domus repletæ eſſent funeribus, immiſſo feneſtris novis aqvilone, & obſtructis peſtilentibus, januaqve permutata, ſuos comites ac familiam incolumen reduxit.

Cæterùm orientales occidentalibus eſſe calidiores, veriſſimè ab *Hippocrate* (*de aëre loc.* & *c.* 2) atqve *Ariſtotele* (2. *meth cap.* 4.) ſcriptum eſt, nam etſi ambo in qvadam temperie poſiti ſunt:

qvia tamen, qvæ ad ſolis exortum ſita ſunt loca, diutiùs incaleſcunt, multorum ſcilicet, ac ſublimium montium ab occidente oppoſitu: ideò paulo indè calidiores perflant venti. Qvi autem ab occidente ſpirant, cujusmodi eſt Favonius, jucundiſſimi omnium ventorum ab *Ariſtotele* (*26.Probl.33.*) prædicantur. Et *Plinius*,(*lib. 16.c.25. & lib.18.c.34.*) hunc,ait, *generalem eſſe ſpiritū mundi*; eoqve animum inferri omnibus ſatis: atqve hunc aperire terram tenui frigore ſalubrem. Ac præter hæc *Aetius*, (*lib.3.c.10.164.*) cum hos orientalibus comparaſſet, corporibus noſtris magis eſſe familiares manifeſtè adſeruit.

Atqve hæc cùm vera ſint: ſatisqve jam conſtet, plurimorum ventorum differentiam à varia ſolis habitudine, qvam ipſi ſortiuntur, proficiſci: ideò opportunè etiam de his non nihil commemoravit *Avicennas* (*2.p.doc.2.cap.20.*): nam cùm orientales ventos occidentalibus eſſe ſalubriores ipſe affirmaſſet: adjecit, cùm in poſtrema nocte, aut principio diei ſpirant, ſicciores eſſe, atqve adeò ſaniores: illo enim tempore ad nos perveninnt; cùm aër à Sole attenuatus depuratusqve noxiam omnem humiditatem depoſuit. Cùm verò in fine diei ac principio noctis perflaverint, contrà res habet, ipſis nimirùm ventis à nondum depurato aëre decedentibus. Occidentalium autem ventorum eadem eſt ratio: nam ſi in fine noctis ac principio diei ſpiraverint, crasſiores omnino exiſtere ac denſiores: qvippe

qvi ab eo acre proficiſcantur, qvi nondum a Sole ſit illuſtratus.

Hæc autem omnia, qvæ hactenus de ventorum effectibus ſcripta ſunt, univerſim qvidem vera eſſe deprehenduntur: attamen ſatis compertum eſt, nonnullas eſſe regiones, qvæ peculiari qvadam cauſa diverſè ab illis afficiuntur. Sic Italis, his nimirùm, qvi non longè à mari orientali diſtant, *ſubſolanus*, ſalubris alioqvin ventus, inſalubris ac pluvioſus eſſe deprehenditur: ſic auſtrum infenſum nobis, Aphricis tamen laudabilem eſſe, ſcripſit *Ariſtoteles*, (*3. Probl. 51. Plin. lib. 2. c. 47.*) qvibus etiam demiſſum eſſe boream aſſeruit. Sic Zephyrum, qvem placidiſſimum & ſalubrem prædicant omnes, *Vaſcones* tamen, ut *Scaliger* (*Exercit. 285.*) perhibuit, pernicioſum experiuntur, ac planè metuendum.

Nec dubito, qvin cunctis ferè regionibus, peculiaris qvædam ſentiatur, ac diverſa ab aliis ventorum conditio; qvæ, ſive à proprietate locorum, per qvæ illi excurrunt, ſive ab occulto qvodam principio dependeat, diligenter ab his eſt advertenda, qvi regionem noſtram ſibi inveſtigandam proponunt.

Sed hic non inutilis agitari poteſt qvæſtio: *qvid ſit, qvod cum talis aſpectus orientalis omnium eſſe reputetur ſaluberrimus: venti tamen ab eo loco ſpirantes borealibus primum bonitatis locum concedant?* Eqvidem ut ad hæc paucis! mihi ſatis eſt perſvaſum, ideò orientalem aſpectum noſtris

corpo-

corporibus maximè ſalubrem exiſtere, qvoniam ſol moderato calore ſtatim ab exortu vitia aëris & craſſos vapores, qvi noctu plurimi educantur, ac totam occupant regionem, attenuat, diſſolvitqve, & omnia ſic reddit meliora. Venti autem, qvi illinc ſpirant, qvoniam moderatiores ſunt, ita ſimiliter aërem afficiunt, ut nec corporum humiditates exiccent, nec vitia, ſi qvæ ſunt, facilè corrigant. Qvi verò flant ab aqvilone, qvoniam frigidi ac ſicci ſunt, adeoq; ab omni putredine alieni, cumq; etiam multo impetu ferantur, clariſſime, maximeqve aërem depurant: omnemqve ſuperfluam humiditatem deturbant atq; conſumunt, ut nihil ambigendum ſit, eſſent propterea valetudini aptiores: tametſi ipſe ſeptentrionalis aſpectus, qvoniam longiſſimè diſtat à Sole, minùs benignè noſtra corpora conſervat.

Ergò mihi ea ſententia eſt, ut ſiqvando optima atqve inculpata loci temperies ſit, longè præſtantius ad orientem ædificium locari putem, qvàm aqviloniis flatibus exponere. Contra autem ſi vitia emendare, aqvilonis potiùs efficaciam præfero: nam ut illi conſervare, ita his corrigere atqve emendare eſt proprium. Ergò qvia oriens aſpectus ſolisqve benignitate ac tempore, cœteris antecellit: ſeptentrio flatuum vi atqve efficacia plurimùm præſtat: ideò cùm domus aut civitas ſtatuenda eſt, is potiſſimum ſitus eſt eligendus: (ſiqvidem nihil ſit, qvod obicem

facit:) qvi & orientem & aqvilonem ſpectet modò tamen orientis aſpectus paulò liberior ſit.

De particularibus autem ventis tempeſtivè jam dicam. Hi autem ſunt, qvi non à remotis terrarum tractibus oriuntur: ſed qvorundam locorum proprii ſunt. Hi etiam in univerſum nec transmittunt, ut ait *Seneca*, (*6. de natur. propè finem*) ſed in proximum ferunt, nec illis à latere univerſi mundi impetus eſt. Talis eſt Apulus, qvi Apuliam infeſtat: Japix, qvi Calabriam: Scython, qvi Athenas: Cagneus, qvi Pamphiliam: Circius Galliam: cui ædificia qvaſſanti, tamen incolæ gratias agunt, tanqvam ſalubritatem cœli ſui debeant ei. Ac deniqve nulla propemodùm regio eſt, qvæ non habeat aliqvem flatum ex ſe naſcentem, & circa ſe deſinentem. Et *Vitruvius* (*lib. 1. cap. 16.*) cùm univerſales ventos ante oculos poſuiſſet, *ſunt*, inqvit, *& alia plura nomina flatusq́; ventorum à locis, à fluminibus, à montium procellis detracta.* Præterea auræ matutinæ, qvas ſol, cùm emergit, de ſubterranea parte verſando pulſat aëris humorem, & impetu ſcandendo trudens, exprimit aurarum antelucano ſpiritu flatûs: qvi cum exorto ſole permanſerunt, euri venti tenent partes.

Inſuper ignorandum non eſt, huic generi non eandem ſemper ineſſe naturam: nam hi qvoqve ejus loci conditionem aſſumunt, à qvibus ſpirant: à ſalubribus enim regionibus ſalubres, à morboſis morboſi eveniunt. Ergo de his veriſ-

veriſſimè *Galenus*, (*3. de humor. com. 13. & oſſibus 9. collect. 9.*) *qvi, inqvit, à terra ſpirant, ſiccioreśq; ſunt: qvi ab aqvis humidiores, item qvi à mari ſalubriores cenſentur, maximè hyeme & vere, æſtate verò calidiores, qvàm par ſit.* Qvi autem à fluminibus excitantur, adhuc ſunt humidiores, ſed hyberno tempore abſurdiores, æſtivo meliores: qvi à ſtagnis, utrisq; deteriores: pesſimū autē eſſe, qvi à paludibus. Qvi verò à campis ac terra, qvæ rectè perſlatur, exoriuntur, meliores æſtimari; atq; ad ſummū omnes, qvi ſunt locis attributi, eſſe univerſalioribus deteriores. Qvæcunq; enim exhalationes à vicinis tractibus educuntur, qvoniā ferè ſegnes ſunt, nec multo motu agitatæ expurgatæqve, multum in ſe vitioſi humidi ſervant, cujus expertes magna ex parte eſſe illi ſolent, qvi ad nos longiſſimè accedunt.

Præterea hos ipſos inæqvaliter corpora afficere, ſcripſit *Aëtius*, (*lib. 3 cap. 163.*) neqve totum aërem commoventes, neqve totum diem ſpirantes: ac leniores etiam eſſe, ferè ubiqve experimur: etenim à ſuo principio non admodum diſtant. Nam certum eſt, ut ſcripſit *Averroës*, (*2. Meteor. c. 2.*) ventos in hoc fluminibus asſimilari, qvòd excurrendo majores omninò fiant, additis nimirum in itinere, aſſumtisq; novis vaporibus.

Sed hæc cùm veriſſima ſint, lubet etiam, qvæ magnus *Hippocrates* (*2. de diæta.*) de iisdem memoriæ commendavit, in medium afferre. *Venti*, inqvit, *â mari in regiones illabentes ſicciores*



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

*qvodammodò ſunt : à nive autem, aut glacie, aut ſtagnis, aut fluminibus procedentes, omnes humectant, ac frigefaciunt: & illis corporibus, qvæ frigiditate non ſuper excellunt, ſanitatem exhibent. Qvicunq; etiam ex terra accedunt, ſicciores ſunt, tum à Sole, tum à Terra reſiccati. Et qvi relictis montibus ad terram deſcendunt, non ſolùm ſiccant, ſed etiam ſpiritum turbant, qvem inſpiramus, & corpora hominum morboſa faciunt.* Atq; hæc *Hippocrates*: cujus monumentis ſi Galenicas præceptiones, qvaſi cenſuram qvandam, adhibueris, qvæ venerandam illam qvidem: ſed neſcio qvid incultam autoris vetuſtatem poliat, nihil tibi ad integram propoſiti argumenti abſolutionem defuerit.

Qvòd autem de his ventis, qvi à nive proflant ex *Hippocrate* attulimus, idem atqve uberius multò explicavit *Avicennas* (*2. p. doc.2.c.11. nam præſente nive, ſalubres,* ait, *ventos ſpirare: dum verò ea liqvatur, ſiqvidem montes interſint, qvi ventos prohibeant, calor ſentitur æſtuoſus, nam liqveſcente nive craſſi qvidã halitûs, impuriq; educuntur.* Argumẽto etiam eſt, qvòd qvæ inde aqva funditur graviſſima eſt, ac potu inſaluberrima. Conſiſtente autem nive, tenuiſſimus tantùm exhalat ſpiritus, qvi ſiccare ac propterea valetudini conducere non parum poteſt. *Atqve hactenus* ex certis cauſis explicati ſunt varii ventorum effectus. Sed diligenter pervidendum eſt etiam, num, qvemadmodum anteà dictum eſt, diverſi fortaſſe

fortaſſe alii effectus ex abditis, ac minus notis principiis proficiſcantur: qvæ, ut ædificia ſalubriter loces, non parùm intereſt ſcire. Hæc autem ſi te lateant: (neqve enim eſt methodus, qvæ illa edocere poſſit:) ab illis præſertim percontabere, qvi cùm diu illi loco aſſveverint: corpore etiam ſunt valetudinario & minùs firmo. Hi enim ſunt, qvi ante alios promptè ab externis injuriis pertentantur: noruntqve, qvi venti ad valetudinem proſunt, qvi obſunt, nam ab aliis, qvi integrè ac robuſtè valent, hoc idem fruſtrà perqvires: qvippe qvi nullum temporum, ac tempeſtatum diſcrimen tam facilè norunt.

## CAPUT III.

### De aqvarum bonitate, atqve præſtantia, & qvem valetudini uſum præſtent, aqvæ?

AD locorum etiam ſalubritatem fontes ipſi ac cœteræ aqvæ non mediocriter faciunt: harumqve uſus nos ante alia plurimùm afficit: Cùm enim qvandam qvalitatem noſtra corpora ex ambientis, ciborumqve temperamento accipiant: præcipue ex alimento aqvæ, (*Ariſtoteles: 4. de generat. anim. 2.*) hujus enim uſus plurimus eſt, omnibusqve eſt alimento, inqvit ille, etiam ſiccis, nam reverà nihil *aſſumimus*, (*1. Probl. 4. Vitruv. lib. 8. cap. 4.*) ſeu cibum, ſeu potum velis, qvin aqvæ pluri-

mum accipiat. Ergo in his regionibus, qvas eſſe tẽperatas volumus, tales potisſimùm fontes expetit *Hippocrates (de aëre loc.&c. c 3)* ut ad Solis exortum erumpant, & præſertim æſtivum: his enim in locis aqvas neceſſe eſt ſplendidas eſſe, odoratas, ac leves; ſecundus autem locus his eſt, qvi ſeptentrionem versus emergunt: tertius illis ab *Hippocrate* tribuitur, qvi ad occidentem ſcaturiunt, peſſimos verò omnium ad auſtrum eſſe: qvibus omnibus ipſe etiam ſubſcripſit *Avicennas*, *(2 p. doc. 2. c. 16.)* illosqve optimos eſſe aqvarum fontes profeſſus eſt, qvi ad Solem orientem vergunt, ac præſertim æſtivum, poſteà verò qvi ad ſeptentrionem, nam qvi ad occidentem ac meridiem tendunt, deteriores habentur.

Cum igitur de fontium exortu ita ſentiant graviſſimi iſti medicinæ auctores: non immeritò tamen qvispiam dubitabit, qva ratione meridianos fontes omniũ deterrimos illi eſſe prodiderunt: cùm paulò ante occiduũ terrarum aſpectum peſſimum eſſe teſtati ſint. Præterea *Galenus* (1. *Sanit. tuend. c. 11.*) neqvaqvam meridionales exortus, ut ſenſit *Hippocrates*, ſed qvi contra ſeptentrionem fluunt, ſolemqve habent averſum, peſſimos eſſe memoravit. Has etiam aqvas ægrè coctum iri, tardiqve eſſe tranſitus, ac difficulter calefieri refrigerariqve, qvas qvidem inſalubrium aqvarum notas eſſe, ſatis inter omnes conſtat. *Rufus* etiam autor gravis, *(1 Tetr. lib. 3. cap. 165.)* ut ex *Aëtio* accepimus, itemqve *Oribaſius*

*ſius ( lib. 4. ſynop. c. 41. )* hac in re cum *Galeno* conſentiant. Et qvidem iſtis authoribus tantis per ſe motis, nihil videtur, cur auſtrales fontium exortus improbari debeant: nam cùm certiſſimis experimentis magnorumqve virorum ſententiis compertum ſit, aqvarum vitia omnia per coctionem ab igne corrigi: profectò hic ipſe meridianus ſitus, qvi omnium eſt calidiſſimus, non abſimili ratione purgare aqvas, & reddere meliores poteſt. Aqvæ enim *Ariſtotele ( 1. Meteor. c. 2. )* teſte, ſimiliter à ſole atqve ab igne afficiuntur.

Nec eſt cur fortaſſe à multo Solis calore craſſiores reddi aqvas, eductis ſubtilioribus partibus, objicias mihi: nam hoc ipſum immeritò improbavit *Avicennas, ( 2. p. doc 2. c. 16. )* aitqve, aqvam vi frigoris duntaxat, vel aliena miſcella fieri craſſiorem: nam coctione ipſâ tenuiorem potiùs reddi, craſſioribus nimirum recrementis inter coqvendum ſecretis. Reverà enim aqva, qvæ nobis uſui eſt, qvantumvis optima, ſemper tamen aliqvos ſecum commiſtos habet vapores, qvos ignis atqve adeò Sol ipſe ſeorſum reponat ac ſeparet: ut jam ſemper à coctione illam fieri puriorem neceſſe ſit. Qvòd autem calor ſegregat, qvæ diverſi ſunt generis, nemo eſt, qvi aut re ipſa aliqvando, aut ab *Ariſtotele ( 2. de gener. text 8. cap. 32. )* non didicerit.

Qvamobrem difficile mihi intellectu ſemper fuit, qvòd *Galenus ( Libro tertio de alimentorum facultatibus )* memoriæ mandavit: ipſam nimi-

rum aqvam, optima licèt, diutiùs decoctam, falſam deniqve qvalitatem aſſumere. Etenim tantum abeſt, ut aqva longa coctione alienum acqvirat ſaporem, ut potius, ſi qvem habet hujusmodi, facilè deponat: nam & ſexto *Epidemiorum* libro (*Sect. 4. com. 10.*) aqvas omnes vitioſas coctione corrigit, ſive alieni qvippiam habeant admiſtum, qvales ſunt ſalſæ, nitroſæ, ſulphureæ bituminoſæ, atqve aliæ id genus, ſive à mistione aeris corrupti, aut ab ingenita alia cauſa inſalubres ſint.

Ergò, ut jam redeam ad inſtitutum, fateor qvidem, orientales fontes præſtare cœteris: ſecundum verò ſalubritatis locum auſtralibus facilè tribuo: his verò deteriores cum *Galeno* illos puto, qvi ad ſeptentrionem pertinent. Et qvidem experimento etiam didicimus, ſeptentrionales aqvas utplurimùm & gravisſimas eſſe, & ultra modum frigidiſſimas, & tandem noſtris corporibus inſalutares. Et *Vitruvius (lib. 8. c. 2.)* cui in hòc notitiæ genere plurimùm tribuo, cum obſervaſſet, flumina omnia, qvæ in orbe terrarum magis celebria ſunt, à ſeptentrione in meridiem decurrere: addit poſteà, meliores ſimiliter illos fontes eſſe, qvorum capita eundem aſpectum ſervant.

Sed cùm de his abundè jam ſatis! illud etiam ad cognoſcendam aquarum bonitatem ex *Hippocrate (de aëre &c. c. 3.)* addiderim, ut ex ſublimibus locis fluant, ut vinum modicum ferant: ut hyeme calidæ, æſtate verò frigidæ ſint; atqve ut è pro-

e profundiſſimis fontibus erumpant. Ac memoriæ etiam mandavit *Galenus* (*1. San. tuend. c. 11.*) optimam aqvarum conditionem eſſe, ut ab illis nulla vitioſa qvalitas contracta ſit: item ut præcordia celeriter pertranſeat: hâc enim ipſâ nullam magis idoneam eſſe: qvoniam ſi qva pura lympidaqve eſt, nihilo ſecius tamen circa præcordia hæreat, hæc vitio non caret: item ut citò calefiat, & citò refrigeretur.

Præter hæc, limum aqvarum vitium eſſe veriſſimè ſcripſit (*Plinius lib. 31. c. 3.*) ac damnat etiam, qvæ legumina tardè percoqvunt, decoctæqve craſſis obducunt vaſa cruſtis. Scatere etiam angvillis ſalubritatis indicium eſſe, ex eodem didicimus. Lapidoſos autem fontes eo nomine commendavit *Avicennas*, (*2. p. doc. 2. c. 16.*) qvòd terrenam putredinem non ita facilè perpetiantur, qvanqvam illos demum præſtare ait, qvi per puram defluunt terram, ac certum luti genus, qvod & noxiæ qvalitatis expers ſit, & mundet aqvas potiùs, ac puriores reddat. Atqve *Hippocrates* (*de aëre & c. c. 3.*) ex terreis collibus fluentes aqvas omnium maximè commendavit.

Sed de his particularius adhuc meminit *Plinius* (*lib 31 c. 3.*) *nam, aqva,* inqvit, *ſemper dulcis in argilloſa terra: frigidior in topho, dulces & leves facit, & colando continet ſordes: ſabulum exiles, limoſasq; promittit: glarea boni ſaporis: ſabulum maſculum, & arena carbunculoſa ſalubres: rubra ſaxa optimas, ſpeiq; certiſſimæ.* Sed cùm hæc terra-

rum

rum genera fere aliqvid boni in ſe contineant: metalla tamen ſemper pravas emittunt, atqve ut ait *Oribaſius* (*3. collectan. c.3.*) ad potum inſalubres. Certū præterea eſt, eo præſtantiores aqvas eſſe, qvò longius à ſuo principio decurrerint: nam & *Plinius*, (*lib.31. c.3.*) *curſu*, ait, *percuſſas, extenuari aqvas, atqve proficere.* Herbæ vero, qvæ in fontibus ac canalibus innaſcuntur, aqvarum bonitatem non raro & faciunt, & arguunt: tales ſunt *ſium, calaminthe, & adianthum*, qvæ adeo ſunt in aqvis expetendæ, ut, ſi bonæ ſint, integre ſervent: ſin minus, non mediocriter corrigant. Sed qvoniam levitatem inter ſalubrium aqvarum conditiones poſuimus: videoqve nullis eſſe perſvaſum, ut de hac re ſtateram conſulere debeant; lubet paucis illos admonere, qvàm multo in errore verſentur. Etenim qvinto *Aphoriſmorum* Libro (*Aphor. 26.*) non pondere aqvam eſſe leviſſimam ſcriptum accepimus: ſic enim nihil magnum, inqvit *Galenus*, ab Hippocrate fuiſſet edoctum: ſed eam leviorem dixit, qvæ ventrem non gravat, & qvæ citò permeat: Et *Plinius* qvoqve, *aqvæ*, inqvit, *nullo penè momento ponderis inter ſe diſtant, qvod & ſi diſtant, nullum tamen ſalubritatis indicium indè ſumi debet, nam & nix & glacies leviores ſunt aqvâ.*

Ergo reliqvum eſt, ut vel hypochondriorum affectu de levitate decernamus: vel, ut etiam dixit *Hippocrates*, calefaciendi celeritate: nam ſtateræ indicium in hac re nullam habere certitudinem

dinem poteſt. At *Baccius (De ther. cap. 7.)* in aqvarum natura indaganda peritiſſimus, *notavit*, inqvit, qvod *indifferenter inveniuntur aliqvæ tam bonæ, qvam malæ æqvi ponderis*, cui rei experientia qvoqve aſtipulatur: cruda enim & dura & putealis, & qvandoqve mineralis aliqva ejusdem ponderis invenitur cum dulci, & pluvia: ſimiliter etiam claræ, & ſubſtantia pares: cæterum ventre ac coctione non pares. *Atqve ita* optimorum fontium notas, & qvi ad ſervandam valetudinem præſtant, ſatis attulimus. Attamen non ignoro, aliqvos eſſe corporis ſtatus, affectusqve, qvibus magis illæ aqvæ conveniant, qvæ potui minus ſunt comprobatæ: nam qvorum, inqvit *Hippocrates, (de aëre & c.c.3.) molles ſunt ventres, & humidi, & pituitoſi: his duriſſimæ & crudiſſimæ & ſubſalſæ aqvæ conferunt:* ſic enim maximè ſiccare poterunt, & ventres conſtringere: qvæcunqve enim aqvæ coctu optimæ ſunt, ac faciliimè liqveſcunt, eas par eſt, & ventrem maximè exolvere. & liqvare. Sed & cœteri etiam fontes, qvi minus ſalubres ſunt, manifeſto ſuo ſapore propriā ac peculiarē facultatē oſtendunt, qvæ certis affectionibus opitulentur. Sic *Plinius, (lib. 31. c. 3.) aluminata* (inqvit) *paralyticis, aut ſimili morbo ſolutis: bituminata aut nitroſa, utilis eſt purgationibus: qvamobrem non tam potus, qvàm medicamenti vicem præſtant.* Et *Vitruvius, (lib. 8 c 3.) omnis aqva,* inqvit, *calida ideò eſt medicamentoſa, qvòd prævius rebus coacta, aliam virtutem recipit: nam ſulphuroſi fon-*

*tes*

*tes nervorum labores reficiunt percalefaciendo, exugendoq́ humores vitioſos: aluminoſi diſſoluta membra reficiunt: bituminoſi purgando vitiis corporis medentur.* Sunt etiam & aqvæ frigidæ nitroſæ, qvæ per alvum purgando, etiam ſtrumas minuunt. Ubi verò aurum, argentum, ferrum, æs, plumbum, & reliqvæ res ſimiles fodiuntur, fontes inveniuntur maximè vitioſi, nervosqve inflant, ac obdurant, & podagricos efficiunt homines.

## CAPUT IV.

### De puteis ac ciſternis: & qvòd fontana aqva pluviæ ſit præferenda: item de nivali, ac glaciali nonnulla.

Putei perpetuam aqvam habent ex terræ meatibus prodeuntem: non tamen ut fontes, foràs emergentem. Ciſternæ autem pluviam aqvam per euripos & canaliculos ſub ſtillicidio poſitos ſervant. Ergò varia eſt utriusqve conditio. Putealem maximè probabilem eſſe affirmat *Plinius*: (*lib. 31. c. 3.*) *ſed cui exercitationis ratio crebrò admodùm hauſtu contingat: & tenuitas, colante terrâ: poſteà ſi vado exiliat vena, non è lateribus: ſiq́ expreſſa in altum: aut è ſublimi dejecta, verberatu corripiat aëra. Celſus* (*lib. 2. c. 18.*) putealem poſt fluvialem locat. Et *Oribaſius*, (*5. Collect. c. 3.*) *puteorum*, inqvit, *aqvæ deſides ſunt, qvia non fatigantur; ideò non admodùm ſunt tenues: &*

*es; & cùm introgreſſæ fuerint, minùs madefaciunt cibos, minusq; concoqvunt, & præ craſſitudine, & qvia frigidæ ſunt, non benè per urinam excernuntur: aptiores autem potui redduntur crebrò hauriendo, ac ſi effluerent, & puteorum expurgatione: qvæ verò fluunt, multò tenuiores ſunt & præſtantiores.*

Cavendum etiam eſt, ne putei cloacarum vicinia, deſtillationeq; temerentur: qva ratione arbitror factum eſt, ut ferè magnæ omnes civitates inſalubribus puteis utantur. Situs etiam non minùs eſt advertendus, ſolet enim puteus è vicino qvopiam fluvio, vel lacu, vel palude aqvam è terræ poris excolatam recipere: cujus deindè vitium aut virtutem ſervet.

Nec ignoranda eſt etiam certa terræ conditio, ubi ſcil. effoſſi ſunt putei: nam vitioſæ per ſe aqvæ multæ ſunt, qvæ tamen in optimis puteis aſſervatæ, inculpatæ redduntur: qvales ſunt juxta Padum, Danubium, ac lacum Traſimenum, itemqve Benacum. Contra verò peſſimæ naturæ ſunt alii nonnulli, qvi etiam optimas aqvas vitiare deprehenduntur: cujusmodi juxta Tiberim eſſe audio: ac Bononiæ, cujus gypſeum eſt ſolum, putei ſunt, qvi ipſo uſu viſcera gravant, ac omninò inſalubres exiſtere perhibentur. Reverà ergo & graves & minus ſalubres eſſe puteorum aqvæ in univerſum videntur: non enim ſæpe agitantur, nec longè veniunt! ideoqve *Avicennas (2. p. tract. 2. cap. 16.)* vi extractas illas eſſe, nec ſuâ ſponte affirmavit.

Aqvas

Aqvas vero ciſternarum planè vituperat *Pri-mus*: nam ſtagnantes & pigræ ſunt, nec curſu, nec percuſſu extenuantur. Verùm ut ciſternarum facultas clariùs innoteſcat, de pluvia aqva in univerſum pauca dicere, ac cum fontanis conferre, operæ pretium fuerit. *Pluviales aqvæ,* inqvit *Hippocrates,* (*de aëre &c. cap. 4.*) *levisſimæ ac dulcisſimæ, & tenuisſimæ, & ſplendidisſimæ ſunt: nam, qvod tenuisſimum eſt ac levisſimum, in aqva ſol educit, & ſurſum rapit.* Easdem probat qvidem *Galenus,* (*6. epi. 4. com. 10.*) ſed præparatas tantùm, & qvando ad manum non eſt fons, bonâ aqvâ ſcaturiens.

Hos autem duos Medicinæ proceres cæteri deindè ſuum qviqve ſeqvuntur: partim cum Hippocrate pluvialem, partim fontanam cum Galeno præferentes. Argumenta, qvæ utrinqve nimis multa proponuntur, nihil attingo: *Hippocratem* tantum explicabo: à qvo etiam ne ipſum qvidem diſſentire *Galenum* animadvertes. Sed illud ante alia præfari lubet: neminem, qvi utrumqve genus accuratè expertus ſit, univerſim fontanas magis non commendare. Communem hunc eſſe video hominum conſenſum. Nam modò recenſitas conditiones fons habeat, ſine dubio & leviſſimæ & ſaluberrimæ fontanæ aqvæ deprehenduntur. Qvòd verò *Hippocrates* pluviales aliis præpoſuiſſe videatur, fatendum qvidem, optimas tunc illas exſiſtere, cum coqvendo præparantur. Nam eodem in loco: iſtæ, inqvit, aqvæ

aqvæ optimæ qvidem ſunt ſecundùm hanc rationem: verum opus habent, ut decoqvantur, & percolentur: ſin minùs, odorem pravum habent, & citiſſimè putreſcunt, qvoniam ex plurimis condita eſt, &c. Ergò ſi aqvam pluviam decoqves: (ita enim, qvicqvid eſt vitii, facilè corriges,) neqvaqvam dubito, illam fontanâ eſſe præſtantiorem. Sed qvia talis in uſum vix venit, (ægrè enim paratur:) nec tamen longè abeſt à fontana, ideò hanc ipſam præſtare aliis contenderim.

Ergò ciſternarum aqvam, qvoniam pluvia eſt, nec ullâ arte correcta, nemini dubium eſſe debet, fontanæ locum bonitatis concedere. Accedit huc etiam, qvòd cujuscunqve generis aqvas colligit, tonitrualem, nimboſam, glacialem, nivalem, & diverſas alias, qvæ vitio non carent. Attamen fieri poſſe non nego, ut ſi diligentiam adhibeas, & aptè in compluvium corrives, excolesqve & in vivo, ſabulône reſideat collecta, crebroqve percuſſu illam fatiges, ac cœlo expoſita ſit, laudabilem illam reddi, fieriqve multis etiam fontanis non obſcurè ſalubriorem, ac præſertim ſi non qvocunqve anni tempore ipſam colligas, nam, ut inqvit *Oribaſius (5. collect. c. 3.)* vernæ atqve hybernæ aqvæ maximè opportunæ ſunt atqve optimæ: autumnales verò atqve æſtivæ deteriores: nam æſtate atqve autumno terra ſicciores vapores edit: aërqve multas terræ ſordes habet, qvæ pluviâ expurgantur, idcir-

cò tales aqvæ ſicciores & nitroſiores ſunt, & ad abſtergendum, & per inteſtina deducendum ac commodatæ: ſed neqve renibus, neqve pulmoni, neqve arteriæ idoneæ. Cùm igitur de fontanis ac pluviis aqvis ita ſit conſtitutum. Qvæ ex nive & glacie factæ ſunt, omnes, inqvit *Hippocrates*, ſunt malæ: cùm enim ſemel concretæ fuerint, non amplius in priſtinam naturam reſtituuntur: ſed qvod in ipſa clarum ac leve & dulce eſt, excernitur atqve diſperditur: qvod verò turbidiſſimum eſt, ac ponderoſiſſimum, relinqvitur. Et *Oribaſius*, qvæcunqve, inqvit, ex nive fluunt, & glacie, duræ omnes ſunt, & frigiditate excellunt: ſed guſtanti dulces: ac neqve ad concoqvendũ, neqve ad movendum accommodatæ: item noxiæ ſunt nervis, pectori & coſtis, convulſiones & tetanos inducunt, & ruptiones faciunt in pectore, ut nonnulli ſubcruenta ſpuant, & ſuppurentur.

## CAPUT V.

### Flumina, Lacus, Stagna qvomodo regiones afficiant, & qvalis ſit hortorum, aër, & locorum plantis conſitorum?

DE fluminibus verò, & reliqvis aqvarum differentiis proxima tractatio eſt. Ergò qvicunqve, ait *Hippocrates, (de aëre loc 2. cap. 5.)* bibunt de fluminibus magnis, in qvæ flumina diverſi generis influunt, multa pati morborum genera conſveve-

ſve erunt, quod ipſum etiam teſtatur *Aetius*, *(Lib.3.c.165.)* qvi ex Rufi autoritate, fluviales aqvas omnes pravas eſſe memoriæ prodidit. Qvãobrem meritò ab *Averroë (1. Cantic.1.nu.130.)* reprehenditur *Avicennas*, qvi fluviales aqvas non exiguis laudibus celebravit. Atqve ipſe etiam *Galenus* inter multas Tabiani agri opportunitates non ultimam cenſuit, qvod nullus ibi ſit fluvius. Qvocirca, ut univerſim dicam, inſalubrem ad valetudinem eſſe, ſvaviorem aqvam firmiter mihi perſvadeo.

Qvòd ſi qvispiam Nilum in medium afferat, aut etiam Tyberim, qvorum aqvæ multis nominibus commendantur: Itemqve *Coaſpem* & Euleum: è qvibus Parthorum reges tantùm bibũt, neglectis fontibus. *(Plin.lib.31. c.3.)* Fateor qvidem, multa eſſe horum fluminum encomia, nam cùm fluviorum ſalubritas, aut ex ipſo profluente humore, aut ex terræ, per qvam tranſeunt, natura proficiſci, ante alia ſolent: ſiqvidem ipſe humor ex diverſis atqve illaudatis fontibus, & qvi non longi abſint, originem ducant, hoc ipſo inſalubres reddi fluvios: præterea ſi alveus aut ſalſæ, aut nitroſæ, aut malæ, alterius qvalitatis particeps ſit, deterrimas adhuc ejus fluminis eſſe aqvas putandum eſt. Qvòd ſi contrà eveniat: nimirùm, ut non tam multi, ſed perpetui ſint fontes, ac natura laudabiles, lonqvoqve curſu eorum durities timetur, ac per alveum illabatur ſalubrem: hic potu ſaluberrimus erit

C 2 fluvius:

fluvius: cujusmodi qvia rariſſimi eſſe ſolent, idcirco inſalubres eſſe fluminum aqvas communiter dictum eſt: nihil tamen negantibus nobis, aliqva eſſe, qvæ à communi aliorum nota recedant. Qvanqvan ipſæ etiam Niloticæ ac Tyberinæ, qvas omnium ferè conſenſus commendat, ut omni ex parte laudabiles ſint, artem aliqvam exigunt, nimirùm, ut ſeorſum ſerventur, ac aliqvandiu repoſitæ recrementa deponant, ac defecentur.

Ergò qvod longâ obſervatione apud peritiſſimos viros compertum eſt, flumina, & tarda præſertim & ſtagnantia, maxima ex parte inſalubria ſunt, & valetudini adverſa. At verò qvæ magna ſunt, & perpetuô curſu feruntur, poſſunt ſæpè ſalubria eſſe: qvod de *Nilo*, ac qvibusdam aliis narratum eſt: in illo enim præſertim id commendari ſolet, *qvod* (*Avic. 2. p. doct. 2. c. 1*) & longiſſima conficiat itinera, & per optimum tranſit terræ genus: qvam ego poſtremam conditionem omnium potiſſimam puto: nam ſæpè longo diſcurſu vitium flumini ampliùs comparari eſt deprehenſum: ſed illud etiam non exiguam fluminibus laudem præſtat: ſiqvidem minerales aqvas, ac præſertim calidas in exigua acceperint copia: harum enim miſcela longo tractu aqvas attenuat, ac puriores reddit: qvas etiam nomine Tyberinas plurimùm commendari verè putat *Baccius*. (*qv. 1. de Therm. cap. 9.*)

Cum igitur qvibusdam fluminibus ſuam laudem

dem minime detraham: illud tamen maximè ex parte veriſſimum eſſe arbitror, fluminum aqvas ægrè concoqvi, ſiccareqve propterea, & ſiticuloſas eſſe. Et in nonnullis regionibus, ut benè advertit *Columella*, (*lib. 1. cap. 5.*) pleriqve omnes æſtate vaporatis, hyeme frigidis nebulis caligant: qvæ niſi vi majore inſpirantium ventorum ſubmoveantur, conferunt peſtem. Præterea verò ſemper humidius eſt, ac nebuloſius, & morboſius id ſolum, qvod propè flumina eſt, eoqve magis, ſi ad fluviorum fauces extenditur. Nam ut verè *Bocatius* (*de ſtagnis & paludib. in princip.*) advertit, ibi tetri pallentisqve coloris Incolas, & adverſâ infectos valetudine cernimus. At ſi fortaſsè ſecundùm flumen ædificare neceſſe ſit, curandum eſt, inqvit *Varro*, (*1. de re ruſtic. c. 12.*) ne adversùm Eurum ædificium ponas: hyeme enim fiet vehementer frigidum: æſtate non ſalubre. Sed optimè etiam advertenda erit *Oribaſii* ſententia: *nam qvæcunqve*, ait, *regiones, & civitates flumina habent, qvæ extrinſecùs perducantur: cum ipſa moderata ſint, ac præſertim ſi loca ſiccisſima eſſe contingant, fiunt temperatisſimæ*: ſi verò excedant, non parva fit ad morbos gignendos occaſio: qvandoqvidem & aër humidus & reſpirando, atqve inſpirando corpora ſimul humectat, tum etiam matutinas ac veſpertinas aqvarum defluxiones excipiens corpora perfrigerat, & in æſtate conſtitutionem affert autumni,

De lacubus verò atqve paludibus multa ſcribere, nihil neceſſe eſt. Hujus generis aqvas nemo non deteſtatur: ac morboſiſſimas illas regiones ubiqve experimur, qvibus vicini ſunt lacus, atqve his magis paludes. Craſſiſſimo enim cœlo incolas frui, ac nebuloſo impuroqve, & qvod putreſcere facilè poſſit. Sic in Apulia cùm oppidum Salapia vetus in paludoſa planitie collocatum à Diomede fuiſſet, ac perpetuis propterea morbis, ut ſcripſit *Vitruvius*, (*Lib. 1. cap. 4.*) incolæ affligerentur, impetratū fuit à Senatu Romano, ut ad proximum maris litus, locum ſalubriorem, mœnia transferrent: atqve ita bona deinceps valetudine uſi ſunt.

Et qvidem in paluſtribus locis, dum auræ matutinæ cum ſole oriente ad ædificium perveniunt, adjunguntur his ortæ nebulæ, ac ſpiritus beſtiarum paluſtrium venenatos cum nebula miſtos in habitatorum corpora flatus ſpargunt, & locum peſtilentem efficiunt. Neqve aliter *Columella*, (*lib. 1. cap. 5.*) paludem, ait, noxium virus eructare, & infeſtis aculeis gignere animalia, qvæ in nos denſiſſimis examinibus involant. Tum etiam natricum ſerpentumqve peſtes, hyberna deſtitutas uligine, cœno, & fermentata colluvie, venenatas emittere: ex qvibus ſæpè contrahuntur cæci morbi, qvorum cauſas ne medici qvidem perſpicere qveunt. Idem tamen autor affirmat, paluſtrem humorem qvamvis nocentis naturæ, temporibus tamen hyemis

hyemis edomitam imbribus miteſcere: ex qvo cœleſtis aqva maximè ſalubris intelligitur, qvòd etiam venenati liqvoris eluit perniciem.

At Solæ paludes Ægyptiacæ, inqvit *Oribaſius*, (*5. collect. in. cap. 3.*) inter omnes, qvas ego noverim, ſalubres ſunt: qvia hyeme aqva non putreſcit: non enim ſuper caleſit, nam autumno Nilus paludes replens veterem aqvam projicit, & aliam novam invehit. Optimæ etiam habitationis illas paludes putat *Vitruvius*, (*lib. 1. c. 4.*) qvæ circùm Altinum, Ravennam & Aqvilegiam ſunt, ſunt enim ſecundùm mare, ſpectantqve ad ſeptentrionem aut orientem; & excelſiores ſunt, qvàm litus marinum: ductisqve foſſis ſic aqvæ exitus ad litus, & ex mari tempeſtate aucto in paludes redundantia motionibus concitatur; marisqve miſtionibus non patitur beſtiarum paluſtrium genera ibi naſci: qvibus rationibus habent incredibilem ſalubritatem.

Sed hoc in loco dignum notatu eſt, paludes non ſolùm eas eſſe, qvæ plurimas, easqve perpetuas habent aqvas, & qvæ non expedito fluunt alveo: ſed hoc etiam nomen lutoſis limoſisqve terris, & qvæ ſuo humore madidum reddant ſolum, convenire: nam hæc etiam loca craſſam & caliginoſam ex ſe auram reddunt.

At ſtagna adhuc omnium maximè evitanda ſunt: hæc enim promptiùs putreſcunt, (*Bocat. de ſtagn. in princip.*) paludes ac lacus raro. Atqve apud has ſtatui qvidem poteſt civitas aliqva, nō

undiqvaqve inſalubris: apud ſtagna vero ſemper erit pernicioſa, ac planè peſtilens: & hoc præſertim æſtate, ut inqvit *Oribaſius, (9. collect. cap. 12.)* propter aëris inæqvalitatem: matutinæ enim auræ à ſtagnis manantes refrigerant eos, qvi inhabitant: meridianæ verò calefaciunt: tum veſpertinæ perfrigerant: & propter caloris frigorisqve in æqvalitatem autumnus morboſus eſt. Additqve fructûs omnes, qvi ibidem proveniunt, morboſos eſſe: qvoniam præ humiditate ſuam temperiem minimè ſortiantur, nec ad idoneam maturitatem perveniant. Illæ autem urbes atqve ædificia, qvæ multa circumſtant pomaria, hortiqve atqve ubi decurrentibus lymphis, herbisqve viridantibus æſtuum calores temperantur: ſine dubio ſicco atqve operto ſolo in bonitate concedunt. Regio enim, inqvit *Oribaſius, (ut ſuprà.)* plantis conſita minùs perflatur, minùsqve à ſole luſtratur, qvàm nuda: qvo circa per hyemem umbroſa eſt acfrigida: per æſtatem verò difficulter à ventis perflatur, ac ſuffocans eſt: ideoqve reſpirationem habitantibus deteriorem facit. Et *Galenus, (3. epi. 1. com. 14.)* damnat hortorum aërem, qvoniam cloacas, inqvit, latrinas ferè in hortos repurgant: qvodqve vicinus aër ex oleribus, item arborum, fruticumqve, ut braſſicæ, careæ, & buxi conſvetudine inficitur.

Ergò ad voluptatem magis, qvàm ad ſalubritatem facere hæc loca mihi videntur. Attamen

ſiccio-

ſiccioribus naturis, & qvibus animi hilaritas ſtudioſè perqviritur, æſtivis præſertim temporibus, non nihil etiam ad valetudinem conferunt: nam & *Avicennas*,(*2.p.doc.2.cap.9.*) aër, inqvit, paulò humidior pluribus complexionibus eſt bonus, & colorem efficit bonum, & cutem claram, & reddit eam mollem, & poros aperit.

## *CAPUT VI.*

### Mare qvâ ratione vicina afficiat loca?

DE mari autem qvatenus ab eo regiones immutentur, nunc tempeſtivè agendum eſt. Ergò, ut breviter dicã, mare ſemper proxima locã ſuâ naturâ calefacere aptũ eſt: cùm enim corpus ſit terſum ac planum, promptioresqve in eo Solares radii reflectuntur, luxqve adeò multiplicatur, unde facillimè maritima incaleſcant. Hoc ipſum aptiſſimo vitrei vaſculi argumento *Ariſtoteles* (*de cauſ. propr. element. cap. 11.*) deprehendit. Cùm enim phiala aqvâ plena ſolaribus radiis objiceretur, proximum indè pannum exuri animadvertit: luce ſcilicet, qvæ in terſo corpore ac levi in ſeipſam colligebatur, reddita efficaciore.

Præterea illud etiam in maritimis locis calidiorem temperiem *arguit*, qvoniam ſcil. humilia ſunt. Et *Avicennas*, (*2.p. doc. 2.cap. 12.*) regiones, inqvit, qvæ ad mare ſunt, temperatam ſen-

tiunt caliditatem frigiditatemqve : nam non non ita eqvidem à calore aut a frigore illic poteſt, ut inde regio plurimùm calefiat, aut refrigeſcat : ſecus enim terra afficitur : nam in ea utraqve qvalitas vehementiùs imprimitur, atqve ideò plurimùm vicina afficit loca. [illegible] maritimæ regiones qvanqvam calidiores eſſe deprehenduntur : attamen non adeo manifeſtam temperiem exuperant, qvod ipſe etiam teſtatur *Ariſtoteles*, dum loca mari terrena ex calido, frigidoqve temperata eſſe affirmavit.

Sed hanc ipſam aſſertionem omnium uberrimè explicavit *Averroës* Ait enim, maria a parte meridiei refrigerare terras, & à parte occidentis calefacere, & hoc ideò, qvoniam maria æqvant & attemperant materiam ventorum, undè ſi ipſa fuerint à parte meridiei, æqvabunt ventum meridionalem, minuentqve calorem ejus: & ſimiliter cùm erunt à parte ſeptentrionis, æqvabunt ventum ſeptentrionalem, & remittent ejus frigiditatem. Cujus ratio eſt, qvoniam aqvæ non ſic patiuntur, neqve alterantur in caliditate, & frigiditate, ſicut aër, ipſæ enim tempore frigido ſunt calidiores : & tempore calido ſunt frigidiores.

Atqve hoc ſatis multis eſt obſervatum: nam auſtrales ventos, qvos vulgus Sirochum appellat, æſtuoſiſſimos illos ac præſertim Panormitanis infeſtos, ligures tamen ſvaviſſimos experiri ſolent : qvoniam ſcil. per mare ad ea loca perve-

perveniunt. Et Galliæ pars, quæ ad oceanum ſpectat, ita interdum occidentalibus, aut ſeptentrionalibus ventis tepeſcit, ut etiam mediâ hyeme vernam temperiem adveniſſe dicas. In paſſivis autem qvalitatibus, aſſerit *Avicennas*, (*ut ſuprà*.) maritima loca humidioris eſſe temperaturæ: qvanqvam ſi maris naturam contemplemur, qvod ſalſum eſt, atqve amarum, par etiam fuerit, ab eo ſicciores flatus educi, à qvibus deindè vicina loca exiccentur. Præterea continuò obſervamus, ita nautas à mari affici, ut qvi in ſeptentrionalibus ac montuoſis & aſperis degunt locis, omnium ſine controverſia ſicciſſimis: utriqve enim robuſto duroqve ſunt corpore, alimentum probè concoqvunt, ventre minimè ſunt fluvido, omnesqve animales naturalesqve functiones feliciſſimè obeunt: ut jam veriſſimum illud ſit, qvod ab *Hippocrate* (*lib.* 1. *præcept. in ult.*) accepimus, maritimum ſcil. locum ad ſanitatem valde eſſe accommodatum. Et reverà in toto terrarum orbe qvæcunqve vel fertilitatis, vel ſalubritatis, vel amœnitatis encomia circumferuntur, ea maxima ac plurima in maritimis locis eſſe, deprehendes: rarò alibi; ac non niſi ubi rariſſima qvædam viget cœli clementia. Et qvod *Rhodi*, (*Plin. lib.* 2. *cap.* 62.) ac Syracuſis nunqvam tanta nubila obducantur, ut non aliqva ſaltim diei hora ſol ſpectetur, neſcio, an usqvam præterea in mediterraneis locis invenias.

Sed cùm hæc veriſſima ſint, eſt tamen cur aliqvando

qvando ædificia, qvæ mare habent vicinum, minus commendentur, *nam mœnia, inqvit Vitruvius, (lib. 1. cap. 4.) qvæ ſecundùm mare erunt, ſpectabuntq́; ad meridiem aut occidentem, minùs ſalubria ſunt, qvòd per æſtatem cœlum meridianum Sole ex oriente caleſcit, meridie ardet. Item qvod ſpectat ad occidentem, Sole exorto tepeſcit, meridie calet, veſpero fervet.* Igitur, mutationibus caloris & frigoris corpora, qvæ in his locis ſunt, vitiantur.

Neſcio qvid etiam vitiis contrahere is locus ſolet, qvi ad portus litora eſt conſtitutus: illuc enim freqventia immorari navigia, ſordes ſuas omnes deponere, atqve univerſæ item civitatis cloacæ immundities latè expurgare ſolent: qvapropter etſi maritima aſpectio ſpem aliqvam valetudinis pollicetur: illa tamen aliena commixtione vitium apportare ſolet. Sed hic tamen adverſus velim, ut vera temperies à mari comparetur, ædificium non in ipſo prorſùs litore, aut in ſcopulo conſiſtere: ſed paulò à mari debere eſſe remotius: media enim ſpatia, ſi *Columellæ* (*lib.* 1. *cap.* 5.) credimus, gravioris ſunt halitûs. Qvamobrem villam ipſe ſuam, qvam ad valetudinem ſaluberrimam eſſe ſtudet, paulum ſubmovet à ripa: atqve à mari longo potiùs intervallo, qvàm brevi refugiſſe vult. Et ipſe *Galenus*(5. *Meth.c.12.*) hoc nomine Tabias plurimùm commendavit, qvòd non in ipſo litore expoſita ſit regio, ſed intervallo triginta ferè ſtadiorum diſtet. Atqve hæc

hæc maris ac maritimæ regionis natura. Qvanqvam ſemper particularis cujusq; loci conditio, ſi qva eſt, diligenter obſervanda eſt: fit enim interdum, ut qvod in plurimis uſu venit: longè aliter in qvibusdam aliis comperias. Qvibusdam locis, inqvit *Plinius*, (*17. c. 4.*) afflatus maris noxii, in pluribus iidem utiles: qvibusdam ſatis è longinqvo aſpicere maria jucundum: propiùs admovere ſalis halitum inutile: qvare experimentis optimè creditur.

## *CAPUT VII.*

### Inſulæ qvalem habeant aëris temperiem.

INſulæ in univerſum & cœli temperie, & ubertate ſoli, & fructuum bonitate cæteris regionibus non obſcurè præſtant. Summas enim ſalubritatis laudes raro in aliis locis: in Inſulis verò freqventiſſimè exponere licet. Idqve unum ſatis compertum eſt, & ſub æqvatore, ubi maximi ſunt æſtûs, & ſub urſis, ubi ſæviſſima eſt frigoris vis, multas inſulas inveniri, qvæ commoda habitationis opportunitate ne præſtantiſſimis qvidem mediterraneis regionibus cedant. Etenim ut paucas attingam. Taprobane ſub æqvatore inſula eſt, *cujus incolis*, inqvit *Plinius*, (*lib. 6. c. 2.*) *centum annorum vita modica eſt*: ac tam inculpatâ valetudine ibi homines vivunt, ut vix morbos norint aliqvando, ac toto anno arbores & floribus

floribus & fructibus graves eſſe: ut non immerito paradiſum terreſtrem ibi eſſe aliqvi memorarint. Atlantica inſula, undè Athenienſium generis prima fuit origo, ita à *Platone* (*in Critia*) expreſſa eſt, ut non ſolùm ſpecioſa, miranda atqve uberrima ferret omnia: ſed ita omni ex parte eſſet comparata, ut non tam communi naturæ opificio, qvàm ſummo Dei conſilio, ac munificentia extructa eſſe videretur. In Æthiopico autem Oceano inſula eſt, qvam vocant ſanctæ Helenæ, in qvâ qvidqvid ſeritur, mirâ temporis brevitate & adoleſcit, & fructùs maturat. Aliam Libyam verſus *Diodorus* (*Lib.5. cap.7.*) eſſe memorat, in qvâ tam ſalubris eſt aër, ſolum tam omnium ferax, tam amœni campi, ut non hominum, ſed Deorum domicilium ob ejus felicitatem eſſe crediderit. In ſeptentrionali autem Oceano fertur Zelandia temperatiſſimo eſſe cœlo, qvamvis vicina omnia gelu rigeſcant. Atqve illæ in his orbis partibus ſunt, qvas inhabitatas eſſe olim credebat antiqvitas. In mediterraneo autem mari inſulas ferè omnes, qvæ ad Ægeum mare pertinent, qvod nunc Archipelagum vocant, in manifeſta temperie poſitas eſſe, omnes affirmant. Atq; ex his Lesbum, Chium, Samum, Coum, ac Rhodum, & propter rerum omnium ubertatem, & fœcunditatem ſoli aërisqve ſalubritatem, felices & beatas jam ab antiqvis temporibus eſſe cognominatas, meminit *Diodorus* (*Lib.5. cap.16.*)

Sed

Sed qvoniam longum eſſet, ſingulas recenſere: ideò de inſularum temperie ſat fuerit illud ſtatuere, qvod memoriæ mandavit *Oribaſius*, (*9. Collect. cap. 12*) inſulas ſcilicet univerſim ſaluberrimas eſſe, atqve excellentiores fructûs ferre. Ego autem hujus prærogativæ cauſam potisſimam, à maris vicinitate, afflatûqve proficiſci arbitror, à qvo dictum eſt anteà, regiones plurimum attemperari. Huc etiam accedit, qvòd inſulæ ferè undiqve à ventis perflantur, nec ab aëre profectum vitium admodùm retinent: ſalubres etiam undiqve ſpirant venti, nempe à mari, qvò circa, qvæ propè continentem ſunt, qva parte ipſum ſpectant, minus erunt ſalubres. Nam & *Hippocrates*, (*2. de Diæta*) inſulæ, inqvit, qvæ propinqvæ ſunt continenti, tempeſtuosè exiſtunt, & ægre in ipſis hybernantur, propterea qvòd nives & glacies in continenti ſtationes habent, & ventos frigidos in vicinas inſulas mittunt. Verùm, qvæ intra Pelagus poſitæ ſunt, non habent in hyeme nivium ſtationes.

Ergò cum bonitati non parùm detrahat continentis vicinitas, illud propterea in inſulis maximè optandum eſt, ut non ita magnæ ſint, ſed brevi potius ambitu comprehenſæ: in his enim major ac ſalubrior temperies eſſe cōſvevit: nam qvæ magnæ ſunt, ex aliqva tantùm parte maris ſalubritate perfruuntur: in mediterraneis verò longè diverſam cœli conditionem ſentiunt. Atqve Auguſtus Imperator: ( ut hoc unum exem-

exemplum inſtar mihi multorum ſit: ... profluvio laboraret, Capreas, exiguam illam inſulam, valetudinis cauſa meritò conceſſit, ſed de mari hæc ſatis.

## CAPUT VIII.

### Sublimia loca humiliaqve, ac montium vicinitas qvòd ſalubritatis indicium præbeant.

QVantum verò ad altiorem aut humiliorem ſpectat ſitum: Certum eſt, inqvit *Galenus*, (*3. de humor. com. 13*) loca ſublimia, qvia undiqve adaperta ſunt, nec qvicqvam eſt, qvod flatùs intercipiat, facilius perflari: ac proinde fit, ut qvi ibi vitam degunt, ferè ſani vivant. Ideoqve & *Plato* (*4. de legibus.*) urbem totam in locis ſublimibus, & in circulum conſtitui vult: non ſolum ut munitior, ſed etiam ut mundior fiat. Huc etiam adjecit *Avicennas*, (*2. 1. doc. 2. c. 2. & Cantic. 1. num. 105.*) alta loca ſui ratione ſemper eſſe frigidiora ac magis ſalubria: ibiqve diutiùs homines vivere, ac laborum patientiſſimos eſſe. Et *Ariſtoteles*, (*14. Probl. 7.*) qvi alta loca apertaqve incolunt, tardius, ait, ſeneſcere: qvi cava & paluſtria, ocyùs: qvo etiam nomine montana eſſe ſalubriora meminit *Oribaſius*, (*9. Collect. ... cap. 2.*) ac præſertim, qvæ ſicca ſint.

Qvanqvam obſervatum eſt aliqvando, non nullas urbes, qvamvis altiſſimo in loco ſitas,

qvia

qvia tamen convalles habent, & multas aqvarum collectiones, non ita tamen ſalubri propriè cœlo. Sic Ennam Siciliæ civitatem, qvanqvam loco præcelſo, atqve edito poſita ſit: qvia tamen ibi multa cava ſunt loca, atqve in ſummam planitiem valles ſubſidunt, multisqve aqvis perennibus abundat: nil mirum denſum ibi eſſe aërem, & in nebulas freqventisſimè cogi, qvo nomine plerisqve aliis humilioribus in bonitate aëris concedit: nam & circum lacus ſunt plurimi, ac luci non pauci. Atqve hæc qvanqvam in brevioribus terrarum tractibus præcipuè vera ſunt, ac magis evidentia: attamen in magnis etiam provinciis ac majoribus omninò ſpatiis nihilominùs ſimiliter experiére. Nam cùm Bohemiæ major pars in excelſo ſita ſit, ut qvaſi exuberans ibi terra eſſe videatur: veriſimile eſt etiam hactenùs ſalubriorem aërem illic reperiri: Atqve Ægyptum, qvæ ſaluberrima ſemper regio credita eſt, adeò in ſublimi loco poſitum eſſe, meminit *Plato*, (*in Timéo in principio.*) ùt nunqvam aqvarum colluvionem, qvæ olim reliqvum orbem oppreſſit, experta ſit. Ideoqve apud Ægyptios antiqviſſimarum rerum monumenta à mundi primordiis adhuc ſervari. Sed ab hoc numero meritò Arcadiam excluſerim, aut ſi qva alia hujusmodi ſunt loca: illa tamen qvamvis excelſus locus *Ariſtoteli* (*26. Probl.60.*) ſit, paluſtribus tamen non eſt diſſimilis: aqvarum enim confluentium nullos in mari exitûs habet, qva-

D prop-

propter fauces hiatusqve præcipites in ea ter
numero ampliore ſunt. At verò humiles regi-
nes haūt ita ad valetudinem ſunt accommoda-
tæ, cùm ob alias cauſas, tum etiam qvia minus
perſpirant. Ut jam hoc argumento de Syria ma-
lè ſentiendum ſit: qvippe qvæ cauſa ſit variorum
morborum, & qvaſi in convalle orbis poſita.
Sed humilis ſitus incommoda in parvis terrarum
ſpatiis magis conſpicua ſint: in his enim qvæ-
cunqve ſunt civitates atqve ædificia continuò
ferè madeſcunt, humore omni à vicinis monti-
bus deorſum illapſo: craſſumqve & hominibus
infenſum vaporem habent. Hæc etiam loca si
qvando aprica ſunt, tam multa radiorum vis illa
in convacuo unitur, ut intolerabilis æſtus fiat.
Qvòd ſi qvis aditus ventis pateat, ex anguſtia
locorum tam illi vehementer irruunt, ut nimis
exſiccent: ſi autem ventos is locus non recipiat,
craſſior fit aër, impurusqve atq; adeò inſalubris.
Ergò hæc loca ad valetudinem univerſim im-
probanda ſunt, ex infeſto præſertim calore, qui
æſtate maximè gravis ſentitur. Qvanqvam fieri
poſſe non negem, qvòd ſæpe eſt obſervatum: ut
in convallibus frigora aliqvando magis vigeant,
cùm nimirum ſic ſitæ ſunt, ut à lateribus qvidem
utrinqve interpoſiti ſint montes: ſed tamen in
extremis partibus aditûs ventis pateant: tum
enim etiam exiguæ auræ in illis anguſtiis coactæ
impetum ſibi acqvirunt, ac propterea regionem
frigefaciunt: ſolet enim aër, ut teſtis eſt *Avicen-*
*na*,

*nas*, (*2. 1. doc. 2. cap. 8.*) cùm per viam incedit anguſtam, tractim procedere, & non ceſſare, qvemadmodum etiam aqva & complura alia. Cùm ergò in humilibus locis incommodè ad valetudinem habitationes exiſtant: illo tamen tempore cœteris præferri ſolent, cùm peſtilens ambientis conſtitutio graſſatur: ſi qvidem in aëre generalis putrefactio conſtiterit; tunc enim convenientior convallium eſt habitatio, qvàm qvæ in aperto eſt poſita: non enim peſtis ſemina, qvæ à ventis deferentur, illuc usq; facilè detrudi poſſunt; ſed potiùs per ſumma prætervehuntur.

Præterea cùm tria eſſe agrorum genera adverterit *Varro*, (*1. de re ruſtic. cap. 7.*) campeſtre, collinum & montanum, ubi lati, inqvit, ſunt campi, ibi major etiam æſtus: & eò in Apulia loca calidiora, & graviora. Et ubi montana, ut in Veſuvio, qvòd leviora, ideò ſalubriora. Item qvi colunt deorſum, magis æſtate laborant: qvi ſurſum, magis hyeme. Præterea campeſter locus is melior, qvi totus æpvabiliter in unam partem vergit, qvamvis qvi eſt ad libellã æqvus, & qvi eſt inæqvabilis eò deterior, qvod fit propter lacunas aqvoſas. Et *Avicennas*, (*2. 1. doc. 1. c. 4.*) in locis, inqvit, diverſorũ ſituũ plurimùm aëris mutationes cõtingunt: non ita autem in his, qvę æqvales ſunt.

Sed qvoniam de montibus paulò anteà incidit ſermo, prætereundum non eſt, qvod *Hippocrates* (*2. de diæta.*) memoriæ mandavit: vicinos ſcil. montes ſemper efficere, ut qvi venti illinc

ſpirant, minùs ſalubres habeantur. Ubi enim a aqvilone montes adjacent, in his aqvilones perturbant, ac morbos faciunt. Ac paulò pòſt, qvicunqve, inqvit, venti relictis montibus ad urbem accedunt, non ſolùm ſiccant, ſed etiam turbant ſpiritum, qvem inſpiramus, & corpora hominum morboſa faciunt. Qvamobrem longo intervallo à montibus ſemota eſſe civitas debet, qvam pro valetudine conſtitutam eſſe volumus, aut certè ita poſita, ut vicini montes inſalubrium ventorum flatûs intercipiant potiùs, non autem transmittant.

## *CAPUT IX.*

### Qvomodo ex terræ atqve adnaſcentium herbarum naturâ: item ex certi animantium habitudine, ac promiſcuis qvibusdam aliis, regionum ſalubritas judicetur.

MOnet *Hippocrates*, (*de aëre 1. cap.*) ut in regionum temperie dignoſcenda, terra ipſa diligenter conſideretur, nudáne ſit, & aqvis carens: an denſa & aqvoſa? Qvo duplici indicio univerſas terræ differentias integrè ille complexus eſt: lapidoſam, arenoſam, argilloſam, ſabuloſam, macram, pingvem, uliginoſam, & cæteras alias: nam qvæcunqve terra ſicciore est temperamento, & aqvis caret, ea nullis herbis ac fructibus tegitur: ſi verò pingvis ſit, & aqvis irrigua

irrigua, multa herbarum copia atqve arboribus denſa conſpicietur. Ergò veriſſimum ſemper ſuper his ita judicium feretur: nam ſi *ſiccitates* (*3. Aph. 11.*) imbribus ſunt ſalubriores: fatendum qvoqve eſt, nudam terram, ſub qva etiam lapidoſam, & argilloſam, & macram,& ſimiles alias comprehendo, hac ratione valetudini magis eſſe accommodatam. Denſam verò, ſub qva pingvis & uliginoſa continetur, voluptati magis fortaſſe convenire, minùs tamen ſalubrem eſſe.

Præterea verè docet *Oribaſius*, (*9. Collect. c. 17.*) qvâ ratione ipſius terræ naturam intimiùs indagare poſſimus: nam, inqvit, ſi illa ſalubris futura ſit, humore perfuſa non ſolùm terrenum qvid redolet, ſed ſvavem etiam odorem ſpirat, qvalem Ægyptus facit. Qvòd ſi terræ glebam capias, (*ibidem c. 18.*) & aqvâ madefacias, ſiqvidem odore manet, perindè ac è carbonibus reſtinctis, vitioſam eſſe regionis exhalationem arguit. *Argilloſa* (*ibidem c. 11.*) etiam terra robur diſſolvit, cùm exhalationem habeat, in qva diſſolvendi jus ineſt. Rufa majore exiccandi vi prædita eſt: nigra verò omnibus bonitate longè præſtat. Sed ibi deterrima eſſe habitatio exiſtimatur, ubi ſunt metalla, nam ſicca & ſuffocans eſt. Compertum etiam eſt, ſaxoſa nudaqve loca, ut hyeme frigidiora: ſic calidiora æſtate reddi: & qvidem in denſa materia omnis qvalitatum exceſſus imprimitur magis. Hujusmodi etiam cava atq; humilia ſunt loca: & deniq; ubicunq; craſſior eſt aër:

Sed ex qvibusdam etiam plantarum generibus haut obſcure regionum natura edîſci poteſt. Etenim *Galenus (1 Meth. 12.)* hoc nomine Tabias commendavit, qvoniam ſponte per agros naſcuntur Agroſtis, & Lotus, & Bulbus, & Hedera, & Cythiſus, aliiqve his ſimiles frutices. Hujusmodi etiam eſt *Laurus, (9. Collect. c. 16.)* Cupreſſus, & flores omnes, qvi ſvavem odorem ex ſe mittunt: & qvæ etiam odorata naſcuntur, Anethum, Apium, Thymum, & qvæcunqve tenuitatem reddere aërem qveunt. Abeſſe autem debent Cicuta, Geniſta, Eruca, item Cappares, & Lupini, & Coriander. & qvæ mortiferam evaporationem habent, Taxus, Oleander, & hujusmodi alia: nam ficus & nuces, & ſi in hoc genere minus commendentur: non tamen cum illis conferendæ. Prætereà eam etiam regionem laudat *Oribaſius, (9. Collect. c. 17.)* in qva ea, qvæ ex terra oriuntur, benè tincta & probè colorata, & odoratiora ſunt: & ſi qvis virentes herbas intuetur, nolit aſpectum citò aliò traducere: ſiqvæ arbores magis ligneæ humi incumbentes, aptabiliores ſunt, qvàm ſublimiores: & tandem ſi fructûs ſtatim maturos, & odoratiores ferat. Salubritatis etiam indicium eſt, ſi qvæ homines in futurum tempus reponunt, qvale eſt triticum, hordeum, cæteriqve fructûs, caricæ, palmulæ, & hujus generis alia, diutiùs manſerint incorrupta. Id etiam author regionum ſalubritatem agnoſcit, ſiqvidem pueri omnes, qvi loca inha-

inhabitant, floridi & ſucci pleni, & coloratiores ſint: itemqve catuli, & cœterorum animalium filioli nuper in lucem editi, meliores præſtantioresqve ſint, qvàm in aliis regionibus. Et *Palladius*, (*lib. 1. tit. 3.*) qvi optimum, inqvit, aërem inſpirant, colore ſunt ſano, firma illis capitis ſinceritas, in offenſum lumen oculorum, purus auditus, ac fauces commeatum liqvidæ vocis exercent. *Item* (*9. Collect. c. 17.*) ſomnos ibi capies ſvaviores: & animum à viſis inſomniis neqvaqvam perturbari contingit.

Sed cùm hæc ita ſint: aliundè etiam, qvalis civitatis conditio ſit, ita cognoſces, ſiqvidem multis inqvinamentis referta ſit: in eaqve & ſues & pecora, immundaqve alia animalia per publica loca paſcantur: ſæpè ſalubrem per ſe aërem fœtore conſpurcant, & peſtilentem aliqvando reddunt. Suſpecta etiam ea civitatis regio eſt, in qva multæ coriariæ officinæ, infectorum, pellionumqve, ac ſimiles aliæ conſtructæ ſunt: ut jam providè in multis civitatibus cautum ſit, qvòd illæ in remotiſſimas urbis partes ablegentur. Sed hæc loca viciniæ magis, qvàm ſibi infeſta eſſe ſolent: cùm vix ipſa præ craſſitie aëris, qvi ex ſordidis illis recrementis qvaſi denſeſcit, externam contagionem admittat: nam & ubi peſtis graſſatur, accepimus aliqvando, cornuum ſegmenta, coriaqve incendi ſolere: ut illo nidore peſti aditum præcludant: ſeqve indè præmuniant. Prætereà id genus hominum qvoniam

fœtidis gravibusqve odoribus diu aſſveveri[nt,] ægrè aliqvid à putrida, ac peſtilenti inſpiratio[ne] patiuntur:nam & eos qvi in magnis xenodochi[is] ſordidis miniſteriis dicati ſunt, difficilè peſtile[n]tia corripit.

Deterrima illa ſunt loca: in qvibus li[ni]num,cannabis, ſpartumqve maceratur, emolli[un]turqve: ferè enim peſtilens exhalatio indè p[er] aërem aſſurgit. Præterea melior eſt is aër,inqv[it] *Galenus*, (*3. de humor. cap.3. 9. collect. cap.5.*) q[vi] ruri eſt, qvàm qvi in urbe: ac cauſam eſſe ai[t,] qvia urbanus non ſecus, qvàm qvi in convalli[bus] habetur: calidior craſſiorqve eſt. Sol en[im] aërem perflatu vacantem calefacit: motio[nis] verò vacuitas craſſum reddit: id qvod pati a[ër] videtur, qvia multæ & omnis generis axhalationes ex urbe in ipſum fluunt. Qvi verò ruri e[ſt,] cùm tenuis parvusqve ſit, homines cibi appetentiores facit, & ut meatus magis fluxiles ſint, & ſenſus vegetiores fiant, & meliùs alantur homines, meliusqve concoqvant. Sed non ignora[m] aliqvos eſſe, qvi putant, nihil magis aëris bonitatem, ſalubritatemqve præſtare poſſe,qvàm hominum freqventiam. Hi enim vicinas paludes, ac ſtagna ſiccant, longeqve abducunt: denſa nemora excindunt: vitia aëris igne corrigunt: ædium altitudine purius cœlum inſpirant. Præterea compertum eſt, magnas olim ac populoſiſſimas civitates, cùm multâ aëris bonitate anteà perſtuerentur: nunc tamen magna ex parte

collapſas,

collapſas, & in ruinam converſas, aërem qvoqve deteriorem ſortitas eſſe, qvod ipſum in Dalmatia Aqvilejam, in Italia Romam, ac Ravennam, itemqve Alexandriam Ægypti, ac multas alias ſatis oſtendere affirmant.

Ego autem affirmarim qvidem, inſalubrem regionem & ſtagnis, ac paludibus, & ſimilibus incommodis deteſtandam, minùs reddi inſalubrem, ſi hominum inhabitet freqventia: qvi nimirum ſiccando ac derivando ſtudio ac cura, ejus vitia depellant: illud tamen mihi perſvadeo: ut, qvæ ſua natura ſalubris eſt, nihil turba hominum, nihil juvet habitatio, qvæ potiùs immunditiis, cloacis aliisq; expurgamentis, ac cadaverũ exhalatu aërẽ depravat, & plerunq; corrumpit.

Ergò veriſſimum hoc conſtitutum ſit, turbam hominum per ſe ſemper obeſſe: ſola tamen induſtriâ ac ſtudiô juvare, ubi ſcil. aliqva corrigenda ſunt vitia. Qvòd autem magnæ aliqvæ civitates deteriorem modò habitationem ſortiantur, ac valdè ab antiqva degenerantem, nihil mirum, nam loca vacua ruinæqve ipſa magnarum putredinum ſunt receptacula: propterea peſtilens aliqvid exhalant.

## CAPUT X.

## Qvæ ſalubris eſſe debet in civitate viarum ratio.

INventô jam loco, ubi aptè ad valetudinem civitas conſtituatur, proximus deindè labor eſt,

ut iis opportunè diſtingvatur: qvatenus ſcil. hic qvoqve bona ſervari debeat valetudo. Qvæ res qvoniam peritè admodum ab *Oribaſio (9. Collect. cap.20.)* explicata eſt, transferam huc ejus orationem, qvæ mihi omnium inſtar fuerit. *Viæ*, inqvit, *in civitate æqvo intervallo, mutuaq; longitudine & latitudine protendi debent, nullo inter eas conſtructo ædificio: ita enim urbs conſtituta aëri ſalubriter expoſita eſt, ac benè à ventis perflatur, qvi tum demum placidi, ac nulla violentia ſpirant, cùm nihil objicitur, qvod liberum eorum defluxum retineat. Ad hunc igitur modum expediti civitatem perflantes expurgant: fumosq; & pulverem omnemq; exhalationem à civitate repellunt. Hac etiam ratione ſitæ urbes rectè Soli expoſitæ ſunt: qvocunq; enim tempore loca omnia ille perluſtrat. Si verò non pari intervallo viæ inter ſe diſpoſitæ ſint, ac flexûs habeant qvosdam, qvos obliqvè venti attingant: non obſcurè aër turbatur: nam cum unicus ſpirat ventus, in multos ſcinditur, eosq; inter ſe pugnantes: qvi etiam dum ad eas vias deferuntur, qvæ exitum non habent, aërem ibi concluſum collidunt: neqve enim illuc intrant venti, undè evadere non poſſunt. Ille autem colliſus, undabundus per alias vias jactatur, atqve ita variè repercuſſus inæqvaliter ſpirat, ac cœli ſtatum perturbat. Iſtæ etiam inæqvaliter conſtitutæ viæ malè à ſole illuſtrantur, qvi qvoniam obliqvè incidens exhalationes depurare non poteſt, aërem craſſum ac perſpiratu difficilem rddit.* Atqve hæc *Oribaſius.*

Qvamobrem uni huic ſtudio diligenter incum-

cumbendum eſt, ut rectæ civitatis ſint viæ, latæqve, ac nullo obice obſtructæ impeditæqve. Qvocirca Panormitanæ urbis cùm ornamenta alia, tum egregiam etiam viarum poſitionem ſummoperè laudo. Etenim urbs tota cum jam anteà ducta via longiſſima, atqve ad amuſſim rectà in partes duas æqvales diviſa ſit: nunc altera ingenti ac magnifico ſumtu veteri transverſa deducta eſt, qvæ urbem ſimiliter totam alia ex parte æqvaliter ſecans, gratum ac jucundum intuentibus ſpectaculum præbet, ac civibus etiam ſalubre: ita enim fit, ut venti, qvi à qvatuor mundi cardinibus ſpirant: ac per totidem utriusqve viæ portas rectà ingrediuntur expeditum iter inveniant: nullumqve ideò in civitate turbamentum faciant, cùm liberum jam iter, nec ulla parte obſtructum, aut tortuoſum offendant: atqve intereà noxios vapores, qvos in magna civitate plurimos colligi par eſt, facilè exturbant, atqve depellunt.

## *CAPUT XI.*

## Ex prædictis conditionibus qvænam cœteris præſtent.

CUm multa hactenus expoſita ſint, qvæ locorum ſalubritatem arguere ſatis poſſunt: non inutile etiam fuerit, ſi ex his ea ante oculos ſeorſim ponam, qvæ in hoc genere cœteris præſtent. Neqve enim optima omnia obtinere ubiqve poſſu-

poſſumus, aut Locros Crotonemqve: qvæ ſalu-berrimæ urbes ſemper habitæ fuerunt, incolere ex animi ſententia nobis licet: qvamobrem ſi præſtantiſſima minimè ſortiti ſumus: ſat fuerit, ſi proxima aut non longè remota concedantur. Ergò qvò qvæqve bonitatis gradu diſponantur, hoc qvoqve ignorandum non eſt. At id prius veriſſimè dicam, nullam eſſe qvantumvis optimam ſalubrium locorum conditionem, qvæ ſi per ſe ſola ſpectetur, ſatis ad perfectam ſalubritatem eſſe poſſit: multæ enim ac potiſſimæ conveniant neceſſe eſt, ut commendare civitatem jure poſſis.

Verùm, qvas ego potiores putem, ſic habe. Situs elatior cœteris aliis regionum commodis anteponi mihi videtur: vix enim ventis undiqve perflantibus, colligi uſpiam noxii vapores poſſunt: ſecundo loco ventorum bonitatem pono: poſteà Solis aſpectum: ac deindè opportunitatem aqvarum: qva etiam appellatione mare ipſum comprehendo: cuius qvidem viciniam inter prima facilè poſuerim, qvoniam etiam maritimas regiones omnes elato in ſitu poſitas eſſe, omnibus conſtat: qvòd ſcil. ſemper litoribus inferius eſt mare. Et *Avicennas*, (*2. 1. doc. 2 cap. 11.*) ut civitas ad altitudinem benè ſe habeat, diligenter perqvirit: deindè ad diſcoperturam, tandem ad aqvas. Ergò ſi in his benè ac ſalubriter ædificium ſit conſtitutum, reliqva tibi ultrò ſe ſe offerent. Qvanqvam proprias ac peculiares

liares locorum naturas, qvas à Dæmonibus, id eſt, divinitùs immiſſa eſſe, *Plato* ( *3.de legib. in fine.* ) affirmavit, & qvæ ſolâ experientiâ noſcuntur: ſive excerto aſtrorum aſpectu, ſive ab occulta origine ortum ducant, cæteris aliis ad præſtandam ſalubritatem plus poſſe neqvaqvam dubito. Qvocirca erit aliqvando, cur manifeſtæ locorum qvalitates & ſalubrem & inculpatam regionem promittant, qvam tamen potiora illa principia aliter ferant,

## *CAPUT XII.*

### Qvi in ſalubrium corporum Status, qvibus gaudeant locorum naturis.

POſt hæc, qvæ multa hactenus dicta ſunt, illud etiam ſilentio prætereundum non eſt, qvod qvidem ad rem noſtram magni eſt momenti: non ſemper ſcilicet *temperatum* ( *1. San. tuen. c. 11. & Paul. lib. 1. cap. 49.* ) aërem, & qvi omni ex parte ad ſecundam valetudinem accommodus ſit, cunctis corporibus æqvè ad benèvalendum convenire: nam, ut fatear, benè temperàtis hominibus optimam cœli temperiem maximè opportunam eſſe: ita his, qvi aliqva ex parte ab ea moderantia recedunt, ille profectò ſalubrior eſſe judicabitur, qvi tali exceſſui mederi poſſit. Ergò qvi calido eſt temperamento, nemo illum ſalubrius in frigidiore terra victurum negabit, qvàm in planè temperata, ut interim eadem

mihi

mihi reliqvorum ratio ubiqve ſtatuatur, ſi qvis unqvam ab optima corporis temperatura declinat.

Sed hoc in loco diſſentientem ſibi Galenum *Raſis* agnovit: (*lib. 6. contin. cap. 6. cap. 11.*) nam cùm ille primo *Libro* de ſanitate tuenda, bonum aërem æqvè omnibus convenire ſtatuiſſet: non multò pòſt, non omnibus, inqvit, temperatus aër ex uſu eſt. Verùm nulla hæc eſt, nec verborum, nec ſententiarum diſcrepantia. Cùm enim optimum aërem, id eſt, qvi purus, & nulla aliena permixtione coinqvinatus eſt, nulli non ætati eſſe utilem dixerit: adjecit ſtatim: At verò qvæ ex calore, frigore, ſiccitate, humiditateqve diverſitas aëris contingit, non perindè ſe ad omnes homines habet. Ergò non idem eſt bonitas aëris, & temperies, ad hominem præſertim comparata: illa enim in proba ſubſtantia poſita eſt: ideoqve omnibus convenit: hæc verò in qvalitatibus tantùm, atqve his ex uſu eſt, qvi ſunt temperati, intemperies verò his etiam, qvi contrariam præ ſe ferunt qvalitatem. Nulla igitur, qvam ipſam tamen magnam putat, in Galleno notari poteſt controverſia. Sed hæc qvanqvam vera: nimis tamen dicta ſunt univerſim: nec ſi qvis inter ipſa ſingularia verſari velit, ſatis indè perſpectum habebit, qvalis regio, qvibus affectibus ad benevalendum opportunior ſit.

Qvamobrem lubet *Aëtium*, (*lib. 3. cap. 163*) qvi

qvi de hac re diligentiſſimè multa memoriæ mandavit, huc adducere. *Aër*, inqvit *ille*, *qvi in montoſis altisq; regionibus eſt, & nullam auram ſuſcipit, commodus eſt erectâ cervice ſpirantibus, & tabidis & omnibus thoracis & capitis affectibus. At qvi in humilioribus regionibus purus eſt, commodus eſt animo delinqventibus ac ſenibus. Marinus verò hydropicis & fluidis affectionibus, & præſertim frigidioribus utilis eſt, & nervis per conſenſum affectis, ac proſtrata appetentiæ. Celſus ( lib.4. cap.4.)* etiam his, qvi tuſſi moleſtantur, per hyemen locis maritimis, per æſtatem mediterraneis opus eſſe, affirmavit: & qvi imbecilli ſunt ſtomacho, in perflato locat ædificio, æſtivum hybernumqve ſolem habente: cavetqve meridianum ſolem, matutinum ac veſpertinum frigus: minimeqve nubilo cœlo ſoli aperienti ſe committit: ne modò frigus, modò calor moveat: qvæ res maximè gravedines, deſtillationesqve concitat: magis verò gravibus locis iſta eſt ſervanda, ait, in qvibus etiam peſtilentiam faciunt. Sed hic etiam audiendus eſt *Oribaſius, ( 9. Collect. cap. 11.)* qvi opportunè multa: (*Sublimia*, inqvit, *loca omnibus thoracis affectionibus ſunt accommodata, tenuia verò & capiti laboranti, & omnibus ſenſuum inſtrumentis: at loca humilia antè dictis non ſunt idonea: his verò, qvi per halitum digeruntur, qvi in Syncopas cadunt, & ſenibus apta ſunt: loca verò maritima hydropicis & qvibus qvævis defluxio moleſta eſt, accommodata ſunt: itemq; ubi detergendum, aut*

*aut calefaciendum, aut aperiendum eſt, conveniunt.* Sed proſunt etiam omnibus his, qvi nervorum & articulorum doloribus torqventur, jam depravatis qvoqve appetitibus proſunt. Mediterraneæ verò ſunt maritimis frigidiora: cæterùm ad morbos acutos, ſi neqve vitibus conſita, neqve cava fuerint, ſunt maritimis accommodatiora: ſed ad morbos diuturnos ineptiora. Præterea veræ domûs, *inqvit, ( ibidem cap. 13.)* qvæ ad terram ſunt, cùm febricitantibus, tum vel maximè his, qvi ardenti febre jactantur qviqve in ſyncopen cadunt, accommodatæ ſunt, qvandoqvidem aptiores ſunt frigidiores, qvàm ſublimia tabulata, & vires ægrotantium ſuſtinent, & continent: conveniunt eædem iis, qvi ſangvinem rejiciunt, & qvi capitisdolore vexantur.

Tabulata verò ſuperiora apta ſunt iis, qvi pituitam in thorace collegerunt: & ad ſummum, corporis qvod multa materiæ ſit, magnæ domus ſunt idoneæ: valent enim ad diſcutiendam materiam, & integram vim, probamqve facultatem, qvam corpora qvodammodò rapiunt, propter aëris copiam impertiuntur. Parvæ domûs horum contraria efficiunt, Sublimia verò reſpirationis facilitatem gignunt, caput levant, ac præſertim, qvòd ex febri vitium contraxerit: humiles omninò improbantur.

Qvæ ad meridiem ſita ſunt, ad omnes affectiones ſunt accommodatæ, præterqvam ad eas, qvibus refrigeratione opus eſt, ad qvas aptiores

ſunt

ſunt aqvilonares: ſecundo loco cenſentur, qvæ ad orientem Solem ſpectant: pesſimæ, qvæ ad occidentem,& præſertim æſtate: habent enim lucem matutini temporis,in qvo maximè ægrotantes ſunt meliuſculi,triſtem & inamœnam: & veſpertinas horas atqve nocturnas cum moleſtia traducunt. Qvæ verò ſunt picturis diſtinctæ, febricitantibus atqve inſanientibus omninò improbantur: qvippe qvæ abſurda viſa excitent: Sed hæc, qvæ de apto febricitantium cubiculo ſcripſit *Oribaſius*, haut ita admittere videtur *Celſus*, (*Lib. 3 c. 4.*) nam ægros interdiu in luce continet,maximoqve conclavi cubare præcipit. Sed reverà uterqve ex arte locutus eſt, nam cum ſola febris curanda eſt, & qvam nulla putredo, nulla cauſa comitetur, ſola refrigerantia remedio ſunt: ideoqve alta tabulata & lux qvoqve ipſa evitanda: ac ſubterraneis locis potiùs jacendum eſt,qvæ qvidem ipſe etiam elegit *Galelenus*, (*10. Meth. cap. 8.*) dum Hecticam febrem curat. At ubi humorum ſubeſt putredo, qvæ ex ventilatione & apertione, & diſcusſione aliqva opus habet, huic uſui præſtant conclavia, & in luce eſſe: nam iſta qvoqve corpus digerunt.

Fateor tamen, multa offerri interdum ſymptomata, qvæ tenebris unicè gaudent: nam qvibus implacitæ ſunt febres, ait *Hippocrates*, (*4 Acut. 48.*) jacere in conclavi obſcuro debent; nimirum qvia difficili tolerantiâ affatim vires diſſolvuntur: nam qvi in tenebris naturalis ca-

lor ſpiritusq́ve contrahitur, idem exit in lu[illegible] atqve diſſolvitur. Præterea ubi vehementes d[illegible] lores, ſyncope ac deliria infeſtant, in tene[illegible] qvoqve continendus eſt æger, ut vitæ robur m[illegible] gis ſervetur: ac, ne dum multa, ac varia oculi [illegible] tuentur, delirandi præſtetur occaſio. Sed *A[illegible] cennas* (*1. Cantic tract. 2. num. 116. 117.*) qvoq[illegible] domum, inqvit, valdè patulam, atqve omnib[illegible] ventis diſcoopertam hyeme admodùm frigida[illegible] eſſe: æſtate verò calidam: qvæ verò depre[illegible] eſt ac ſubterranea, contrarium diſpoſitione[illegible] obtinere: ut propterea propoſitis certis qvib[illegible] dam ægrotantium diſpoſitionibus, liceat, v[illegible] hanc, vel illam pro ſalubritate potiorem ſtatue[illegible]

## CAPUT XIII.

### Terrarum loca qvatenus animo[illegible] hominum afficiant.

QVibus modis, & qvàmvariè hominum cor[illegible] pora à regionibus immutari contingat, ſa[illegible] tis pro viribus eſt explicatum. Nunc operæ pr[illegible] tium eſt, qvatenus ab iisdem affici animus ſol[illegible] at, id qvoqve ſermoni adjicere. Etenim compe[illegible] tum eſt, animi mores non ſolùm à ſtirpe gener[illegible] atqve ab ipſo ſemine diverſè comparari: ſed e[illegible] his etiam rebus, qvæ à locis & vitæ conſvetud[illegible] nibus ſuppeditantur, qvibus alimur & vivimu[illegible]

Verùm, qvid varia regionum conditio ad mores conferat, uberrimè, ut cœtera alia, mo[illegible] ſtravit

ſtravit *Hippocrates*, ( *de aëre &c. in fin.* ) nam inqvit, qvicunqve regionem montanam,aſperam, nudam & non aqvoſam incolunt, ad laborem & viriliter agendum naturâ præſtant : congenitamqve habent feritatem & immanitatem. Qvi verò loca concava pratenſia & æſtuoſa habitant, virilitatem & tolerantiam laboris non æqvè à natura habent, niſi conſvetudo accedat, qvæ aliter edoceat. Qvicunqve verò altam habitant regionem, planam, ventis expoſitam & aqvoſam, animo ſunt manſvetiore. Qvi verò macra, aqvis carentia & nuda loca tenent, mores eorum rigidi ſunt,pertinaces & contumaces: ubi autem terra pinguis eſt & mollis & aqvoſa, qvæ autem valdè ſublimes, & æſtate calidæ ſint, & hyeme frigidæ, ibi homines ut plurimùm maligni, ſegnesqve,& ad artes tractandas non acres ut ſubtiles naſcuntur. Ubi autem regio eſt nuda,natura munita,& aſpera : qvæqve & à frigore hyberno prematur, & a ſole æſtivo exuratur: ibi duros & robuſtos & vigilantes invenias: qviqve mores habeant pertinaces, & ad iram proclives, & contumaces; magisqve feritate participantes, qvàm manſvetudine : inſuper & ad artes etiam acutiores, & plus ſolertes, & ad res bellicas aptiores.

Atqve ideò qvi Galliam provinciam Italiæ comparant : qvoniam illa ferè tota in planitie poſita eſt : Italia autem multis,in partibus montoſa atqve aſpera; ideò Italos eſſe magis bel-

licoſos ac robuſtiores affirmant: Gallos m
ſvetiores infirmioresqve, (niſi tamen qvos di
plina ac longus uſus aliter efformavit,) ſed
etiam ſatis conſtat in montoſis atqve aſper
gionibus plebem ac ſecundæ ſortis homine p
rimùm inter alios poſſe, ac prævalere: nec n
libus primatibusqve facilè concedere: p us e
in his valere corporis vires, qvibus vulgares
ſtant: in planis verò magnates ſunt potiores
magis dominantur: nam aptior is eſt imper
locus. Prætereà, qvi aſpera incolunt loca, &
nihil ferunt, niſi multâ culturâ & magnô la
qvæſitum, qvales Ligures à *Cicerone* (*in lege a
ria, in princip.*) memorantur, duri atqve a
ſtes ſunt. At qvi agrorum bonitate, & fructu
magnitudine urbis, aut ſalubritate, & re
copiâ perfruuntur, ut de campanis idem a
mat, ſemper ſuperbi ſunt atqve arrogantes.

Sed qvi maritima incolunt, in qvibus pro
portuum opportunitatem, multis vari
mercatorum, & advenarum ſermonibus co
tur, fraudulenti ut plurimum ſunt, & mend
& ſtudio qvæſtûs ad fallendum prompti, cu
modi eſſe Carthaginenſes ab eodem memo
tur. Qvamobrem ut hæc animi vitia à ſua R
blica depelleret *Plato*, (*4. de legib. in pri*
à mari civitatem diſtare vult ſtadiis octogin
nam ſi proxima mari eſſet; ac portuoſa, &
nitas, inqvit, ſalſa eſſet atqve amara: nam
mercedibus & pecuniis cauponando civita
ple

leatur, doloſi animi, inſtabiles, atqve infidos mores parit: unde parum & ipſa ad ſeipſam, & ad gentes alias fidem & amicitiam colit: hinc arbitror antiqvorum dictum emanaſſe: *Inſulanos omnes malos eſſe: Cretenſes autem peſſimos*: qvòd ſcil. in cunctis Inſulis, ſed præſertim Cretæ civitates omnes ferè maritimæ ſint, ideoqve inconſtantes & fallaces, ac vicinis fluctibus ingenio non abſimiles. Ergò veriſſimum eſt, qvod etiam à *Galeno* (*Qvòd animi mores, &c. cap. 5.*) pluribus demonſtratur: diverſas terræ habitationes ad animi mores prudentiamqve efficiendam plurimum poſſe.

## CAPUT XIV.

## De Climatum temperie judicandâ.

HIs igitur, qvæ multa hactenus dicta ſunt, ſi probè animum adverteris, haut difficilè fuerit, aptum ſitum dignoſcere, qvi condendis urbibus ac domibus collocandis pro valetudine ſit. At qvoniam ſcio, nonnullos eſſe, qvi, dum hæc diſſeruntur, de temperatiore etiam climate notitiam aliqvam tenere deſiderent: ne inter multa, qvæ locorum temperiem aut efficiunt, aut arguunt, hoc unum ignorent, paucis hoc etiam argumentum abſolvam. *Avicennas* (*1. 1. doc 3. cap. 1. & 2. 1. doc. 2. cap. 8.*) ſub æqvatore maximè temperatam eſſe regionem prodidit, etenim rectitudo Solis, ut ipſe inqvit, ibi benigna eſt, &

minus aërem afficit, inceditqve: poſtea verò qvæ qvartò in climate eſt, qvod Dia-Rhodii appellatur. Nec alia fuit *Galeni* ſententia, (*3. aph. 14. & 2. ſan. tuen. cap. 7.*) qvi *Gnidum*, *Coum*, & vicinas regiones, exqviſitam habere temperiem, ac medias eſſe in orbe terrarum putat. In his enim locis & hyeme, & æſtate mediocrem temperiem ſemper eſſe: vere autem & autumnò multò magis: in his etiam regionibus multa eſſe ſa luberrima corpora, qvæ reliqvis veluti Polycleti regula futura ſint: & qvalia apud Gallos, Scythas, Ægyptios atqve Arabes, ne per ſomnium qvidem eſt vidiſſe. Atqve hoc ipſumqvartum eſt clima. *Averroës* verò (*2. Collig. cap. ult.*) damnato interim Avicenna, qvi cum Galeno ſummam qvarto climati temperiem tribuit: qvintum, ubi Roma ſita eſt, cœteris antepoſuit. Cujus etiam ſententiæ *Vitruvius* fuit, (*Lib. 6. cap. 1. Cent. 1. curat. 13. Lib. 7. Epiſt. 1.*) *itemq; Amatus* Luſitanus, *Manardus*, & ipſe vir gravis, ſextum clima, ubi Ferraria eſt, maximè temperatum eſſe contendit: eſſe enim in medio terrarum orbe habitabili, ac multis eminere prærogativis.

Ego verò in iſta authorum controverſia, ingenuè meam ſententiam exponam. Tria hæc climata, in qvibus temperiem autores pro ſe qvisqve collocarunt: qvartum nimirum, qvintum & ſextum, haut plurimùm Solis ratione, qvi vel propiùs, vel longiùs circumvolvatur, manifeſta temperie inter ſe differunt. Compertum enim eſt,

eſt, regiones nonnullas, qvæ ad meridianas partes magis vergunt, qvoniam montoſæ ſunt, paludoſæ, ac ſeptentrioni converſæ, frigidiores qvibusdam aliis exſiſtere, qvæ à Sole majori recedant intervallo, ſiqvidem aut in planitie ſint ſitæ, loco ſicciore, aut ad meridiem ſpectent. Et Angliam, Britanniæ regionem, qvæ maximè eſt ſeptentrionalis, qvoniam in perpetua ferè planitie eſt, ac ſine montibus, ideò eſſe temperatiſſimam, atqve amœniſſimam affirmant.

Fateor viciniam Solis, ac radiorum rectitudinem in terris non exiguam eſſe caloris cauſam: ajo tamen, non ita omnia in his conſiſtere, ut aliæ etiam afferri, ac potentiores non poſſint. Ergò in eodem climate, eademqve longitudine non exigua temperiei diverſitas eſſe ſolet, qvæ non à ſolè, cujus eadem ſemper eſt ratio, ſed à certis qvibusdam aliis locorum naturis proficiſcatur: ut præterea ex tribus prædictis climatibus qvod nam temperatius ſit, haut facilè judicari poſſit: non enim nos ad certam duntaxat Solis diſtantiam: ſed magis particularem habitationem noſtram ac ſitum contemplamur.

Qvocirca Avicennæ ſententiam neqvaqvam improbo, nam ſunt etiam doctiſſimi *qvidam* viri, (*D. Thom. qvæſt. 102. artic. 2. ad 4. Andreas Ceſalp. 3. qvæſt. perip. cap. 8.*) qvi intra tropicos feliciſſimum amœniſſimumqve eſſe putent terrarum orbem: eſſeqve in eo loco paradiſum terreſtrem, deliciarum ſedem, ibiqve etiam amœniſſimos

illos Junonis hortos tantopere Græcis celebratos perpetuò vireſcere. Hoc etiam in orbe Fortunatæ inſulæ, qvas modò Canarias dicimus, cœli temperie memorabiles: nonnullæqve aliæ, quæ noſtris temporibus inventæ ſunt, magna aëris prærogativa illuſtres exiſtere perhibentur. Deprehenſumqve eſt, in his terris uberrimos, ac perennes fontes, latiſſima atqve ampliſſima flumina, lacûs & paludes maximas contineri: ut jam ideò ſi univerſim illum orbem æſtimare velis, potiùs humidior ſit æqvo: nam & altiſſimi, ac plurimi emergunt montes, & pluviæ decidunt copioſæ: præſertim qvo tempore rectà ſol radios dimittit. Qvod verò ad calorem pertinet, temperatum planè agnoſcunt, multisqve in locis etiam frigidiorem: nam & nives & glacies plurimæ alicubi concreſcunt. Qvamobrem ex tribus illis, qvæ memorat *Oribaſius*, (9. *Collect. cap.* 6.) omnibus terris tributa eſſe: qvæ ſcil. à ſitu orbis terræ, à proprietate aliqva, & à qvibusdam Symptomatibus deveniunt, veriſſimè deprehenſum eſt, plus ad calorem facere certam loci naturam, ac qvæ ille vocat Symptomata, qvàm orbis terræ ſitum, ac Solis propinqvitatem: qvam qvidem ſi tantùm ſpectes, fateor, cum *Manardo* Ferrariam, & cum ea etiam Venetias, ac celebres multas Italiæ civitates in media temperie conſiſtere: ſita enim ſunt ad qvadrageſimum qvartum latitudinis gradum: qvocirca & Mediolanum temperatius adhuc fuerit: cujus nimirum ſitus

ad

ad qvadrageſimum qvintum ſtatuitur. At qvia privata, ac peculiaris loci natura, & certa diſpoſitio plus omnino habitationibus præſtat: ideò fruſtra arbitror, in uno climate ita exactè temperies perqviretur, ut eadem in plerisqve aliis eſſe poſſit. Sed hæc ſatis de climatum temperie, ac de locorum qvoqve ſalubritate, qvantum ſcil. *Medico* conveniat, qvi de hoc genere ſuam referre ſententiam debeat.

*LIBRI I.*

# SECTIONIS SECUNDÆ

*De*

# Locorum Mutatione

## *CAPUT I.*

## Qvæ locorum mutationes ſanis hominibus cavendæ ſunt.

*Scribendi occaſio.*

PRoxima tractatio eſt, ut qvasdam locorum mutationes; qvatenus ſalubres nobis, ac inſalubres judicari debeant, paucis exponam: ſiqvidem iter ingredi is interdum compellitur, qvi qvorundam temporum intempeſtivas mutationes graviter ferat. Porrò hujusmodi mutationes non eodem ſemper modo conſiderandæ nobis ſunt: nam qvi ſani ſunt, ac ſalubriter degunt, aliter ab illis efficiuntur: aliter verò hi, qvos morboſa aliqva malè

habet diſpoſitio: cum igitur diverſa ſit utriusqve ratio, ſeorſim de ſingulis agendum eſt.

Ergò qvantum ad ſanos pertinet: hoc univerſim ſatis inter Medicos conſtat, *magnas* omnes ac *repentinas mutationes ſemper eſſe periculoſas* (*6.Epid.3.27.*) qvippe qvæ ſanitatem ipſam, qvæ in media temperie poſita eſt, offendere non mediocriter ſoleant. Neqve enim qvicqvam eſt, qvo magis noſtra ſervetur ac gaudeat natura, qvam rerum omnium temperatio, ac modus. Sed cum cœteræ intempeſtivæ mutationes damnoſæ ubiqve ſint, plurimùm tamen noxias illas experimur, qvæ a locis proficiſcuntur. Nam qvanqvam ab inæqvali diverſaqve aëris intemperie rarius qvàm à cibis ac multis rebus aliis affici videmur, qvemadmodùm prodidit *Ariſtoteles*, (*1. Probl. 3.*) (ferè enim idem ubiqve aër, eadem apparet inſpiratio:) attamen ſi qvando afficimur, moleſtiſſimas illas alterationes nobis ſentiri, ſatis compertum eſt, & qvod *Hippocrates* (*3. Aphor.1.*) temporum mutationes plurimùm morbos parere affirmavit: locorum mutationes, inqvit *Galenus*, (*3. de humor. com. 13. in medio.*) non ſecus, ac temporũ turbationẽ noſtris corporibus afferre ſolẽt, qvod etiam ab *Hippocrate* libello de octimeſtri partu ſcriptum accepimus, Qvamobrem *Ægyptios* narrant, (*Herodot. in Euterpe.*) poſt Lybias, omnium virorum ideò eſſe ſaniſſimos, qvòd ſcilicet tales habeant temporum conſtitutiones, qvæ ibi non variantur. Sed hujusmodi mutationes qva ratio-

ratione metuendæ ſint, & qvibus potiſſimùm temporibus,nunc dicere aggredior.

Periculoſæ illæ eſſe mutationes deprehenduntur, in qvibus ſic regiones intempeſtivè ac repentè mutantur, ut non eadem utrobiqve ſervetur aëris ac locorum temperies ſalubritasqve. Ergò ante alia terrarum notabilis latitudo hoc tibi diſcrimen ante oculos ponet. Qvæ enim a meridie ad ſeptentrionem vergunt civitates: aut ſi illuc etiam fiat regreſſus, conſpicuas regionum aërisqve differentias apportare ſolent. Sic Æthiopes cùm Europam petunt, aut cùm nos Æthiopiam, moleſta identidem percipitur locorum mutatio: ſed tamen illis adhuc magis, qvod longè nobis langvidiores, ac proindè ad ferendas mutationes minùs habiles ſint. Non ſic autem, ſi terrarum longitudo varianda eſt: atqve ab oriente in occidentem, vel contrà iter eſt convertendum: ſic enim eadem ſolis ſemper ſervatur diſtantia,eandemqve temperiem,qvantum in ſe eſt, terris ingenerat.

Sed qvanqvam terrarum latitudo hanc magis differentiam præſtare ſolet; multò tamen evidentior illa eſt, qvæ à propria urbium, ac locorum natura proficiſcitur. Magis igitur obſervanda mutatio eſt, ſi ex temperata regione, & cujus, verbi gratia, elatior ſit ſitus, orientiqve expoſita, & qvam nec palus, nec alieni planè halitûs infecerint, ad aliam conceſſeris, qvæ humili in loco ad occidentem converſa, ac morboſo aëre conſti-

conſtituta, graviſſimos etiam lacuum ac fluminum ſentiat exhalationes: aut ſi ab hac etiam in illam teipſum repentè convertas, qvamvis nulla terrarum interceſſerit latitudo.

Nec minus etiam gravis mutatio eſt, ſi ex montoſis ac frigidis locis ad calidam planitiem deſcendas: itemq. ſi ex humidis ac multis aqvis irriguis in arida atqve arenoſa, aut contrà etiam conſcendas. Sed ignorandum non eſt, eas mutationes, qvæ ad loca calidiora fiunt, magis omninò eſſe periculoſas, qvàm qvæ ad frigidiora: hoc pleniſſimè probat *Vitruvius, nam & æſtate*, inqvit, *non ſolùm in peſtilentibus locis, ſed etiam in ſalubribus omnia corpora calore fiunt imbecillia: & per hyemem etiam, qvæ peſtilentiſſimæ ſunt regiones, efficiuntur ſalubres, ideò qvod a refrigerationibus ſolidantur. Et qvæ a frigidis regionibus corpora traducuntur in calidas, non poſſunt*, inqvit, *durare: ſed diſſolvuntur: qvæ autem ex calidis locis ſeptentrionum in regiones frigidas, non modò non laborant immutatione loci valetudinibus: Sed etiam confirmantur.*

Cum hæc ergò diligenter advertenda ſint, illud ignorandum non eſt, eam etiam damnoſam eſſe mutationem, cùm ex pravo atqve inſalubri loco ad ſalubrem, ac temperatum veneris: *nam* ut veriſſimè *Celſus* ſcripſit, (*Lib. 1. c. 3.*) *neqve ex ſalubri loco in gravem: neqve ex gravi in ſalubrem tranſitus ſatis tutus eſt*: in qva qvidem ſententia neqvaqvam author qvamcunqve mutationem

in

in locum inſalubriorem improbavit: ſed repentinam tantùm: qvæ, qvæcunqve ea ſit, ſemper naturæ adverſari ſolet; neqve enim aëris mutationes, qvæ à nobis ipſis paulatim fiunt, periculoſæ ſunt, inqvit *Galenus*, (*6 Epid. 3 com. 27.*) ſed tantùm magnæ ac repentinæ ſanitatis admittendæ periculum inferunt: qvoniam enim naturæ ſubſtantia in elementorum commoderatione conſiſtit: non absqve ratione qvòd nimium eſt, atqve hanc commoderationem diſſolvit, unà ſubſtantiam animæ labefactat.

Qvod autem ne in ſalubrem qvidem locum mutatio ſemper ſalubris ſit, non abſimile illud eſt, qvod *Galenus* (*1. Sanit. tuend. cap. 11.*) aliqvando memoriæ mandavit: nimirùm aſſvetudines ipſas non ſemper, qvamvis pravæ ſint, mutandas eſſe: non qvòd melior corporis ſtatus ubiqve eligendus non ſit: ſed qvoniam veretur, ne repentè facta mutatio noxam corpori inducat. Reverà tamen negandum non eſt, longè eas eſſe deteriores mutationes, qvæ à ſalubri loco in gravem fiunt: qvandoqvidem duo tunc vitia conſpirant, & ſubitæ mutationis, & loci deterioris. Jure igitur *Galenus* (*6. Epid 3 com. 27.*) nos monet, ut ſi qvando has aëris mutationes ſubire cogimur, ut domi nos plurimùm contineamus & nobis contrarium uſum ſenſim adhibeamus: in humidis qvidem mutationibus corpus ſiccantes: in ſiccis humectantes: eademqve ratione & calefacientes & refrigerantes, cum utriusqve auxilii ſeſe præbuerit occaſio. *CA-*

## CAPUT II.

## Qvalis locorum mutatio pro temporum varietate eſſe ſoleat.

Cum enarratæ à nobis mutationes propria qvadam loci ratione damnoſæ ſint: tunc etiam omnium maxime improbari ſolent, cum notabilis prætereà à temporibus alteratio acceſſerit, qvalis in qvorundam aſtrorum exortibus occaſibusqve fieri maximè conſvevit. Etenim veriſimile eſt, magnam eam eſſe mutationem, in qva terra & cœlum in damnum conſpirant. Ut igitur de ſingulis certior ſis, diligenter tibi ea tempora obſervanda ſunt, in qvibus manifeſtè aër alterari perturbariqve ſolet: undè etiam noſtra corpora plurimum affici neceſſe eſt. *Hippocrates* (*de aëre cap. 6.*) cùm pharmaca daturus eſſet, aut ventrem urere, aut ſecare ſtatuerat, cavebat utrasqve ſolis converſiones (ſolſtitia hæc etiam appellamus) qvas in hac re periculoſiſſimas planè vocat: poſt hæc utrumqve æqvinoctium: ſed magis autumnale: itemqve exortum canis: deindè Arcturi & Pleiadum occaſum. Cur verò in his ceſſationem ſibi à validis remediis indixerit, ſolas ego temporum mutationes, qvæ vehementes & graves ſint, accuſare poſſum. Qvamobrem non immeritò etiam in permutandis locis eadem periculi ratio eſſe videri poſſet.

Solſtitia ergò atqve æqvinoctia meritò obſervanda ſunt, tum propter vehementiam caloris & fri-

& frigoris, qvæ tum moleſte ſentiuntur: tum etiam novorum temporum adventu. Experimur enim qvotanis in æſtivo ſolſtitio, qvod noſtra tempeſtate in diem vigeſimum primum menſis Junii incidit, maximum æſtum mortales detinere. Hyberno autem, qvod eſt circa vigeſimum primum Decembris, ſæviſſimum frigus præſentiri. In æqvinoctiis autem, vernô qvidem, ex frigore ad calorem manifeſtam mutationem fieri: autumnali verò ex calido ad frigus. Caniculæ autem exortu, qvi ferè incidit in trigeſimum diem menſis Julii, nemo eſt, qvi, qvàm graviter animantia commoveantur, ignoret: nam & *Plinius*, (*Lib. c. 1. 40.*) *indè accendi*, ait, *Solis vapores, fervere maria, fluctuare in cellis vina, moveri ſtagna, ac canes in rabiem agi.* Ut nihil etiam mirum, ſi nobis qvoqve eo tempore graves ſint locorum mutationes. Exortu etiam Arcturi, qvem decimo die menſis Septembris eſſe obſervamus, imbres excitari, frigora, tepores: ac morbos, & ſanationes fieri, teſtis eſt *Ariſtoteles*, (*1. Probl. 3.*) Occaſu autem Pleiadum, qvi decimo octavo Novembris ferè evenit, perſpicua temperiei mutatio contingit, ut earum exortu æſtas.

Sed præter hæc ortum occaſumqve Orionis in permutandis regionibus ipſe etiam cavet *Galenus.* (*3. de humor. com. 13.*) Atqve his temporibus qvàm variè aër perturbari ſoleat, non obſcurè *Ariſtoteles* (*26. Probl. 14.*) memoravit.

Oritur

Oritur autem hoc ſidus, occiditqve, (*ejuſdem Meteor. c. 2.*) teſtimonio in æſtatis hyemisqve variatione: oritur ſiqvidem, dum æſtas veri ſuccedit: occidit, dum hyems autumnum ſeqvitur. Sed his etiam haut alienè ea temporum momenta adjicias licet, in qvibus Luna cum Sole coit, aut illi ex diametro opponitur: magna enim in terreſtrem regionem ſunt Lunæ opera, &, ut ait *Galenus*, (*3. dier. decr. cap. 2.3.*) ceteris planetis, ſi non potentiâ, certè vicinitate eos præcellit: ut jam apud peritos qvosdam Medicos nefas ſit, eo tempore ſolventia pharmaca exhiberi. Sed vehementiores mutationes, inæqvales & diuturnæ fiunt in ipſis congreſſibus: in pleniluniis verò celerrimæ. Ergo, ſi verum eſt, temporum mutationes graves eſſe atqve inſalubres, ſine dubio hæc ſidera ſtudioſè obſervanda ſunt, qvæ certis momentis aerem diverſe immutant agitantqve.

Neqve enim alia de cauſa aſtra obſervavit Hippocrates, ac veteres alii, niſi ut ſtatas variorum temporum notas atqve mutationes illis nominibus annotarent. Ideoqve dictum eſt à nonnullis, (*Conc. 1. p. Probl. 3.*) ortus & occaſus ſiderum non eſſe cauſam permutationis aeris, ſed potius ſignum. Sed de ſiderum obſervatione hactenus dictum ſit. Illud tamen etiam eſt advertendum, qvod a *Celſo* (*Lib. 1. c. 3.*) ſcriptum eſt: nimirum, ut ſi qvando ex ſalubri loco in gravem tranſeundum nobis eſt, prima id hyeme inchoamus.

aimus : ſi verò ex gravi in eum, qvi ſalubris ſit, primâ æſtate.

Cujus qvidem præcepti ratio omnis in hoc planè verſatur, ut ne multa fiat in nobis permutatio : nam cùm è ſalubri loco non longè ab autumnali tempore ( hoc enim ſibi vult, cùm ait primâ hyeme) ad gravem diſcedimus, fit, ut tempus cum loco congruat: nam cùm autumnus ac vicina conſtitutio inæqvalis ſit, ac minùs laudati temperamenti : non abſimili etiam qvalitate donatus eſt locus, qvi gravis ſit : qvamobrem eâ ratione nulla repentina mutatio fiet. At verò cùm ex gravi in ſalubrem tranſitus fit, primâ æſtate is eſſe ſalubrior ſolet, hoc eſt, propè tempus vernum: ita enim non adeò multa continget mutatio : ſiqvidem in tempore ſalubri ( nimirùm vernô ) ad ſalubrem locum ipſi nos conferamus.

Verùm non ignoro, nonnullos eſſe, qvi præcepta hæc, qvanqvam à magnis authoribus tradita, planè contemnant : putentqve, ſi vera hæc ſunt, iisdem ſemper in locis perpetuò nobis manendum eſſe : nec unqvam ſine periculo ingredi nos licere. Qvibus ego, non omnibus iſtæ temporum varietates æqvè obſervandæ timendæqve ſunt : nam qvi continuis peregrinationibus aſſveti, ac multis laboribus obfirmatum corpus durumqve habent, nihil eqvidem ſibi ab hujusmodi mutatione timere debent. Illis tantùm negotium faceſſit, qvi certo regionis tempera-

mento aſſveverunt: qviqve molliter delicioſe[illegible] vitam traducunt, aut corpore ſunt imbecilli au[illegible] inſalubri: non enim, inqvit *Averroës*, (*4. Col[illegible]. cap. 14.*) propter aëris mutationem omnis hom[illegible] ægrotat, ſed qvi tantùm apti ad hoc ſunt. H[illegible] enim diverſorum locorum, ut & cæterarum qvoqve rerum injuriis maximè objecti ſunt: nam pleriqve etiamſunt, *qvi* (*1. probl. 24. 26. probl. 4*[illegible]) qvocunqve tempore auſtrum ſpiret, graviores atqve invalidiores fiant, unius ſcil. venti hal[illegible] duntaxat: non adhuc autem ſideris, aut muta[illegible] regionis offenſa apprehenſi.

## *CAPUT III.*

### Qvòd locorum mutatio aliqvando ex aqvarum, aut aliarum rerum intempeſtivo uſu, non ſui ratione, inſalubris ſit.

CUm multa ac ſalubria mutandorum locorum præcepta hactenus propoſita ſint: illud etiam ignorandum non eſt, fieri aliqvando ut cùm alienam regionem adieris, graviter qvidem talem mutationem feras: attamen nulla in aërem ac loci naturam culpa ſit referenda: ſed cùm res aliæ, tum præſertim aqvæ, qvæ potantur, culpari debent; qvarum mutationes non minùs, qvàm aliarum rerum nobis moleſtiſſimas eſſe, & uſu ſæpè comprobatum eſt, & ab *Ariſtotele* (*1. probl. 13. 14. 15. Lib. 6.*) veriſſimè edocti ſumus. Sed & *Lucretius*,

*Nonn*[illegible]

*Nonne vides etiam cœli novitate, & aqvarum*
*Tentari, procul à patria, qvicunqve domoq́;*
*Adveniunt:*

Qvocirca diligenter hoc tibi advertendum eſt, ut ſi qvis in peregrinatione ægrotârit: ne, qvod fortaſsè ab intempeſtivo aqvarum uſu in illo acceptum eſt nocumentum, id temerè à loci mutatione accepiſſe pronuncies. Tanti enim momenti eſt ſalubris aqvæ uſus, ut pleriqve eventu edocti, ſecum in peregrinationibus aqvas, qvibus diu aſſveverint, ſemper circumferrent. Et Parthorum reges ex Choaſpe & Euleo tantùm bibunt, ait *Plinius*, (*Lib. 31. cap. 3.*) qvorum aqvæ qvamvis in longinqva comitantur illos: ac nonnulli Romani Pontifices Tyberis aqvam etiam in longiſſimas regiones ad proprium uſum non rarò aſportaſſe legimus. Sæpè etiam validæ corporis motiones, æſtus, frigus, intemperans vivendi genus, in ipſis itineribus & laſſitudines & morbos pariunt, nullâ mutatæ regionis injuriâ. Nam hoc etiam eſt, qvod in locis permutandis mari iter facere ſalubrius ſemper putatur: etenim in navi nullus corporis labor, nulla eſt defatigatio, nullaqve perfertur laſſitudo: qvæ tamen cùm terrâ iter ingredimur, multa eſſe ſolet. Qvanqvam illud etiam veriſſimum puto, navigationes qvamvis longiſſimas, uniforme tamen cœlum ferè oſtendere, ut nihil indè immutari homines poſſint: terrarum vero diverſiſſimæ ſunt temperamenti rationes; ut

brevibus etiam intervallis diverſæ aëris co[illegible]
tiones ſuccedere videantur.

## CAPUT IV.

### Locorum mutationes qvibus ægrotantium corporum affectibus conveniant.

QVæ cùm ſanis corporibus mutationis ra[illegible] ſit, ac qvantum illis efficiat, ſatis arbit[illegible] dictum fuiſſe: nunc an ægrotantes mutare lo[illegible] præſtet aliqvando, opportunè jam dicam. V[illegible] riſſimè ab *Hippocrate (6. Epids.5.tex.20.)* dict[illegible] eſt, in longis morbis ſolum vertendum eſſe. V[illegible] rùm hanc autoris ſententiam pluribus adh[illegible] explicavit, ditavitqve *Galenus*, *(1.Com.ut ſupra* *Sive navigans*, inqvit, *ſive terreſtre iter facie[illegible] qviſpiam in alteram regionem migraverit: vel m[illegible] tus in itinere, aut navigatione, vel aëris mutatio pr[illegible] derit: & maximè cùm in aërem contrariæ temperat[illegible] ræ diſceſſerit. Contrariam autem dico, nonſolùm aër[illegible] propriæ ægrotanti regionis temperamento: ſed etia[illegible] ipſius morbi: nam ſi humidus morbus ſit, in ſicciorẽ a[illegible] rem migrandum erit: ſi frigidus, in calidiorem, ſic [illegible] in reliqvis conjugationibus. Adhuc verò magis i[illegible] terram mutans juvabitur, ſi pro modo, qvo morb[illegible] à naturali ſtatu diſceſſit, ad contrarium aërem mut[illegible] tio fiat. Morbus enim ad paulò frigidius à natura[illegible] temperie recedens, aërem paulò mediocri temper[illegible] calidiorem poſtulat: morbus verò longiùs recedens, & mul*

*ſæ multo in contrarium exceſſu eget.* Et *Hippocrates* (*de nat. hum.* 4.) in curandis popularibus morbis, omnium maximè ſalubrem locorum mutationem putat, ſiqvidem in vim alienam ab eo, in qvo morbus ille excitatus eſt, ſiat commutatio: tamen ſuſpectum eſt, ibi eſſe, ubi morbi primordia fuerint: ut ſcripſerit etiam *Celſus*, (*Lib.2.c.1.*) in tali ſtatu etiam in id genus, qvod naturâ pejus ſit, ſalubrem mutationem eſſe.

Qvanqvam illud ubiqve obſervandum puto, ut mutatio in contrariam qvalitatem ſemper fiat: nam modò hoc conſtet, haut curioſè admodùm de bonitate aëris, ſtatuqve ſalubriore laborandum eſt: atqve ita *Celſum* intelligo, dum in pejus genus mutationem aliqvando collaudat. Qvòd ſi aliter autoris ſententiam interpreteris, nihil video, cur rationabiliter defendi poſſit. Sic enim cùm dixiſſet *Hippocrates*, (2. *Aph.* 45.) eos, qvi comitiali morbo laborant, maximè locorum mutatione liberari: adjecit *Galenus*, ſiqvidem proportionalis ea ſit mutatio, hoc eſt, ſi ad calidius & ſiccius mutetur.

Atqve hæc cùm veriſſima ſint, ac qvaſi univerſalia qvædam primo loco diſpoſita: lubet jam ad particularia tempeſtivè deſcendere: & qvæ nos in rebus ipſis magis exerceant. *Plinius* (*Lib.31. cap.6.*) cùm multiplicem eſſe navigandi uſum dixiſſet: principalen verò ait, phtiſi affectis, aut ſangvinem egerentibus: *neqve enim, Ægyptus*, inqvit, *per ſe petitur: ſed propter longin-*

*qvitatem navigandi: qvin & vomitiones ipſæ inſta-bili volutatione commotæ, plurimis morbis capitis, oculorum, pectoris medentur: omnibusq́; per qvæ elle-borum bibitur.* De Phtiſicis autem diligentiùs ad-huc *Celſus* ( *Lib. 3. cap. 22.* ) *His enim,* inqvit, *ſi te-res patiuntur, longâ navigatione, cœli mutatione opus eſt, ſic, ut denſius, qvàm id eſt, ex qvo diſceſſit æger, petatur: ideoq́; aptiſſimè Alexandriam ex Ita-lia itur: ſi id imbecillitas non ſinit, navi tamen non longè geſtari commodiſſimum eſt: ſi navigationem ali-qva res prohibet, lectica, vel alio modo corpus dimo-vendum eſt. Præcepta autem hæc, uti vides, in longis duntaxat morbis ſervanda ſunt, cujusmodi ſunt po-dagræ, veteres deſtillationes, hydropes, multæ corpo-ris intemperies, qvartanæ febres & multæ, qvæ ex decidentia acutæ dicuntur, modò ſcil. vires per-mittant.*

Locum hæc etiam habent in his morbis, qvos *Hippocrates doloſos* vocavit: ( *6. Epid. 6. in medio.* ) id eſt, qvi aliqvando, cùm videantur eſſe ſedati, aut etiam ſoluti, redeunt tamen: præcipuè ſi id ſæpe fiat. Tale qvidpiam *Cherioni* ( *3 Epid. 2. tex. 1.* ) contigit, qvi ter viſus eſt à febri liber, ac totidem habuit recidivas. Qvanqvam his mor-bis, qvi acutiem habent, non tam ipſas regiones qvàm domicilia permutanda ſalubriter puto. His enim vires ſunt in anguſto, nec regionum mutationes ſine vitæ diſcrimine ſufferre poſſunt.

CAPUT

## CAPUT V.

## An patriæ aër ſemper ſit cœteris præferendus.

HOc in loco prætereunda non eſt qvorundam ſententia, qvi ad morborum ſanationem ac valetudinis tutelam, patriæ cœlum ſemper præſtare cæteris arbitrantur: eſſe enim jucundius, ac vi qvadam pollere naturali, ut qvodcunqve id fuerit, cœteris multò ſalubrius eſſe reputetur. Ego autem neqvaqvam nego, minùs ægrè ſufferri à nobis morborum incommoda, cum in patria, qvàm cùm in alienis ægrotamus locis: nego tamen, id proprii temperamenti ratione provenire.

Ergo hoc modo, qvi calido morbo tenetur, præſtantius in frigida regione, qvamvis peregrina, illum habiturum putabo, qvàm in patria, ſiqvidem contrario temperamento ſit. Sic etiam lac maternum, qvamvis pueris admodùm familiare exiſtat: attamen interdum minùs utile exiſtere illud poſſe, veriſſimè ſcriptum eſt ab *Hippocrate. (de aliment. ante finem.)* Hactenus igitur patriam cœteris locis præfero, qvoniam & gratiora ibi ſunt omnia, & magis appoſita: nam qvod ad temperiem ſpectat, (qvod unum potius in præſentiarum reqvirimus,) vix qvicqvam præcipuum ad valetudinem patria habet.

Et qvanqvam objicere aliqvis poſſet, magnam in patria cœlo nobiſcum eſſe conſvetudinem: ut

jam propterea qvæcunqve illius temperies ſit, nunqvam nobis poſſit eſſe aliena: ſed planè naturalis: nam & *conſvetudo* (*2. de motu muſcul. 7.*) natura qvædam eſt: dicam huic ego, eſſe qvidem aliqvid conſvetudini condonandum, ac præſertim, cùm in eodem ſtatu ſervandum eſt corpus: at ubi curandum eſt, hactenus conſvetudo tenenda, qvatenus morbi patitur ſanatio. Sæpè enim fit, ut *potior* (*9. Met. cap. 7.*) ea ſit indicatio, qvæ à rebus præter naturam deſumitur, qvàm qvæ à naturalibus: cùm ſcil, valida natura eſt, diuqve morbi injurias perferre poteſt: qvod in longis morbis evenire identidem ſolet: in qvibus nihil nos urget naturæ cuſtodia, in ſola morbi propulſione totos ferè ex arte occupatos.

Ergò ſi qvando integra ſervanda eſt valetudo, patriæ ſedem cœteris eſſe præſtantiorem concedo. Cùm verò morboſa aliqva curanda eſt diſpoſitio, hactenus etiam patriam præfero, qvatenus ejus temperies adverſa ſit morbo: aliter enim peregrina loca, ſiqvidem liceat, ſemper eligenda eſſe, firmiter ſtatuo. Sed de locorum mutatione, qvantum *medicis relationibus* conveniat, ſatis hæc fuerint.

Libri

*LIBRI I.*

# SECTIONIS TERTIÆ

*De*

# Peſtilenti Conſtitutione

# *CAPUT I.*

De

## Cauſis Peſtilentiæ.

*Scribendi occaſio.*

CUm multæ rerum occaſiones Medicis identidem proponantur, de qvibus propria ſententia palàm ferenda ſit: tum præſertim ea expoſtulari ſolet, cùm peſtilens aliqva temporis conſtitutio in civitate graſſatur. Alia enim momenta ad eum uſum ferè pertinent, qvi utilis qvidem Reipublicæ: non ita autem neceſſarius eſſe reputetur.

Peſtis verò totius civitatis exitium ac labem minatur, ut ſummâ curâ providendum ſit, qvò ſimul ac immanis hæc lues ſeſe exerit, haut negligenter de ejus origine, atqve naturâ inter Medicos pertractetur: ut ſalubria remedia ac pro viribus profutura, adhiberi poſſint. Eoqve magis, qvòd in his calamitoſis temporibus, in qvibus magno metu timoreqve tota concutitur civitas, tam multæ, tam variæ de peſtilentiæ primordiis Medicorum ſententiæ feruntur, ut non ſolùm publicæ ſaluti damnoſa diſſenſio: ſed illis etiam infamis ſæpiſſimè excitetur. Ergò hoc

Oritur autem hoc ſidus, occiditqve, *ejusdem (2. Meteor. c. 2.)* teſtimoniô in æſtatis hyemisqve variatione: oritur ſiqvidem, dum æſtas veri ſuccedit: occidit, dum hyems autumnum ſeqvitur. Sed his etiam haut alienè ea temporum momenta adjicias licet, in qvibus Luna cum Sole coit, aut illi ex diametro opponitur: magna enim in terreſtrem regionem ſunt Lunæ opera: &, ut ait *Galenus, (3. dier. decr. cap. 2. 3.)* cœteris planetis, ſi non potentiâ, certè vicinitate ea antecellit: ut jam apud peritos qvosdam Medicos nefas ſit, eo tempore ſolventia pharmaca exhiberi. Sed vehementiores mutationes, inæqvales & diuturnæ fiunt in ipſis congreſſibus: in pleniluniis verò celerrimæ. Ergò, ſi verum eſt, temporum mutationes graves eſſe atqve inſalubres: ſine dubio hæc ſidera ſtudioſè obſervanda ſunt, qvæ certis momentis aërem diverſè immutant agitantqve.

Neqve enim alia de cauſa aſtra obſervavit Hippocrates, ac veteres alii, niſi ut ſtatas variorum temporum notas atqve mutationes illis nominibus annotarent. Ideoqve dictum eſt à *nonnullis, (Conc. 1. p. Probl. 3.)* ortus & occaſus ſiderum non eſſe cauſam permutationis aëris, ſed potius ſignum. Sed de ſiderum obſervatione hactenus dictum ſit. Illud tamen etiam eſt advertendum, qvod à *Celſo (Lib. 1. c. 3.)* ſcriptum eſt: nimirum, ut ſi qvando ex ſalubri loco in gravem tranſeundum nobis eſt, prima id hyeme faciamus:

amus:

amus : ſi verò ex gravi in eum, qvi ſalubris ſit, primâ æſtate.

Cujus qvidem præcepti ratio omnis in hoc planè verſatur, ut ne multa fiat in nobis permutatio : nam cùm è ſalubri loco non longè ab autumnali tempore ( hoc enim ſibi vult, cùm ait primâ hyeme) ad gravem diſcedimus, fit, ut tempus cum loco congruat: nam cùm autumnus ac vicina conſtitutio inæqvalis ſit, ac minùs laudati temperamenti : non abſimili etiam qvalitate donatus eſt locus, qvi gravis ſit : qvamobrem eâ ratione nulla repentina mutatio fiet. At verò cùm ex gravi in ſalubrem tranſitus fit, primâ æſtate is eſſe ſalubrior ſolet, hoc eſt, propè tempus vernum: ita enim non adeò multa continget mutatio: ſiqvidem in tempore ſalubri ( nimirùm vernô ) ad ſalubrem locum ipſi nos conferamus.

Verùm non ignoro, nonnullos eſſe, qvi præcepta hæc, qvanqvam à magnis authoribus tradita, planè contemnant : putentqve, ſi vera hæc ſunt, iisdem ſemper in locis perpetuò nobis manendum eſſe : nec unqvam ſine periculo ingredi nos licere. Qvibus ego, non omnibus iſtæ temporum varietates æqvè obſervandæ timendæqve ſunt : nam qvi continuis peregrinationibus aſſveti, ac multis laboribus obfirmatum corpus durumqve habent, nihil eqvidem ſibi ab hujusmodi mutatione timere debent. Illis tantùm negotium faceſſit, qvi certo regionis tempera-

mento aſſveverunt: qviqve molliter delicioſeqve vitam traducunt, aut corpore ſunt imbecilli atq; inſalubri: non enim, inqvit *Averroës*, (*4. Collig. cap. 14.*) propter aëris mutationem omnis homo ægrotat, ſed qvi tantùm apti ad hoc ſunt. Hi enim diverſorum locorum, ut & cœterarum qvoqve rerum injuriis maximè objecti ſunt: nam pleriqve etiamſunt, *qvi* (*1. probl. 24. 26. probl. 44.*) qvocunqve tempore auſtrum ſpiret, graviores atqve invalidiores fiant, unius ſcil. venti halitu duntaxat: non adhuc autem ſideris, aut mutatæ regionis offenſa apprehenſi.

## CAPUT III.

### Qvòd locorum mutatio aliqvando ex aqvarum, aut aliarum rerum intempeſtivô uſu, non ſui ratione, inſalubris ſit.

CUm multa ac ſalubria mutandorum locorum præcepta hactenus propoſita ſint: illud etiam ignorandùm non eſt, fieri aliqvando, ut cùm alienam regionem adieris, graviter qvidem talem mutationem feras: attamen nulla in aërem ac loci naturam culpa ſit referenda: ſed cùm res aliæ, tum præſertim aqvæ, qvæ potantur, culpari debent; qvarum mutationes non minùs, qvàm aliarum rerum nobis moleſtiſſimas eſſe, & uſu ſæpè comprobatum eſt, & ab *Ariſtotele* (*1. probl. 13. 14. 15. Lib. 6.*) veriſſimè edocti ſumus. Sed & *Lucretius*.

*Nonne*

*Nonne vides etiam cœli novitate, & aqvarum*
*Tentari, procul à patria, qvicunqve domoq́;*
*Adveniunt:*

Qvocirca diligenter hoc tibi advertendum eſt, ut ſi qvis in peregrinatione ægrotârit: ne, qvod fortaſsè ab intempeſtivo aqvarum uſu in illo acceptum eſt nocumentum, id temerè à loci mutatione accepiſſe pronuncies. Tanti enim momenti eſt ſalubris aqvæ uſus, ut pleriqve eventu edocti, ſecum in peregrinationibus aqvas, qvibus diu aſſveverint, ſemper circumferrent. Et Parthorum reges ex Choaſpe & Euleo tantùm bibunt, ait *Plinius*, (*Lib. 31. cap. 3.*) qvorum aqvæ qvamvis in longinqva comitantur illos: ac nonnulli Romani Pontifices Tyberis aqvam etiam in longiſſimas regiones ad proprium uſum non rarò aſportaſſe legimus. Sæpè etiam validæ corporis motiones, æſtus, frigus, intemperans vivendi genus, in ipſis itineribus & laſſitudines & morbos pariunt, nullâ mutatæ regionis injuriâ. Nam hoc etiam eſt, qvod in locis permutandis mari iter facere ſalubrius ſemper putatur: etenim in navi nullus corporis labor, nulla eſt defatigatio, nullaqve perfertur laſſitudo: qvæ tamen cùm terrâ iter ingredimur, multa eſſe ſolet. Qvanqvam illud etiam veriſſimum puto, navigationes qvamvis longiſſimas, uniforme tamen cœlum ferè oſtendere, ut nihil indè immutari homines poſſint: terrarum vero diverſiſſimæ ſunt temperamenti rationes; ut

brevibus etiam intervallis diverſæ aëris conditiones ſuccedere videantur.

## CAPUT IV.

### Locorum mutationes qvibus ægrotantium corporum affectibus conveniant.

QVæ cùm ſanis corporibus mutationis ratio ſit, ac qvantum illis efficiat, ſatis arbitror dictum fuiſſe: nunc an ægrotantes mutare loca præſtet aliqvando, opportunè jam dicam. Veriſſimè ab *Hippocrate* (*6. Epids.5.tex.20.*) dictum eſt, in longis morbis ſolum vertendum eſſe. Verùm hanc autoris ſententiam pluribus adhuc explicavit, ditavitqve *Galenus*, (*1.Com.ut ſuprà.*) *Sive navigans*, inqvit, *ſive terreſtre iter faciens qviſpiam in alteram regionem migraverit; vel motus in itinere, aut navigatione, vel aëris mutatio proderit: & maximè cùm in aërem contrariæ temperaturæ diſceſſerit. Contrariam autem dico, nonſolùm aëri propriæ ægrotanti regionis temperamento: ſed etiam ipſius morbi: nam ſi humidus morbus ſit, in ſicciorē aërem migrandum erit: ſi frigidus, in calidiorem, ſic & in reliqvis conjugationibus. Adhuc verò magis iſte terram mutans juvabitur, ſi pro modo, qvo morbus à naturali ſtatu diſceſſit, ad contrarium aërem mutatio fiat. Morbus enim ad paulò frigidius à naturali temperie recedens, aërem paulò mediocri temperie calidiorem poſtulat; morbus verò longiùs recedens, & mul-*

*& multo in contrarium exceſſu eget.* Et *Hippocrates* (*de nat. hum.* 4.) in curandis popularibus morbis, omnium maximè ſalubrem locorum mutationem putat, ſiqvidem in vim alienam ab eo, in qvo morbus ille excitatus eſt, ſiat commutatio: tamen ſuſpectum eſt, ibi eſſe, ubi morbi primordia fuerint: ut ſcripſerit etiam *Celſus*, (*Lib.2.c.1.*) in tali ſtatu etiam in id genus, qvod naturâ pejus ſit, ſalubrem mutationem eſſe.

Qvanqvam illud ubiqve obſervandum puto, ut mutatio in contrariam qvalitatem ſemper fiat: nam modò hoc conſtet, haut curiosè admodùm de bonitate aëris, ſtatuqve ſalubriore laborandum eſt: atqve ita *Celſum* intelligo, dum in pejus genus mutationem aliqvando collaudat. Qvòd ſi aliter autoris ſententiam interpreteris, nihil video, cur rationabiliter defendi poſſit. Sic enim cùm dixiſſet *Hippocrates*, (2. *Aph.* 45.) eos, qvi comitiali morbo laborant, maximè locorum mutatione liberari: adjecit *Galenus*, ſiqvidem proportionalis ea ſit mutatio, hoc eſt, ſi ad calidius & ſiccius mutetur.

Atqve hæc cùm veriſſima ſint, ac qvaſi univerſalia qvædam primo loco diſpoſita: lubet jam ad particularia tempeſtivè deſcendere: & qvæ nos in rebus ipſis magis exerceant. *Plinius* (*Lib.31.cap.6.*) cùm multiplicem eſſe navigandi uſum dixiſſet: principalen verò ait, phtiſi affectis, aut ſangvinem egerentibus: *neqve enim Ægyptus*, inqvit, *per ſe petitur: ſed propter longin-*

*qvitatem navigandi: qvin & vomitiones ipſæ inſtabili volutatione commotæ, plurimis morbis capitis, oculorum, pectoris medentur: omnibusq; per qvæ elleborum bibitur.* De Phtiſicis autem diligentiùs adhuc *Celſus* ( *Lib. 3. cap. 22.* ) *His enim,* inqvit, *ſi vires patiuntur, longâ navigatione, cœli mutatione opus eſt, ſic, ut denſius, qvàm id eſt, ex qvo diſcedit æger, petatur; ideoq; aptiſſimè Alexandriam ex Italia itur: ſi id imbecillitas non ſinit, navi tamen non longè geſtari commodiſſimum eſt: ſi navigationem aliqva res prohibet, lectica, vel alio modo corpus dimovendum eſt. Præcepta autem hæc, uti vides, in longis duntaxat morbis ſervanda ſunt, cujusmodi ſunt podagræ, veteres deſtillationes, hydropes, multæ corporis intemperies, qvartanæ febres & multæ, qvæ ex decidentia acutæ dicuntur, modò ſcil. vires permittant.*

Locum hæc etiam habent in his morbis, qvos *Hippocrates doloſos* vocavit: ( *6. Epid. 6. in medio.* ) id eſt, qvi aliqvando, cùm videantur eſſe ſedati, aut etiam ſoluti, redeunt tamen: præcipuè ſi id ſæpe fiat. Tale qvidpiam *Cherioni* ( *3 Epid. 2. tex. 1.* ) contigit, qvi ter viſus eſt à febri liber, ac totidem habuit recidivas. Qvanqvam his morbis, qvi acutiem habent, non tam ipſas regiones, qvàm domicilia permutanda ſalubriter puto. His enim vires ſunt in anguſto, nec regionum mutationes ſine vitæ diſcrimine ſufferre poſſunt.

*CAPUT*

## CAPUT V.

### An patriæ aër ſemper ſit cœteris præferendus.

HOc in loco prætereunda non eſt qvorundam ſententia, qvi ad morborum ſanationem ac valetudinis tutelam, patriæ cœlum ſemper præſtare cæteris arbitrantur : eſſe enim jucundius, ac vi qvadam pollere naturali, ut qvodcunqve id fuerit, cœteris multò ſalubrius eſſe reputetur. Ego autem neqvaqvam nego, minùs ægrè ſufferri à nobis morborum incommoda, cum in patria, qvàm cùm in alienis ægrotamus locis: nego tamen, id proprii temperamenti ratione provenire.

Ergo hoc modo, qvi calido morbo tenetur, præſtantius in frigida regione, qvamvis peregrina, illum habiturum putabo, qvàm in patria, ſiqvidem contrario temperamento ſit. Sic etiam lac maternum, qvamvis pueris admodùm familiare exiſtat : attamen interdum minùs utile exiſtere illud poſſe, veriſſimè ſcriptum eſt ab *Hippocrate*. ( *de aliment. ante finem.*) Hactenus igitur patriam cœteris locis præfero, qvoniam & gratiora ibi ſunt omnia, & magis appoſita: nam qvod ad temperiem ſpectat, (qvod unum potius in præſentiarum reqvirimus,) vix qvicqvam præcipuum ad valetudinem patria habet.

Et qvanqvam objicere aliqvis poſſet, magnam in patria cœlo nobiſcum eſſe conſvetudinem: ut

jam propterea qvæcunqve illius temperies ſit, nunqvam nobis poſſit eſſe aliena: ſed planè naturalis: nam & *conſvetudo* (*2. de motu muſcul. 7.*) natura qvædam eſt: dicam huic ego, eſſe qvidem aliqvid conſvetudini condonandum, ac præſertim, cùm in eodem ſtatu ſervandum eſt corpus: at ubi curandum eſt, hactenus conſvetudo tenenda, qvatenus morbi patitur ſanatio. Sæpè enim fit, ut *potior* (*9. Met. cap. 7.*) ea ſit indicatio, qvæ à rebus præter naturam deſumitur, qvàm qvæ à naturalibus: cùm ſcil. valida natura eſt, diuqve morbi injurias perferre poteſt: qvod in longis morbis evenire identidem ſolet: in qvibus nihil nos urget naturæ cuſtodia, in ſola morbi propulſione totos ferè ex arte occupatos.

Ergò ſi qvando integra ſervanda eſt valetudo, patriæ ſedem cœteris eſſe præſtantiorem concedo. Cùm verò morboſa aliqva curanda eſt diſpoſitio, hactenus etiam patriam præfero, qvatenus ejus temperies adverſa ſit morbo: aliter enim peregrina loca, ſiqvidem liceat, ſemper eligenda eſſe, firmiter ſtatuo. Sed de locorum mutatione, qvantum *medicis relationibus* conveniat, ſatis hæc fuerint.

Libri

*LIBRI I.*
# SECTIONIS TERTIÆ
*De*
# Peſtilenti Conſtitutione
## *CAPUT I.*
De
## Cauſis Peſtilentiæ.

*Scribendi occaſio.*

Cum multæ rerum occaſiones Medicis identidem proponantur, de qvibus propria ſententia palàm ferenda ſit:tum præſertim ea expoſtulari ſolet, cùm peſtilens aliqva temporis conſtitutio in civitate graſſatur. Alia enim momenta ad eum uſum ferè pertinent,qvi utilis qvidem Reipublicæ: non ita autem neceſſarius eſſe reputetur.

Peſtis verò totius civitatis exitium ac labem minatur, ut ſummâ curâ providendum ſit, qvò ſimul ac immanis hæc lues ſeſe exerit, haut negligenter de ejus origine,atqve naturâ inter Medicos pertractetur: ut ſalubria remedia ac pro viribus profutura, adhiberi poſſint. Eoqve magis, qvòd in his calamitoſis temporibus, in qvibus magno metu timoreqve tota concutitur civitas,tam multæ, tam variæ de peſtilentiæ primordiis Medicorum ſententiæ feruntur, ut non ſolùm publicæ ſaluti damnoſa diſſenſio: ſed illis etiam infamis ſæpiſſimè excitetur. Ergò hoc

ego in præſentiarũ ſcribendi conſilium cœpi: ut, ſi qvando populares,ac peſtilentes morbi vagantur, communis qvædam ratio ac methodus proponatur, qvâ promptum ſit, certam mali originem ac principia deprehendere, ac ſimul ſtatuere: peſtisne an aliud morbi genus eo tempore dominetur?

Et qvanqvam de hoc argumento multa à qvibusdam clariſſimis Medicis memoriæ prodita ſunt, qvæ varias peſtis notiones, curationesqve doctè ſimul ac peritè oſtenderent: Mihi tamen ſpes eſt, qvantum ad cauſarum ac ſignorum notitiam pertinet, non ſolùm non ſupervacua, qvæ nunc ſcribimus: ſed utiliſſima etiam omnibus eſſe futura. Eſto igitur, multos in uno locô ægrotare: ac id qvidem ita perniciosè, ut ex his plures moriantur, qvàm convaleſcant (hanc enim qvandam eſſe ideam peſtilentiæ, non ſemel ipſe nos docuit *Galenus*:) (*1. Acut. 9. & 3. Epi. 3. 20. & 2. Aph. 13. 3. Epi. 3. 20.*) tunc ut hujus affectus, qvi *multiplex*, nec certi omninò morbi eſt, certa elicias indicia: an tibi exactiſſima qvædam cauſarum notitia tenenda eſt, ut propria cujusqve perſpecta natura, haut difficulter ſingularum originem teneas.

Porrò peſtilentiæ cauſa, ut univerſim dicam, aut à ſuperna origine eſt: aut vicinior in terris conſiſtit: atqve illa, aut Deum tantùm agnoſcit authorem: aut cœlorum prætereà, ſtellarumqve influxus origo eſſe deprehenditur. Qvæ autem

terris

terris tribuitur, aut externa nobis eſt, ac putrida inſpiratio: qvæ nos lethaliter afficiat: aut internum omninò corporis vitium, qvod ex communi cauſa ita in nobis connaſcitur, ut nulli præterea qvantumvis acuto veneno concedat. Putrida autem inſpiratio aut ab eodem loco, ubi ſævit, exordia deſumit: aut aliundè defertur.

Internum autem vitium ex improba tantùm victûs ratione, qvæ multis communis ſit, ubiqve excitatur. Sed hæc cùm ſummatim dicta ſint, lubet jam paulò fuſiùs eadem explicare: ac ſingula ex graviſſimorum authorum fide, obſervationeqve diligenter perqviſita confirmare.

## CAPUT II.

## De peſte, qvæ à Deo præſertim immittitur.

DEum aliqvando peſtilentiæ authorem eſſe, nemo unqvam prudens dubitabit: nam ne ullum qvidem morbi genus mortales aliqvando exagitat: qvod non divina efficiat permittatve providentia. *Ego*, inqvit Dominus, (*Deuter.32. Amos.3.*) occidam, & Ego vivere faciam: percutiam, & Ego ſanabo. Et *alibi*, non eſt malum in civitate, qvod Dominus nō faciat, Multaqve etiam ac graviſſima teſtimonia afferre huc poſſem, qvibus plurima hominum millia ſæviſſimâ peſte confeciſſe Deum, nullius naturæ indigum adminiculi, conſtare poſſet. Sed hoc tam perſvaſum eſt omnibus,

omnibus, ut ipſe etiam *Galenus,(in Proœm. Epidem.)*cui nimirum deDeo exigua affulſit notitia, memoriæ tamen prodiderit,omnes homines peſtis cauſas ad Deos aliqvando referre ſolitos fuiſſe,qvos etiam de illius curatione conſulerent.Nihil igitur hoc ambigo. Sed cùm Deum peſtis authorem dico,ita planè intelligo,nulla ut prætereà cauſa evidens præceſſerit, qvæ cladem illam attulerit. Neqve enim cùm *David (Joſeph.7.antiqvit.13.)*propoſitam ſibi à Deo peſtem,ut numerati populi crimen expiaretur, credibile eſt,aërem manè illo tam breviſſimo ita infectum fuiſſe, ut octoginta hominum millia ſex ſummùm horis morerentur. Angelus tunc,non ipſa natura Dei mandata exeqvebatur.

Nam & cùm *ſæviſſima (Tarcagn.1.Part.2.lib.7.)* olim Romæ peſtilentia Divi Gregorii precibus jam miteſceret, viſus eſt Angelus ad arcem Adriani enſem ſangvine aſperſum in vaginam condere: ut non alia prætereà peſtis cauſa qværenda tunc fuerat. Ergò hoc mihi firmiter perſvadeo, ita in nos aliqvando ſævire peſtilentiam: ut nec cœleſte infortunium, nec vicinior aëris corruptela, nec victus improbus,aut ſimile qvopiam culpari tunc poſſit: cùm ſatis ſola Dei providentia rem omnem adminiſtret.

Et qvanqvam accerſitô etiam naturæ conſortiô,immutatoqve ac corruptô aëre, peſtilentem ſtragem mortalibus interdum Deus immittat: nullaqve non ratione humana omnia verſet,

exagi-

exagitetqve: Nos autem tunc tamen à Deo acceptam eſſe peſtilentiam dicimus, cùm ſeipſum nullis adhibitis ſecundis cauſis, aut certè longè poſt ſe adhibitis, authorem illius præbet.

## CAPUT III.

## De peſte ex aſtrorum influxu.

Proxima huic eſt peſtis origo, qvæ cœlitùs in nos venit: non qvidem à firmamento aut primo mobili, qvæ easdem ſemper atqve uniformes revolutiones, & cursûs exercent: neqve item à Sole, qvi perpetuâ ſemper lege dies noctesqve & qvatuor anni tempora dimetitur: ſed à certis ſtellarum curſibus, qvos etiam aſpectûs, conſtellationesqve, ac configurationes appellant. Hi autem cœleſtium corporum congreſſûs qvomodo peſtilentes in nobis affectûs producant, hoc ipſum ſuo qvodam jure & ſciunt & docent Aſtrologi. Tria, ajunt, potentiſſima eſſe ſidera, Saturni ſcil. Martis ac Jovis, qvæ omnia, aut priora ſaltem duo, qvæ majora vocant infortunia, ſub inſignibus piſcium vel arietis, vel ſcorpionis, aut alterius ſigni, qvod humanam præ ſe ferat figuram, in unum cœant: adſintqve certi qvidam aſpectûs earum ſtellarum, qvæ firmamento infixæ ſunt, ſiqvidem venenatorum animaliũ ſpeciẽ gerant, tunc peſtes aut veneficos omninò morbos terris portendi. Itemq; ſi Eclipſes in

in prædictis ſignis contingentes: ſi ſalubrium planetarum dominium in illis extiterit: vel ſi Saturnus in piſcibus, aut principio tauri, unà cum ſtellis venenatorum animalium figuram ſervantibus: hæc, inqvam, ſigna haut obſcurum peſtilentiæ adventum portendere affirmant. Atqve *Ariſtoteles*, (*cap. 1.*) ſive qvisqvis ille ſit, qvi de propriis elementorum cauſis Libellum edidit, mortalitates, inqvit, gentium, ac regna vacua fiunt apud conjunctionem Saturni & Jovis.

Sed ut exempla aliqva ſubjiciam, *Gvido* autor graviſſimus, (*Tract. 2. doc. 2. cap 5.*) memoriæ prodidit anno ſalutis 1346. Saturno, Jove ac Marte ſub humano ſigno coëuntibus adeò memorandam peſtem toto orbe terrarum irrepſiſſe, ut vix, qvartam mortalium partem intactam reliqverit. Iisdem etiam aſtris anno 1478. ſimiliter congreſſis, ſævisſimam peſtem totam Italiam invaſiſſe accepimus. Et *Fracaſtorius* (*Syphilis lib. primo.*) ſic elegantiſſimè cecinit:

*Bis centum fluxere anni, cùm flammea Marte*
*Lumina Saturno triſti immiſcente, per omnes*
*Auroræ populos, per qvæ rigat æqvora Ganges,*
*Inſolita exarſit febris, qvæ pectore anhelo,*
*Sangvineum ſputum exagitans (miſerabile viſu:)*
*Qvartâ luce freqvens fato perdebat acervo.*

Verùm nulla ferè memorabilis hujusmodi peſtis mortales aliqvando invaſit: qvin ab his ſignis multis ante temporibus præmonſtrata fuerit. Idem etiam author alio in *loco* (*2. de morb.*

*con-*

*contag. 12.*) tam ſævos affectus hinc fieri, ait, *non quòd ignota vis aliqva influxusq́; à cœlo deſcendat: ſed quòd à potentiſſima illa cœleſtium corporum conjunctione, quæ jam in hominum mala conſpirarint, magna vaporum vis à terris attrahitur, qui deinde, aëri commixti ac diverſimodè agitati, varias apud nos corruptiones efficiant.*

Ego verò etſi verisſimum puto, ſideribus illis ſub certa firmamenti ſtatione coëuntibus, magnam fieri à terris vaporum eductionem, qvi deindè infeſtisſimi nobis ac peſtilentes ſint, (nam & hoc etiam ſenſiſſe aliqvo pacto videtur *Ariſtoteles*, (*1. Probl. 21.*) dum peſtilentem annum fieri tunc putat, cùm ſol multum vaporis de terra excitat:) nihil tamen video, cur à cœleſtibus illis corporibus, qvæ inferna hæc perpetuo regunt ac moderantur, non aliqva influere virtus posſit, qvæ præter temporum intemperiem diversè immutare aërem posſit: nam ut Aſtrologos prætercam, ſapientisſimos illos viros, & qvorum obſervationibus fides detrahenda non, eſt: ipſe etiam *Galenus*, (*de dieb. decret. 5 6. 1. Cantic. 1. num. 104.*) atqve Arabum doctisſimus, *Avicennas*, qui mihi duo hac in re inſtar omnium, fuerint, cœleſtem hanc cauſam admittunt, ac non obſcuris argumentis demonſtrant.

Nec mihi hoc conſilium nunc eſt, ut cœleſtem hunc influxum longo ſermone comprobem: nam & alia nos movet ſcribendi occaſio: & à doctisſimis etiam viris de hoc argumento abundè

dè diſputatum eſt. Atque hæc de cœleſti origine, nam quod aliqui ſemper arbitrantur, omnis peſtilentiæ primordia illinc duci ſemper debere; nec ullam eſſe, qvin cœleſte hoc præfuerit dominium, dura res eſt, & qvæ fidem facere mihi neqvaqvam poteſt. Nam ut dem, humanos casûs magna ex parte indè originem ducere: non tamen omnes, nam elementa etiam vires ſuas ſine cœli imperio exercere, atqve intendere aliqvando poſſunt. Nec DEUS, qui ſuprema omnium eſt cauſa, ſemper ipſe tamen per ſe agit omnia, ſed ſecundis his atque infimis cauſis aliqua agenda non rarò permittit. Prætereo, quòd multæ etiam peſtilentiæ aut conſilio hominum, aut errore aliquo inductæ fuerunt, cujusmodi ſunt, quæ bello, fame, & qvorundam machinamentis parantur: quæ tamen non tam ad aſtra, quàm ad inferiora hæc verisſimè rediguntur.

## CAPUT IV.

### De peſtilentiæ cauſa ob aëris vitium, ejusqve præſertim manifeſtas qvalitates.

TAntum ſtellis tribuit *Avicennas*, (*l. 4. tract. 4. cap. 1.*) ut omnium aëris alterationum formas cœleſtes, ac figuras perpetuò eſſe cauſas, conſtanter dixerit. Reverà autem, ut fateor, mul-

multas ac ſæviſſimas peſtes à cœloeſſe negari tamen non debet, nec adeò paucas, nec adeò minus exitioſas à morboſa temporum conſtitutione, à putrida inſpiratione, à pravis cibariis, ac ſimilibus qvibusdam principiis proficiſci, qvæ nihil cœleſte profectò participant Sed hoc ipſum pluribus modò explicandum eſt, ac rationibus pro virili parte confirmandum. Aër ut peſtem efficiat, valdè à propria natura degeneret, ac veluti venenoſam aliqvam vim acqvirat, neceſſe eſt.( Voco nunc aërem cum *Avicenna*, (*2.p.doc.2. c.9.*) non ſimplicem illum ac purum: neqve enim ille nos ambit, ſed corpus in hoc medio conſparſum ex vero aëre, & aqveis terreisqve vaporibus commixtum.) Hic igitur cùm ſuam naturam ſervat, hoc eſt, propriam temperiem retinet: nec qvicqvam alieni noxiiqve habet admixtum, aptiſſimus eſt inſpiratu ac ſaluberrimus.

At ſi fiat, ut vel maximè intemperatus, vel per extraneam miſcellam, aut in tota ſubſtantia immutatus ſit, alienus homini eſt, ac graviſſimos morbos & peſtilentes præſertim, generat, in propria ſubſtantia immutatum aërem mihi nunc intellige, non cùm paulò craſſior evaſerit: hæc enim mutatio potiùs ad modum ſubſtantiæ refertur: ſed cùm putrefit, atqve exitialem naturam acqvirit: nam putredinem ad totam ſubſtantiam pertinere, vel ipſe etiam nos ſæpè docuit *Galenus*, (*2. Met. 8. & 2. de nat. hum. 4. & art. medic. c. 85.*)

Qvòd autem utraqve ratione peſtilens nobis aër fieri poſſit, jam modò demonſtrare fuerit tempeſtivum. Nam qvantum ad manifeſtas pertinet qvalitates, *Galenus* (*1. Differ. febr. cap. 8.*) exurentem aëris calorem qvondam Athenis peſtilentiam peperiſſe memoriæ mandavit. Nec diſſimilis ea etiam fuit, qvæ in Trojanos, dum à patriâ profugerent, graſſata eſt, de qva ita *Virgilius*: (*3. Æneid.*)

*Tum ſteriles exurere Sirius agros,*
*Ardebant terræ, & victum ſeges ægra negabat.*

*Item alia ab eodem* (*3. Georg.*) *de, cripta eſt:*

*Miſeranda coorta eſt*
*Tempeſtas, totoq; autumni incanduit æſtu.*

Narrat etiam *Livius* (*Lib. 4. Decad. 1.*) Cornelio COSS. T. Qvintio COSS. ex inſolita qvadam aëris caliditate, qvæ terræ omnem humorem penè abſumſit, peſtem in urbe Româ ſæviiſſe. *Idem* etiam teſtatur: (*Lib. 5. Decad 1.*) adeò aliqvando ex magnis nivibus aërem obriguiſſe, ut ipſe etiam Tyber glacie concreverit, ac peſtem propterea indè fuiſſe ſubſecutam. Nec novum videri debet, frigus putredinis qvandoqve cauſam eſſe, qvòd ea ſcil. *in humido* ac calido poſita ſit: nam & in *Germania*, cœlo omnium frigidiſſimo, tùnc maximè peſtilentiæ fiunt, cùm vehementius adhuc, ac plùs ſolito ingruit frigus, usqve adeò *verum eſt*, (*Gratiol. de peſte cap. 5. 2. Aphor. 22.*) immodicas omnes intemperies naturæ operationem exſolvere.

De

De humida autem & calida aëris intemperie nihil eſt, qvod pluribus dicam: nam teſtis eſt *Galenus*, (*1. de temp. cap. 4.*) omnium aëris nos ambientis temperamentorum peſſimum illud eſſe, qvod humidum eſt & calidum.

Hic non me latet, aliqvos eſſe, qvi magnis contentionibus negant, à manifeſta aëris intemperie peſtilentem conſtitutionem proficiſci poſſe. Ego autem, ut conceſſerim, ſola vigente intemperie nunqvam peſtem adgenerari: ſic illud veriſſimum puto, ab iisdem manifeſtis qvalitatibus, ſi qvando naturæ modum exceſſerint, magnam promptamqve excitari occaſionem poſſe, cur ipſe aër in tota deindè ſubſtantia permutetur, atqve putreat: nam ſi putredo, ut nos docuit *Ariſtoteles*, (*4. Meteor. cap. 2.*) corruptio eſt naturalis caliditatis ab extranea atqve aliena, nihil video, cur magnus æſtus proprium aëris calorem diſſolvendo: ac ſimiliter frigus multum humiditatem ſubnutriendo, putredinem generare in aëre non poſſit?

Ergò fatendum eſt qvidem, in peſtilenti conſtitutione aërem ſecundùm totam ſubſtantiam commutari ſemper debere: ſed illud qvoqve minimè negandum: ſolas manifeſtas qvalitates non leve neqve infreqvens putredinis excitandæ principium præſtare, & à qvo magnum curationis momentum deducatur.

# CAPUT V.

## De aëre peſtilenti ob propriæ ſubſtantiæ corruptelam ac putridæ exhalationis permixtionem.

QVatenus à primis ac manifeſtis qvalitatibus putreſcere aër poſſit, ſatis explicatum puto; nunc, qvâ etiam ratione ſine his peſtis oriri poſſit, paucis docebo. *Averroës* ( *Cap. 14. lib.4.Coll.*) duobus modis putrefieri aërem putat: primò, cùm ſuamet ſubſtantia corrumpitur, ut in æſtate pluvioſa contingit: ſecundò corrupti vapores illi commiſcentur: qvales è cadaveribus ac ſtagnis educi ſolent. Differt uterq;: nam illo modo propria aëris ſubſtantia putreſcit: hoc verò recipit tantùm putredinem alienam. Et qvanqvam putent celebres qvidam Medici, iſtâ ratione aërem citra propriã putredinem peſtem diffundere à ſeminariis peſtilentibus contractam: Ego tamen vix fieri arbitror, ut peſtis ſeminaria aliqvando in aëre obſerventur, qvin ipſum etiam non multò poſt ejusdem putredinis participem reddant. Juvat tamen utriusqve diſcrimen internoſcere, ut propriores cauſas contemplantes nos illis ſtudioſiùs opponamus.

Ergò prima ratione aër in calida humidaqve tantùm ac pluvioſa nimis conſtitutione putrefieri ſolet: cùm ſcil. in æſtate & vere etiam, auſtrina viguerit conſtitutio, exiguiqve fuerint venti. Sic *Hippocrates* cùm in *Libris de morbis populari-*

pularibus multas ac graviſſimas tempeſtates deſcripſerit: duas tamen peſtilentes tantùm fuiſſe, *Galenus* (*3. Epid.3. com. 1.*) meminit: alteram, qvæ narratur in principio Libri ſecundi, cùm ait, in Cramone pluiſſe in ardoribus aqvâ largâ, atqve ab auſtro: alteram, qvam in Libro *tertio* (*Sect. 1. com. primó.*) proponit: annum ſcilicet auſtrinum, pluvium, & à ventis in totum ſilentem. Sed hunc adhuc peſtilentem magis, qvùm toto anno id aëris temperamentum perſeveraſſet: cùm prior æſtate tantùm viguiſſet.

Cur verò in his conſtitutionibus tam malè aër afficiatur, haut difficile eſt noſſe: nam cum auſtrina *conſtitutio* (*1. Epid. 2. com. 62.*) ac præſertim cum imbribus eſt conjuncta, importunè calida ſit, ac maximè humida: item qvia ventis agitata non eſt, ipſa immobilitate vitium contrahat, facillimè ideò putrefieri *poteſt*: (*3. epid. 1. com. 1.*) notiſſimum enim eſt, putredinem omnem ex materia humida gigni: ex cauſa verò efficiente, extraneo calore: augeri autem immobilitate. Veriſſimum ergò ſit, tunc maximè aërem putrefieri, ac peſtilentes morbos producere, cùm ipſius temperatura à naturali habitu ad caliditatem atqve humiditatem immodicam fuerit converſa. De reliqvo autem putredinis modo, qvæ ex putreſcentium vaporum miſcella excitatur, jam dicam.

Eqvidem multiplicem hujus generis rationem eſſe video: nam vapores iſti putridi, qvi veriſſi-

ma ſunt peſtis ſemina, aut ab internis terræ regionibus veniunt, aut in ipſa excitantur ſuperficie: præterea non raro aliunde ad ſalubres regiones deferuntur: & hoc, aut ventorum perflatu, aut per fomitem qvendam, in qvo tenaciter putridi vapores inhæſerint. Verùm ab internis terræ partibus tunc exoriri peſtilentia ſolet, cùm ingentes terræ motûs regionem excuſſerint. Vaporum enim, qvi diu in terræ viſceribus occluſi perniciofam qvalitatem acqvirunt, tam magna vis illo tempore in aëre expanditur, ut longiſſima etiam inficere poſſit loca.

Narrat *Livius*, (*Lib. 4. Decad. 1.*) anno mundi 3550. ex ſolis terræ motibus peſtem Romam invaſiſſe: qvod etiam eodem *Authore* (*Sabell. ann. 7. lib. 7.*) ſimiliter contigit 3621. Præterea memoriæ proditum eſt, ſub ſixto Pontifice, ejus nominis ſecundô, magnam peſtem ex terræ motu Aſiam, aliasqve multas regiones invaſiſſe: ut jam inter calamitoſa portenta iſtæ terrarum concuſſiones habendæ ſemper ſint.

Et qvanqvam de hac ipſa peſtilentiæ cauſa nihil unqvam, qvod ſciam, prodiderit *Galenus* (qvæ res non ſine cauſa admirationem qvibusdam movet;) utcunqve ſit, ſatis compertum eſt, ſævisſimas peſtes non raro indè excitatas fuiſſe. Ad qvod etiam genus referri illud debet, qvòd *quidam* (*Amat. Luſit. cent. 7. Curat. 27.*) interdum flatûs, ac pernicioſæ exhalationes in ampliſſimis terræ cavitatibus jam diu collectæ, aliqvando

aut

aut per exiguam, ac levem terræ concuſſionem, qvæ vix percipi poſſit, aut per conceſſos alios ſibi terræ exitus in apertum exhalant, aëremq; inficiunt: qvòd etiam ipſe oſtendit *Avicennas* (*l.4.tract.4. cap.1.*) dum putredines, qvarum eventus ignoratur, in interioribus terræ qvandoqve accidere memoravit: Si autem in ipſo terræ ambitu peſtis primordia conſiſtunt: haut obſcura ejus origo eſt: nam aut multæ paludes ea loca circumfuſæ ſunt, qvæ ſcil. aërem peſtilenti vitio contaminent: aut magna cadaverum vis ac marcida animalium corpora latè jacent.

Plerunqve etiam publicæ qvædam effunduntur cloacæ, aut immunda alia expurgantur loca: aut deniq; fœtidiſſima utcunq; excitatur evaporatio, qvæ vitioſa prorſus, aut noſtræ naturæ planè ſit aliena. *Athenienſes* (*Diodor. Sicul. lib.12.p.m. 101.*) olim cùm conſerere manûs cum hoſte non auderent, ac ſeſe intra mœnia continerent, computreſcente veluti per ſitum & immobilitatem corporum temperamentô, auraqve ſpirabili infecta, in peſtilentem morbum incidére, nam receptâ in urbem fugientium undiqve per trepidationem, omnis generis ingenti multitudine, cùm propter anguſtiam loci, per habitacula commodè, ac paſſim ſine ullo ordine promiſcuè conſtipati eſſent, varii haut ſine cauſa peſtilentes inciderunt in morbos, qvippe convolutum ex colluvie, & corruptum tetrumqve olentem ſpiritum trahentes, concreto jam æſtuanti & cir-

cum undiqve per qvandam præſocationem æthere, intra præcordia acceptum dirum virus concipiebant.

Narrat etiam *Galenus*, (*1. Diff. febr. cap. 4.*) lacuum vel paludum æſtatis tempore evaporationem peſtis aliqvando cauſam eſſe. Sæpè etiam obſervatum eſt, notabiles fluminum inundationes poſteaqvam ſubſederint, limoqve ac lentore qvodam inſalubri latè regionem madefecerint, non multò pòſt peſtilentes morbos peperiſſe, putri vapore in aërem excepto, totamqve ejus ſubſtantiã deperdente: qvòd ſub Pelagio Pontifice, ejus nominis Secundô, Romæ, ac per Italiam cœteram contigiſſe, memoriæ *proditum* eſt. (*Plato in vita Pelagii ut ſuprà.*) Meminit idem *Galenus*, multitudinem cadaverum non concrematorum, ut in præliis contingere ſolet, ſæpè putredinis principium attuliſſe. Memorabilis illa fuit peſtis, qvæ anno ſalutis 765. Galliam invaſit ex innumera locuſtarum turba, qvæ cùm aërem univerſum latè obfuſcarent, atqve à ventorum impetu in proximum litus depulſæ fuiſſent, adeò ingentes acervos ex ſe obſtruxiſſe, ut putrefactæ aërem magno fœtore inficerent. Huc etiam meritò retulerim, cùm in anguſtis qvibusdam locis, qvales putei ſunt, voragines, cavernæ, & ſimilia qvædam loca, qvæ diu clauſa contentum aërẽ corrupere, pateat repente exitus aliqvando: tam promptè enim emitti indè ſolet putredinis vis, tam nobis pernicioſa, ut totam regionem infice-

inficere posſit. Tripoli qvandoqve graſſata eſt peſtis, inqvit *Fallopius*, (*de bubone poſt cap. 2.*) qvòd Apotheca multis aromatibus referta, cùm jam continuò trienniò clauſa fuiſſet, tandem patefacta eſt; & cùm propinqvi aliqvi acceptâ indè lethali inſpiratione ſtatim concidiſſent, jam brevi univerſam civitatem tabus corripuit, ac peſtem diffudit. Narrat *Ariſtoteles*, (*de cauſ. propriis element. cap. 1.*) in Macedonia Philippi dominatu duos magnos dracones in ſpecubus ſublimium montium latentes tam perniciofum halitum expiraſſe, ut qvoscunqve per ea loca iter haberent, promptè interficerent: diligentiâ tamen *Socratis* factum fuiſſe, ut, & lethalis origo, qvæ anteà latuerat, proderetur, & belluæ etiam occiderentur.

Aſt hæc vitia, qvæcunqve ex putri lethaliqve evaporatione originem habent, ad terram veriùs, qvàm ad aërem refero: qvi eo tempore alienô potius, qvàm proprio afficitur vitio: nam tunc primariâ affectione aërem verè corruptum dicimus, cùm peſtilens conſtitutio diu in illis locis fuerit dominata: aliter autem: qvamvis ſimilis pati poſſet affectus: prior tamen agnoſcenda occaſio eſt, qvæ putredinem tulerit.

Sed hoc in loco haut alienè perqviri poteſt, num, *qvemadmodùm terram atqve aërem, ibiq; innaſcentia animalia, peſtem pati poſſe aſſeruimus: ita etiam de mari fluminibusq; ac piſcium genere dicendum ſit?* etenim memoriæ *proditum*, (*Jul. obſeqvens*

*qvens de prodig.*) ad inſulam Liparam piſcium vim magnam exanimem aliqvando in littus ejectam fuiſſe, qvos dum Liparenſes avidè comederent, omnes fuére conſumti, ac novâ peſtilentiâ inſula devaſtata. *Et Virgilius 3. Georgicorum Librô* dum magnam illam peſtilentiam deſcriberet, ad hunc modum cecinit:

*Jam maris immenſi prolem, & genus omne natantem,*
*Litore in extremo, ceu naufraga corpora fluctus*
*Proluit.*

Præterea cum magna ſit aſtrorum potentia, ac terram aëremqve miris modis immutet: cur eadem non mare etiam, ac flumina ſimiliter afficiat, & peſtilentiam æqvè ingeneret? Eoqve magis, qvòd humidisſima ea ſint loca, ac proptereà ad putredinem magis parata? Sed huic ſententiæ obſtat *Ariſtoteles*, (*cap. 19. 20. Lib 8. H. A.*) qvi nullum morbum peſtilentem univerſis piſcibus incidere affirmavit, qvalis plerunqve hominibus & qvadrupedibus evenit. Qvod ipſum non ſolùm de marino aſſeruit genere: ſed de fluviatili etiam atqve paluſtri. Et reverà ideò in mari excitari peſtis non videtur, qvòd nunqvam mare putrefiat, ſive hoc à continua agitatione pendere velis: ſive qvia nullus tam potens externus calor eſſe poteſt, à qvo maris naturalis caliditas, qvæ in plurimo humido ſita eſt, diſſolvatur. Fateor tamen, eam magis partem, qvæ in ſuperficie eſt, nempe admodùm à ſuppo-

ſuppoſita diſtat terra, aëris ac ſtellarum vim ſentire promptiùs poſſe: ideoqve in ea innatantes piſces facilè communi qvodam cum aëre vitio corripi poſſe: nam qvi in profundo degunt ac longè à litoribus, qvoniam nihil ferè eſt, qvòd ipſorum naturam alterare posſit: ideò non ſolùm peſtem non ſentiunt: ſed rarisſimè etiam, ægrotant. Qvòd ſi ægrotare aliqvos dixerit Ariſtoteles: de his præſertim dictum intellige, qvi in extima ac terris vicinâ degunt parte. Qvi etiam piſcium morbi ſæpiùs in fluvialibus ac magis adhuc in paluſtribus conſpiciuntur: nam & otioſiùs degunt: & terræ aërisqve injurias facilè ſentiunt, eosqve propterea nobis minùs eſſe ſalubres qvotidiè experimur.

## CAPUT. VI.

### De peſtilentiæ cauſis, qvæ aliundè ad ſalubres regiones defertur.

A Peſtilenti aliqva regione procul deferri peſtis ſemina ad civitates alioqvin ſalubres, ſæpisſimè deprehenſum eſt. Hic aliqvando per continuum, inqvit *Galenus*, (*1. differ. febr. cap.4. 1.4. Tract. 4. cap. 1.*) qvædam putredinis fluxére contagia, his, qvorum corpora erant ad patiendum parata, febrium cauſæ futura. Et *Avicennas*, *qvandoqve*, inqvit, *eſt illud cauſa ventorum deferentium ad locum bonum fumos malos ex locis lon-*

*longinqvis, in qvibus ſunt loca ſtagnoſa, alterata ad putredinem: aut in qvibus ſunt corpora cadaverum corrupta in prælio: aut corpora mortua ex peſte, non ſepulta, nec combuſta.* Sic *Hippocratem, (Soran in vita Hippocratis.)* accepimus, his ventis exploratis, qvi in Illyrico vigebant, ubi ſcilicet peſtis vagabatur: Atticam ab eo periculo vindicaſſe, ſedula operâ impensâ, ne ab his flatibus patria offenderetur.

Sed prætereà per qvendam ſomitem, ac qvaſi putredinis receptaculum non raro ad longisſima loca peſtis defertur: qvæ ſuis illis ſeminariis adſervari diu poteſt. Hujus rei ſatis conſpicuum eventum viginti ferè abhinc annis nos Siciliæ ſenſimus. Nam cùm à piratis qvibusdam præda, qvæ in Alexandriæ tractu capta erat, à noſtratibus emeretur: haut multò pòſt ſenſim irrepente putredine, peſtem magno hominum rerumqve impendio experti ſumus. Sic etiam *ajunt, (Proſper. Alpin. de medic. Ægypt. lib. 1. cap. 17.)* Ægyptum qvotannis, octo integros anni menſes peſtem pati, è Græciæ Syriæqve ac Barbariæ locis per contagium delatam: atqve illam tandem qvatuor duntaxat æſtivis menſibus, expectatisſimo tempore, flantibus qvibusdam auris ſalubribus interqvieſcere: nam & *Plinius (Lib. 7. cap. 5.)* teſtatur, partes meridianas, niſi hyeme, peſtilentiam non ſentire, ac ſemper ad occaſum Solis illam tendere.

Hoc in loco illorum ſententiam admittere non

non poſſum: qvi hujusmodi peſtem, cujus ſeminaria ad ſalubria loca transferuntur, impropriè peſtem ac filiam potiùs partumve peſtis appellant: nam, ut fatear, Siciliæ, qvo tempore noſtra memoria vagabatur peſtis, nec immodicam aëris intemperiem nec putredinem, nec communem ciborum corruptelam fuiſſe; attamen nihil hoc intereſt: nam illuc aliundè per fomitem qvendam delata fuerat peſtis: cujus primordia ſi diligenter perqviras, aliqvam ex enarratis cauſis facilè invenies. Nec alia illius peſtis ratio fuit: in qva ait *Galenus* (*1. Differ. febr.*) ex Æthiopia putredinis fluxiſſe contagia: nam ſive à ventis, ſive à veſtibus ſeminaria fuerint deportata; locum ac regiones mutare qvidem poterant: peſtis autem naturam neqvaqvam poterant. Eadem memorabilis illius Athenienſium peſtilentiæ cauſa omnibus recenſetur. (*Lucret. de rerum nat. lib. 6.*)

> Nam *penitùs veniens Ægypti è faucibus Orcus*
> *Aëra permenſus multum camposq; natantes,*
> *Incubuit tandem populo Pandionis.*

Affirmo igitur, veram ibi peſtem eſſe, ubicunqve multi ægrotant homines, ſi qvidem horum major intereat pars: ſive annata ibi ſit peſtis, ſive aliundè delata.

CA-

# CAPUT VII.

## De peſtilentia ex communi omnium victu.

QVibusdam Medicis controverſum eſſe video: num victûs ratio popularium morborum, atqve adeò peſtis cauſa eſſe posſit. Eqvidem *Hippocrates*, (*ut ſuprà tex. 2. 3.*) cùm morbos omnes tum à victu, tum à ſpiritu, qvem attrahimus, fieri dixiſſet: eos autem, qvi communes ſunt, cujusmodi etiam eſt peſtis, à ſpiritu tantùm gigni: non autem à cujusqve victu, illum in hac re convellit *Galenus:* aitqve non omninò rectè ab illo dictum fuiſſe, qvòd ortus communium morborum in aërem ſolummodò ſit referendus: qvando ex fame in Aeno leguminibus veſcentes crura imbecillia habuére: qvi verò ervo, illis genua dolebant: novitqve etiam, qvòd comeſſe ſemiputridum triticum, famis neceſſitate compulſi qvidam communi morbo ex communi cauſa arrepti ſunt. Sed & exercitus qvandoqve, dum pravis uteretur aqvis, ſimili in omnibus militibus noxa vexatus eſt.

Ego autem, an jure magiſtrum reprehenderit Galenus, nunc minimè perqviro: hoc unum ſat ſcio, Hippocratis ſententiam fuiſſe: ut varii morbi à particulari cujusqve victu ſemper fierent: nec unqvam culpandum hunc eſſe, cùm multi

multi homines uno corripiuntur morbo tempore eodem. Nusqvam tamen ipſum negaſſe, ex communi victu communes morbos generari poſſe: nam qvanqvam dixerit, id qvod communiſſimum eſt, & qvô omnes maximè utimur, eſſe id, qvô reſpiramus, hoc eſt, aërem, non tamen hoc ſenſit, qvòd aër ſolùm communis ſit ægrotandi cauſa: ſed qvòd omnium maximè ſit communis: nihil eqvidem prohibens, multa etiam alia poſſe præterea eſſe communia: Ergò & *Hippocrati* & *Galeno* conſentaneum eſſe puto, non tantùm ex aëre, ſed etiam ex corruptis cibis potibusqve ac cœtera victûs ratione communes morbos, atqve adeò peſtem, oriri poſſe. Et qvidem, cùm eò jam homines pervenerint, ut tritico, ac cerealibus omnibus, qvorum nobis familiaris eſt uſus, attritis, herbarum radices, frutices ac plantas inſalubres eſitare propter famem cogantur, undè & mali ſucci gignuntur, & prompta communium morborum origo habetur: nihil mirum, peſtem qvoqve excitari indè interdum poſſe.

Talem in exercitu Macedonico anno mundi 3664. ex pravis nimirùm cibis, qvos comedere milites, aliorum inopiâ cogebantur, ſæviiſſe memorat *Curtius (Lib. 9.)* neqve aliter Exercitum Mithridaticum vexatum fuiſſe *accepimus*, dum à *Lucullo* obſideretur. Teſtis etiam eſt *Galenus*, ex magna illa fame, qvæ ſua tempeſtate plurimas Romano Imperio ſubditas gentes occupavit,

pe-

peſtem enatam fuiſſe. Atqve alibi, *poteſt*, *inqvit*, *efficere morbum univerſalem hauſtus aqvæ infectæ, qvod in caſtris accidiſſe memoriæ proditum eſt.* Sed hujuſmodi exempla plura ſunt, qvàm qvæ omnia huc adduci à me poſſint.

Atqve hæc cùm ita ſint conſtituta, non poſſum tamen intereà celebres qvosdam viros non admirari, qvi vehementer contendunt, illam tantùm verè peſtem dici, qvæ cœlitùs in nos venit: alias verò omnes, ſive ex communi cibo, ſive ex terrenis exhalationibus ortæ ſint, impropriè peſtes nuncupari. Ego verò conceſſerim qvidem, graviſſimas omnium peſtilentias à cœleſti principio produci: verùm ex inferioribus etiam cauſis enaſci veriſſimam peſtem non poſſe, unuqvam illi mihi perſvadebunt.

Ut enim cœtera argumenta prætercam, rem omnem ex ipſa peſtis notione ita ante alia demonſtrabo. Nam, ut ſcripſit *Galenus*, (*3. Epid. 3. com. 20. & 1. acut. 9.*) peſtis eſt qvicunqve morbus in uno loco multos invaſerit, ac multos peremerit. Atqve *alibi*, qvicunqve morbi ait, multi in uno loco fuerint, ſintqve pernicioſi, peſtem appellant: præter hanc nullam apud *Galenum*, (*1. Acut. 9.*) ac celebres alios autores invenias peſtis definitionem.

Vides hîc igitur, duo tantùm neceſſaria reqviri, ut peſtem ponas, nimirùm ut plures in uno loco illa occupet, utqve ex his plures perimat. Qvamobrem ſatis mihi perſvaſum eſt, rationem morbi

morbi peſtilentis non eſſe aliam, qvàm qvòd vulgò pernicioſus ſit. Ergò cur ex improba vivendi ratione eſſe peſtis non poterit, ſiqvidem communis illa ſit multis, ac magnam partem conficiat? cur non ex potu infectorum fontium? aut ſi qvid deniqve hujusmodi eſt, ut commune pluribus afferre exitium poſſit? At, inqvit, peſtem epidemium eſſe morbum: ut autem epidemius ſit, ex aëre originem ducat oportet: ergò niſi ex aëre nulla prætereà eſſe poteſt peſtis. Ad hæc ego, non negârim, ſæpe *Hippocratem* ac *Galenum* communium morborum cauſam aërem eſſe, affirmaſſe. Nihil attinet, notiſſima omnibus loca recenſere: attamen ita, ajo, aërem cauſam eſſe illorum morborum, autores dixiſſe: non qvòd aliæ etiam non ſint, ſed qvòd hunc freqventiorem eſſe animadverterint. Cùm tres, inqvit *Galenus.* (*in Proœm. Epidem.*) ſint cauſæ, à qvibus morbi auſpicantur: una qvidem in his, qvæ offeruntur, altera in his, qvæ fiunt, & tertia in his, qvæ extrinſecùs incidunt: per unamqvamq; ſanè cómunes morbi fieri conſvevère, præſertim per affectum aëris nos ambientis: aliis enim cauſis neq; omnes ſimul obviamus, neq; per integrum diem ſubjicimur: ſed aër ſolꝰ extrinſecùs omnes ambit, & inſpiratur: nam qvi à cibo proficiſcuntur ac potu, tum infreqventes, tũ cognitu ſunt facillimi.

Qvòd autem contraria ſententia qvibusdam magis inſederit, indè erroris occaſio deducta eſt, qvòd pandemios morbos ab epidemiis ac

H popu-

popularibus, genere diverſos, apud *Galenum* aliqvando uſurpatos eſſe arbitrati ſunt. Verum, qvi illius placita ſtudioſè conſiderant, pandemii nomen tum epidemiis ſemper commune animadvertent: nam, ut cœtera loca prætercam, qvæ multa occurrunt, ſatis fuerit procemium librorum de morbis vulgaribus huc attuliſſe, ubi cùm vulgares morbos de genere univerſalium ſtatuiſſet: paulò poſt, inter communes, inqvit, alii publici ſunt, qvos vocant endemios, alii vulgares, qvos epidemios.

Igitur, ut me tandem colligam, vulgares ac communes morbi, inter qvos peſtis communi omnium conſenſu collocatur, non ſemper ab aëre, ſed magnâ tantùm ex parte originem ducunt. Sic interdum lethale dicimus vulnus, ſic lethale ſignum: non quòd perpetuò lethum aut inferant, aut deſignent: ſed qvòd plurima ex parte. Ergò qvòd à communi omnium victu, non ſolùm ab aëre peſtis excitari poſſit, ſatis hactenus demonſtratum puto: ac ſimul illud etiam, qvæ nimirum ſingularum peſtium cauſæ eſſe poſſint: in qva re nihil mihi prætermiſſum eſſe videtur, qvod ad hanc notitiam pertineat. Nam qvòd multæ ex enarratis cauſis ferè ſemper ad peſtilentiam concurrant, notiſſimum hoc eſſe debet. Ideoqve clariſſimo hoc exemplo rem omnem ante oculos poſuiſſe ſatis eſto. Carthaginenſium exercitum, inqvit *Diodorus* (*lib.* 14.) poſt direptum fanum Cereris Proſerpinæ

pinæ peſtilentia invaſit: acceſſit ad divinam calamitatem, id qvoqve, qvòd plurima hominum millia eodem confluxerant: qvodqve anni tempus erat ad ægritudines efficaciſſimum: & illa præterea æſtas nimiis fervoribus exarſit: qvin & locus in cauſa vehementioris cladis fuiſſe videtur. Ergò vix evenire aliqvando peſtilentiam puto, qvin plurium cauſarum amplexus afferri valeat. Demus enim, aſtrorum aſpectum cladem hanc principio attuliſſe: non multò pòſt ipſe etiam aër, primæ obediens cauſæ, neceſſaria qvâdam ſeqvela afficietur: accedetqve ægrotantium putris expiratio: non nunqvam ex fame interdum corporis vitium ac multa deindè alia, qvæ ſeſe invicem conſeqvuntur, àc trahunt.

## CAPUT VIII.

## De propriis ſingularum peſtilentium cauſis.

QVæ hactenus dicta ſunt, noſtro uſui hoc præſtant, ut ea jam omnia proponantur, ex qvibus peſtium ſingularum ſigna deduci poſſunt. Nunc tempeſtivum eſt, ſingulis ſua indicia ſubjicere, ut inſtitutum pro viribus abſolvamus. A DEO Opt. Max. miraculosè peſtem hominibus immiſſam fuiſſe, (qvod ſæpè ad expianda hominum ſcelera factum fuiſſe, neqvaqvam dubito;) hæc præcipua fuerit nota, qvòd ſcil. nullum

aliud conſpicuum præfuerit indicium, qvod nos de peſtilentia admonere potuerit. Solos illius effectûs intueri nos atqve admirari licet: nam cauſas cognoſcere, humanæ conditioni datum non eſt: Ergò cùm, peſte ſæviente, nec aſtra infelicia nos urgere, nec pravam eſſe aëris conſtitutionem, nec multùm in victu communi peccatum eſſe, animadverteris, ſine dubio à Deo tantùm, qvi per ſe agat, agnoſcenda ſunt omnia. Sed ut hæc miraculoſa, ita rara etiam eſſe ſolent rerum eventa, qvæ non ipſa comitetur natura. Si verò enarratas à me priùs aſtrorum conjunctiones, aſpectusve in cœlo obſervaveris: de qvibus omnibus Aſtrologos conſulendum: qvi etiam multô antè tempore calamitates iſtas prædicere ex profeſſo ſolent: cœleſtem reverà peſtis originem duces.

Et qvanqvam hîc etiam aërem vitiari, ac permutari tempora deprehendes: nihil hoc prohibet, à cœlo primam tunc originem fuiſſe: non enim animantibus tantùm: ſed cœteris etiam communis iſta vis eſt: hoc tantùm plùs eſſe judicabis, qvòd cœleſti cauſæ terreſtris qvoqve inſuper acceſſerit. Sed hujusmodi peſtilentiæ genus igneæ *aëris* (*Avic. lib. 4. fen. 1. tract. 4. cap. 3.*) impresſiones, cometæ, ſtellæ cadentes, igneæ lampades, cœteraqve hujus generis ſimulacra præcedere ſolent: tam multa enim conjunctis ſimul efficacibus, ſtellis è fluminibus, ac terræ ſuperficie exhalationum edu-

ctio

ctio fit, ut in ſummo aëre accenſæ igneas imagines diversè oſtendant. Si autem magnas aëris intemperies, & qvæ præſertim in calore humoréve exceſſerint, deprehendes: ab iisdem peſtilentiæ exordia numerabis,& cœtera deindè annectes principia, qvæ ab his multa ſuboriri neceſſe eſt.

Qvod verò ex prava temporis conſtitutione, non aliundè in ipſo aëre putredo excitata ſit, dignoſces ante alia,ut docet *Avicennas,(ut ſuprà) qvoties inqvit,videris turbiditatem aëris & nebuloſitatem, ut exiſtimes pluviam, & inveneris eum pulverulentum ſiccum, non verò cum pluvia, (ſiqvidem auſter & ſubſolanus multiplicatur in menſe Decembri;) ſcias, qvòd complexio hyemis eſt corrupta. Peſtilentiam autem æſtivam malignam, malam ſignificat paucitas pluviæ: id eſt, vere cum frigore, deindè multiplicatur auſter, & conturbatur aër aliqvot diebus: deindè clarificatur poſt hebdomadam unam, & accidit frigus in nocte: & in die calor vehemens: & præfocatio & conturbatio, & caliditas: tunc jam venit peſtilentia: & ſimiliter, qvando æſtas non eſt vehementis caloris, & eſt vehemẽtis conturbationis,habens matutina alterata: & ſimiliter, qvando videris aërem alterari die uno multis vicibus,&c.*

Sed illud apud Autores obſervabis, nunqvam peſtem propriô aëris vitiô evenire, qvin auſtria vigeat conſtitutio: ac præſertim ſi à ventis ſi-

leat, ac pluvia ſit, cujus imaginem qvandam ab *Hippocrate* (*Sect. 3. l. 3. Epid.*) expreſſam habes. Hoc temɔore citiùs ſolet eſſe contagium, ac ſævior internecio: adeò ut etiam nihil metuentes inopina mors corripiat. Jactatio etiam minor, ac labes ægrotantes infeſtat: nam vires à rapida veneni malignitate occupatæ ad pugnam cum validiſſimo hoſte inſurgere ægrè poſſunt. Hìc etiam, ut ſcripſit *Aëtius*, (*2. Tet. lib. 1. cap. 95.*) volucrium generis prior erit interitus: ac certiſſimum etiam ſignum fuerit, ſi ſub dio veſtes culcitrasqve ac pannos alios exponas: nam ſi ſuper his inſolens qvidam mucor, ac ſitus noctu præſertim contrahatur, ſine dubio vitiatus eſt aër. Per hæc etiam tempora, multa terræ naſcentia, qvæ ex putri originem ducunt, arguere peſtilentiam poſſunt: ſiqvidem magnus ſit, atqve inſolitus illorum proventus. Tales ſunt ranæ, locuſtæ, muſcæ, ſcarabæi, item culices, papiliones, ac ſimilia multa. Verùm, ſi qvod in aëre vitioſum obſervatur, à terræ meatibus venerit, terræ motùs præcedent: magni hiatûs apparebunt: muresqve, inqvit *Avicennas*, (*1. 4. Tract. 4. cap. 3. Lib. 11. cap. 95.*) & ſub terra viventia animalia è ſuis latibulis exibunt: & qvaſi ebria incerto impetu ferentur: & qvadrupedes hoc tempore, ut teſtatur *Aëtius*, interire priores animadvertes: ac ſubterraneæ præſertim domorum ſedes novam qvandam inſalubritatem oſtendent.

Qvæ

Qvæ verò ab ipſo terræ ambitu aëris corruptela excitatur, omnium maximè conſpicua eſt, nam illa eadem, qvæ putredinis cauſam præſtitére, ſui qvoqve non obſcuras notas exhibebunt: de qvibus, qvoniam ſuo loco ſatis dictum eſt, hoc tantùm dicam, qvòd tunc nulla peſtilens aëris conſtitutio ſolet præcedere: ſed qvidqvid in eo putredinis eſt, id omne ab alieno infectoqve vapore proficiſcitur. Si verò peſtilentiæ ſemina in regiones alioqvin ſalubres deferantur: venti aliqvando in cauſa ſunt, qvi à peſtilentibus locis perflaverint: in qvibus vel marcida cadavera expoſita ſint, vel putridæ paludes, vel qvippiam ſimile: qvæ qvidem omnia diligenti ſtudio ſunt perqvirenda. Hanc autem putredinem qvicunqve venti deferre poſſunt, atqve auſtri præſertim, à qvibus peſtis ſemina non ſolùm deferuntur: ſed integra etiam ſuis viribus ſervantur: nam aqvilones putredinem ipſam corrigunt ac moderantur. Hæc eadem ſemina ſæpè ab hominibus in veſtibus, mercimoniis, rebusqve aliis, qvibus inhærere peſtilens hic vapor poteſt, comportantur. Hoc ipſum verò cognoſces, ſi cœterarum peſtilentium ſigna omnia longè abſuerint: contagium duntaxat, qvòd per contactum fiat, homines inficiat.

Atqve his in temporibus magnæ eſſe ſolent ſententiarum concertationes: nam qvoniam nec aëris improba conſtitutio, nec victûs errores, aut aliæ hujusmodi cauſæ conſpiciuntur, in di-

verſa trahuntur Medicorum opiniones, qvapropter ſiqvando nulla ſatis probabilis peſtis origo proponatur, magnam alieni externiqve contagii ſuſpicionem eſſe arbitror. Qvæ autem à cibo potuqve peſtilentiæ proficiſcuntur, infreqventes eas eſſe, ac cognitu facillimas, exiſtimavit *Galenus*, (*in Proœm. Epidem. de cib. mali, & mali ſucci. &c.*) nam qvæ *ſuâ* tempeſtate peſtis in Italia vagata eſt, promptum erat cuiqve cognoſcere, qvòd ex corruptis cibariis evenerit. Urgere ſolet tunc fames, cujus neceſſitate aliena multa, comeduntur: qvæ deindè in peſſimos ſuccos converſa peſtilens vitium corporibus ingenerant. Hæc etiam mitior ſolet eſſe peſtis: ac longius vitæ ſpatium ægrotantibus pollicetur: nam qvanqvam excellens putredo hic etiam reqviritur: attamen qvia cibus, improbam licèt, conditionem ſortitus ſit: nihilo tamẽ minùs neſcio, qvam cum natura familiaritatẽ ſubſtantiæ, adhuc ſervat, hoc ipſo levius venenũ in corpore producit.

Prætereà putrida inſpiratio promptiſſimè ipſum cor, vitæ arcem, adoritur: qvæ verò ex alimenti putredine excitatur, illuc non niſi poſt aliqvod tempus accedit. In hac etiam peſtilentia ruſtici pauperes atqve infimæ ſortis homines magis periclitantur: in illa divites ac præpotentes viri, & qvi multis delitiis ſunt innutriti: nam hi corpore ſunt rariore, ideoqve externis aëris injuriis magis objecti. Hanc etiam urinæ, qvæ humorum putredinis *certæ* ſunt notæ, potiſſimum

mum arguunt: illam non ita, qvoniam ſcil. ſpiritûs magis inficiunt. Atqve hactenus ſingularum cauſarum ſigna breviter attulimus: nam ſi plures concurrant, ac qvaſi in commune malum conſpirent, ex enarratis etiam indiciis, ſiqvidem ſimul multa componas, rem omnem facilè deprehendes.

## CAPUT IX.

### Qvâ ratione præſentem adeſſe peſtem adſerendum ſit?

NOn raró uſu venit, ut non de peſtilentiæ cauſis, ac differentiâ: ſed potiùs de ipſo genere perqviramus: cùm incertum ſit, num qvi morbi in urbe graſſantur, ad peſtem verè referri debeant? Qvamobrem operæ pretium fuerit: certa ſigna proponere, qvæ nos in veram ejus rei cognitionem ducant. Præſtiterit tamen priùs communiſſima qvædam meminiſſe: qvæ plurima illorum pars, qvi peſte laborant, præferre ſolent. Hujusmodi ſunt, qvæ ab *Hippocrate* (*Sect. 2. tex. 75. l. 1. Epid.*) multa recenſentur: *nimirum in morbis à principio parum rigere, inſomnes eſſe, ſitibundos ac faſtidioſos: graviter angi: paululùm in fronte & claviculis exudare: multùm delirare, timere, mœreri, extrema ſubfrigida eſſe: acceſſiones diebus paribus: ſudores frigidi: extremarum partium livor: non ſitire: urinæ nigræ, tenues, paucæ: alvi adſtrictio: ſanguinis ex naribus ſtillicidium.*

Atq; hæc ſymptomata,qvamvis mirè cacoëthe,atqve exitialia eſſe teſtetur *Galenus:* attamen multas etiam peſtilentes febres,qvamvis ſine peſte,comitari ſolent. Ergò propius naturam peſtis atteſtantur carbunculi, pravi præſertim coloris: item anthraces, atqve ante alia bubones in ingvinibus maximè naſcentes: ſed etiam ſub axillis, & poſt aures. Verùm hæc qvoqve, qvamvis perpetuò peſtem comitentur: aliis tamen affectibus aliqvando communia ſunt. Ideò conceſsâ priùs communisſimâ illâ peſtis naturâ: ut ſcil. plures in civitate ſimiliter ægrotent, & ex his plures intereant: duo ſunt,qvæ proxima, ac qvaſi pathognomonica peſtilentiæ indicia eſſe videri poſſent: *contagio* ſcilicet, præſertim ſi promptisſimè labes corripiat, lateqve ſeſe explicet atqve diffundat: Siqve etiam non per contactum duntaxat: ſed aliqvo etiam intervallo communicetur: (eſſe autem contagium peſtilentis morbi ſignum maximum atqve peculiare, non obſcurè *Ariſtoteles* (*Probl. 7. ſ. 1.*) memoravit.) Secundum verò fuerit ſignum *maturus ſimul interitus:* qvi qvidem, ubi deterrima ſunt omnia, ſæpè repentè contingit: non raró tertio qvartoqve, aut qvinto etiam die. *Braſavolus* (*in 2. Aphor. 24.*) verò,ferè omnes, inqvit,qvi in peſte periclitantur, utplurimùm ſexto die emoriuntur. Raró autem ultra ſeptimum protenditur exitium. Qvanqvam *Lucretius* (*Lib. 6. de rerum nat.*) in magna illa peſtilentia hunc etiam ter-

terminum evaſiſſe ægrotantes teſtatus ſit, ait enim:

*Octavoq́, ferè candenti lumine Solis,*
*Aut etiam nona reddebant Lampade vitam.*

Addunt *aliqvi*, magnum peſtilentiæ ſignum eſſe, *ſi multæ ac nigræ veſiculæ*, è qvibus diruptis citrinus humor emanet, (*Fallop. de bub. peſt. c.3. & Franciſc. de Alex. lib. de peſte.*) toto corpore excitentur: omniumqve adhuc certisſimum, ſi in præcordiis ingens æſtus ſentiatur: cùm reliqvæ tamen partes immunes à caliditate eſſe videantur. Præterea annotandum hoc etiam eſt, qvòd vigente adhuc peſte rarisſimi alii morbi, qvi ex putredine ortum habeant, per vulgus graſſari ſolent: nam ſi qvi ſunt, ferè in peſtem degenerant. Itaqve longo etiam uſu compertum eſt, cùm ejusmodi ægritudines apparere incipiunt, peſtis brevi duraturæ, aut jam deſinentis argumentum eſſe. Sed cùm hæc in viventibus conſpici ſoleant: ipſa tamen mortuorum corpora non obſcurum aliqvando peſtis indicium præbent: ſiqvidem inſolitum qvendam livorem præ ſe tulerint: & aures nareſqve, labra, teſtes, dorſum ac digitos, aut lividiores, aut nigriores gerant. Et qvanqvam multis hæc etiam aliis, qvi ſine peſte emortui ſunt: propria eſſe contendas: hoc tamen diſcernes, qvòd in ſtatu peſtilenti citisſima hæc ſigna per corpus apparent: atqve aliqvando, dum adhuc ægri animam agunt: Sicuti etiam ingens fœtor ac tumor hypochondrio-

driorum: qvæ duo viventes etiam nonnulli præ ſe ferre ſolent. Obſervat etiam *Joubertus*, ( *Lib. de peſte.*) certiſſimum peſtilentiæ ſignum eſſe: ſi mortuo papulæ erumpant nigræ, aut liventes: & adhuc certiùs, ſi tumores iisdem ſuboriantur, qvi in vivis latuerat: ſiqve papulæ, qvæ retroceſſerant, appareant, cadavere jam ferventi aceto abſterſo. Atqve hæc in peſtilenti ſtatu dignoſcendo, ſi qvando ſententiam laturus es, abundè jam fuerint.

*LIBRI I.*

# Sectionis Qvartæ

*De*

# Vitiis Eduliorum Præcavendis

## *CAPUT I.*

## De Tritici, ac reliqvorum Seminum Cerealium, ac Leguminum vitio advertendo.

*Scribendi occaſio.*

QVàm multa, qvàm gravia detrimenta ex inſalubri qvorundam ciborum uſu, qvibus publicè in civitate victitamus, nobis eveniant, non eſt, cur pluribus dicam. Satis conſtat, tam noxia interdum ac vitiata edulia publico victui proponi: tam imprudens

dens qvoqve eſſe vulgi conſilium, atqve in rebus eligendis imperitum: ut neſcii complures qvid eligant, qvid dimittant, ſæpè deterrimis ſeſe explent alimentis: ex qvibus communiſſimi interdum morbi ac peſtilentes qvoqve in Civitate graſſantur.

Qvocircà inter multas curas, qvibus detineri occupariqve Magiſtratus, ac Reipublicæ Rectores debent, non ultimum arbitror: ut ſalubriter in hoc vivendi genere civitas valeat, atqve ab hujusmodi offenſis immunis ſervetur. Et qvanqvam commune multorum civium ſtudium in id unum incumbere ſemper debet, ut communi valetudini conſulatur: hoc tamen ſine medicorum conſilio, qvi tuendæ ſanitatis ſoli ubiqve artifices ſunt: ac omnium alimentorum facultates tenere ſuo jure debent, fieri neqvaqvam poteſt.

Qvamobrem, ut hac in parte juniores Medici Reipublicæ ſatisfacere ad veſcant, erudiendi nunc ſunt admonendiqve, ut, ſi unqvam opus ſit, communia ciborum ac potuum damna advertere, ac declinare: omniumqve ſaluti proſpicere valeant.

Triticum, cujus omnium communiſſimus eſt uſus, ſi qvid unqvam contrahit vitium, omnibus qvoqve commune illud eſſe, neceſſe eſt. Novimus, inqvit *Galenus*, (*de natura hum. 3.*) qvòd comeſſe ſemiputridum triticum, famis neceſſitate compulſi qvidam, communi morbo ex communi cauſa arrepti ſunt. Et qvidem promptè nobis

nobis triticum damnoſum redditur: nam autore *Plinio*, (*Lib.18. cap.30.*) facilius omnibus leguminibus putreſcit: ut jam propterea qvicunqve ſervandæ valetudini ſtudet, non vulgari diligentia reponendum illud curabit. Ergò ſi diutiùs in granariis atqve horreis aſſervetur, hoc eſt, ut ſæpè experti ſumus, ultra biennium, curculione exedi manifeſtè deprehenditur. Neqve enim ea nunc habemus granaria, qvalia ſuis temporibus fuiſſe, *Varro* (*1. de re ruſtic.57.*) memoravit: ſublimia ſcil. vento ab exortu ac ſeptentrione perflata, ad qvæ nulla aura humida à propinqvis locis adſpiret: & qvorum parietes & ſolum opere *tectorio* marmorato loricentur. In his enim fateor diutiùs triticum aſſervare potuiſſe. Nunc tamen huic uſui præſtant putei, qvos vulgò foſſas vocamus: qvos ſcil. neqve humor, neqve externus aër attingit: ideoqve nec curculio arrodit: ſervaturqve in his conditum triticum, ut ſcripſit *Varro*, vel annos qvinqvaginta: modò qvidem arida ea ſint loca, atqve arenoſa: nam ſi qvidpiam humoris receperint, diu illæſa ſervari non poſſunt: atqve eam contrahere putredinem ſolent, qvæ nec molâ, nec fermentô, nec igne corrigi valeat: difficile etiam diu ſervari integrum poteſt, qvod in area manifeſtè maduerit: tale enim etiam in puteis citiſſimè humeſcit ac putrefit, arctis nimirum atqve anguſtis locis incluſum: nam in horreis, ſpatioſiore ſcil. loco, & in qvo huc atqve illuc transferri iden-

identidem ſolet, crebrâ iſta ventilatione tardius putredinem ac curculionem ſentit.

Hæc autem tritici putredo ita interdum conſpicua eſt, ita omnibus patet, ut, qvid agendum ſit, neminem lateat: nam qvod ita affectum eſt, igni potiùs, qvàm hominibus præſtare pabulum debet: non rarò autem obſcura qvædam contrahitur malitia, qvæ emendari poſſe qvibusdam videatur: qvæ res, qvoniam in conſultationem cadere ſolet, ideò olfactus guſtusqve præſertim eſt conſulendus: nam qvod triticum uſui non eſt, maleolens atqve aëre deprehenditur. Atqve hoc liberè à communi victu abdicandum cenſeo.

Qvanqvam, ne qvicqvam temerè agas, præſtabit, ut rem omnem penitùs explores, & molere, & ſubigere, & panes etiam conficere, qvi deindè, qvales ſint, ſeſe facilè prodant. Atqve interim id tibi memoria firmiter tenendum eſt: nimirum triticum, ab eoqve confectos panes, deterrimum eſſe edulii genus, cùm aliqvam contraxerit putredinem: ac tam nobis inimicum, qvàm familiare etiam, cùm integrum incorruptumqve ſervatur. Neqve aliud arbitror ſignificare *Avicennam (3.p.Doc.2. cap. 7.)* voluiſſe, cùm ſcripſit, impedimentum panis, cùm non digeritur, multum eſſe: non ſic autem carnis: qvòd etiam in omnibus boni ſucci alimentis, ſi qvando in alienam qvalitatem degenerant, uſu venire veriſſimè memoravit *Hippocrates (Lib. de affectionibus.)* Nec

Nec puta, qvod tamē aliqvi temerè crediderunt, contractum in tritico vitiū putredinis, poſſe a [illegible] coctione tolli, qvalis in bis coctis panibus, ac nauticis fieri videtur: nam tam penitùs inhærere, atq; obfirmari illud videtur, ut ne aſſati qvidem panes priorē noxam deponant. Præterea hoc tu aliud in tritico vitium advertes, atq; amovebis: cùm ſcil. lolii multa copia illi connaſcitur: ſtudiosè ſecernendum curabis. Cùm enim prava, inqvit *Galenus*, (*1. Aliment. cap. 37.*) fuiſſet anni conſtitutio, lolium affatim tritico innaſci contigit, qvòd cùm neqve agricolæ accommodatis ad eam rem cribris, exactè perpurgaſſent: neqve piſtores, qvòd paucus eſſet tritici proventus: ſtatim qvidem multis caput dolere cœpit: ineunte verò æſtate in cute multorum, qvi comederant, ulcera, aut aliud qvoddā ſymptoma, qvod ſuccorū pravitatē indicaret: eſt ſubnatum: non igitur, inqvit, oportet nos in purgandis ſeminibus, qvæ ad eſū comparantur, eſſe negligentiores: perſvaſos etiāſi noxā, qvæ qvotidiè fit, ob exiguitatē ſenſu non percipimus, qvod tamen longo tempore ex ipſa coacervatur, deniqve erupturū. Atqve hæc *Galenus*, qvi nos non ſolum de expurgandis ſeminibus rectè admonnit: verùm etiam qvæ ſymptomata loliū afferre ſolet, ne aliqvando ſimilis nos fallat occaſio, diligenter ante oculos ponit.

Præter hæc autē tritici vitia *rubigo* etiam aliqvando in primo actu ipſum occupat, (cœleſte malum vocat *Plinius*, (*Libr. 18. cap. 17.*) a nullo

nullo minùs noxium.) Ita igitur vitiatum triticum ſi qva eſitare civitas cogitur: qvod qvidem in magna annonæ caritate evenire non rarò ſolet: multa etiam videas morborum genera populariter vagari; nonnulli enim à *putridis* ac peſtiferis febribus intereunt: aliqvi poſtulas inſtar ſcabiei, ac lepræ in corpore contraxerunt. Qvamobrem ſi evitare tale triticum liceat, ſaluberrimum fuerit: ſin minùs, ſat eſt, qvæ indè evenire ſolent mala, ſaltem prævidiſſe.

Hordeum verò in panificii uſu proximum tritico eſt: qvod etiam in cibis fuiſſe antiqviſſimum, teſtatur *Plinius*, (*Lib.18, c.7.*) ac panem indè confici ſolitū: De hoc nihil eſt: cur multa dicam: nam tametſi *hordeaceus* panis nimis excrementoſus eſt, ac parcè craſſeqve nutriat, attamen qvia famis aliqvando ſubſidium præſtat: qvidqvid eſt, pro gratia potiùs habendum.

De cœteris verò cerealibus ſeminibus: *Zea*, *Secale*, *Panico*, *Milio*, ac ſimilibus nonnullis, nihil hic memoro: nam qvanqvam panes alicubi indè confici ſolent: attamen qvia nec tam facilè putreſcunt: nec in tam communem uſum deveniunt: ut jam facilè carere illis civitas poſſit: propterea nihil attingo.

Legumina autem, *cicera*, *fabæ*, *faſeoli*, *lentes*, & ſimiles, qvoniam non ita nobis neceſſario ſunt uſui: minorqve illorum proventus eſt, qvàm qvi ultra hyemem aſſervetur, ideò rarò illa vulgò

vitioſa venduntur, ſi autem fiat, ut in magna ſterilitate indè etiam neceſſarius victus compararetur: ſciendum qvidem eſt, exiguum, excrementoſum, flatulentumqve ac pravum omninò eſſe alimentum, qvod indè præſtatur: attamen *ſilent tunc medicinæ leges, ubi famis urget neceſſitas.* Sic igitur Aeno leguminibus veſcebantur, qvanqvam crura imbecillia fierent: & Eruo, etiam tametſi his genua dolebant: Attamen, qvia nihil illi prætereà, qvod comederent, habebant: ſatius eſſe rebantur, pravum aliqvid, qvàm nihil omninò eſſe.

## CAPUT II.

### De vitiatis carnibus agnoſcendis.

ANimalium carnes & in freqventi uſu ſunt, & vitium ſæpiſſimè contrahunt: ut diligens propterea danda opera ſit, ne ex publico illorum uſu, ſi qvando vitientur, publicum qvoqve damnum in civitate contingat. Porrò animalia, qvorum carnibus qvotidiè veſcimur, & ſuſpectæ aliqvando ad valetudinem eſſe poſſunt, cùm ſcil. alienam acqvirunt naturam, inter greſſilia *boves* præſertim ſunt, *ſues, verveces*, ſæpe etiam & *capræ*, *& oves*, *& hirci*. Atqve horum caro ſi recens ſit, nulloqve externo vitio contaminata, ac ſuo qvæqve tempore eſitetur, uſum præbent valetudini: nam qvanqvam caprilla ovillaqve & hircina minùs boni ſit alimenti: ruſticis tamen

men corporibus, & qvi illi diu aſſveverint, aut planè ſalubris eſt, aut non ita certè improbanda, ut hoc in loco ratio illius habenda ſit.

Sed in hac re adnotanda eſt *Galeni* ſententia, (*Aliment. cap. 2.*) qvi, ad carnium, *inqvit*, concoctionem nihil refert tum conſvetudo: tum verò non minimum earum carnium, qvæ aſſumuntur, parſimonia: ac deniqve ipſa totius corporis inanitio, qvæ illis neceſſariò accidit, qvi qvotidiè in privatis operibus ſeſe conficiunt: carnes enim inanitæ rapiunt ex ventre ſuccum non modò ſemicoctum: ſed nonnunqvam etiam omninò crudum atq; incoctũ, cum cibo aſſumto, operibus ſeſe reddiderint: qvod autem eorum pleriqve, qvi laboribus ſe confecerunt, à pravis cibis minùs lædantur, in cauſa eſt, qvòd his ſomni ſunt profundiores: qvæ res ad concoctionẽ multùm confert momenti. Sed cùm hæc Galenica veriſſima ubiq; ſint: attamen ruſtici, & qvi ſe immoderatè exercent, intempeſtivæ hujus generis concoctioni haut qvaqvam fidere debent: nam de illis *idem* loqvens, ob hanc, inqvit, cauſam hi graviſſimis morbis prehendentur, & ante ſenectã intereunt: qvod etiam ſi ipſos plures ordine inſomnes noctes ducere coëgeris, morbis ſtatim corripientur. Et *alibi*, ob eam, inqvit, cauſã omnibus pravi ſucci eduliis cenſeo abſtinendũ: etiamſi ea qvibusdam concoctu ſint facilia: qvòd ſcil. pravus ſuccus ſemper eandem retineat naturam: qvô fit, ut vitiũ in venis colligatur: ac poſteà

exiguam ad putredinem occaſionem nacti fe-
bres malignas accendant.

Verùm, cùm hæc ita ſe habeant, ſunt etiam certa qvædam anni tempora, in qvibus animalium carnes aut ſalubrius præbent alimentum aut minùs noxæ certè eſſe reputantur. Ergò cùm propria alimenta, & qvibus ante alia gaudeant, abundè ipſis ſuppetunt: optima ad nutriendum atqve ad valetudinem opportuna eſſe cenſentur. Qvamobrem veriſſimè *Galenus*: ( *3. Aliment. cap. 2.* ) *qvemadmodum*, inqvit, *animalia, qvibus alimenta omnia affatim præſtò ſunt, longè ſeipſis in cibis evadunt præſtantiora*: *ſic deteriora fiunt, qvibus ea minùs adſunt*. Boves igitur, qvibus herbas altiores paſci eſt naturale, tunc manifeſtè fiunt obeſiores, ſucciq; melioris, cùm herbæ augeſcunt, ac denſeſcunt, & ad ſemẽ producendñ feſtinant: nam hyeme vereqve primô ac mediô fiunt graciliores, & pravi ſucci. Oves autem, qvia humili herbâ nutriri qveunt, primô ac mediô vere ſunt præſtantiores: æſtate autem primâ ac mediâ capræ: cùm ſcil. fruticum germina, qvibus ipſæ veſci ſolent, ſunt freqventiſſima. Sues autem domeſticos, qvia glande illi unicè delectantur, ideò hyeme præſertim ſalubriter eſitamus.

De his etiam omnibus non minùs diligenter egit *Oribaſius*, ( *1. Collectan. cap. 3.* ) *nam ſues*, inqvit, *vernô tempore, usqve ad occaſum autumnalem Pleiadum ſunt peſſimi, ex eo verò tempore usqve ad vernum tempus optimi*: capræ hyeme peſſimæ:

vere

vere autem usqve ad Arcturi occaſum eſſe meliores incipiunt. Pecudes qvoqve hyberno tempore ſunt peſſimæ: poſt æqvinoctium verò usqve ad ſolſtitium æſtivum pingveſcunt. Boves verò, cùm herba fructum ferat, & finitô vere, & per æſtatem totam. Ex avibus nonnullæ per hyemem ſunt optimæ, qvæ nimirum hyeme apparent, ut merula, ſturnus & palumbus. Attagenes verò, & *atricapillæ* autumno præſtant, itemqve ficedulæ, & luſciniæ, & coturnices eo tempore ſunt pinguiſſimæ. Galli verò gallinacei hyeme non admodùm corpore augentur: & præſertim in auſtrinis locis: turtur verò autumnô excellit. Ex piſcibus prægnantes optimi ſunt, caris, carabus & mullus, ſæpia, & loligines: alii verò, cùm ovis incipiunt incubare, & capitones. Cùm verò fœtu pleni ſunt, tenues ſunt, & non nutriunt: & multò etiam magis, cùm partum ediderunt. Tynnus autem poſt Arcturum pinguiſſimus eſt: æſtate verò eſt deterior. Ergò qvo qvæqve tempore præſtant animalium carnes, ſatis hactenus demonſtratum puto.

Qvamobrem ſi fiat, ut æſtate, verbi gratiâ, ſues, ſive aliorum animalium penuria, ſive alia etiam de causâ ad publicum uſum mactentur: noſtræ tunc fuerint partes, qvàm malè civitas indè ſit habitura, palam profiteri. Nam humidisſima caro in magno æſtu inflammabilem ſuccũ præbet, ac putredini aptisſimum. Sic etiam ſi mediâ hyeme proponatur ovilla, caprinave: etenim

qvòd hæ difficulter & deterrimè nutriant, e re publica omninò fuerit, illas evitare, ac palam damnum exponere. Hircorum etiam caro, qvamqvam ineunte æſtate optima paſcua ſortiantur, attamen qvia tunc coitu ferociunt, & excandeſcunt, undè carnis fœtor plurimus, ſuccusq; acerrimus generatur: tutiùs eſt, ſi illo tempore abſtineas,

Sed hoc in loco non inutiliter admonendi ſunt mihi juniores Medici, qvàm plurimi interſit, in judicandis alimentorum facultatibus, aſſumentium temperamenta ac naturas intueri: nam cùm meſſoribus aliqvando hircorum caro publicè proponeretur, multiqve illam improbarent: qvòd ſcil. duriſſima eſſet, ac peſſimi omninò ſucci: indignaqve propterea, qvæ in publicum uſum veniret; Res ad magiſtratum delata eſt: ac mea aliorumqve medicorum rogata ſententia. Ego autem, qvi operarios validi eſſe temperamento, probè ſciam, ac ventriculo ad concoqvendum ante alios robuſto: qviqve vulgaria hæc cibaria ac ſucci deterioris & libenter aſſumant: & optimè etiam conficiant: delicatiora verò ac magis laudata exiguo profectu eſitent: atqve ea qvaſi multa flamma exiguum fomitem diſſipent, & in halitum vertant. Cumqve etiam minimè ignorem, hoc genus hominum longâ annorum conſvetudine improbis his eduliis plurimùm adſveviſſe: his omnibus de cauſis hircos publicè mactari: ac meſſores in

nox

noxiè eſitare poſſe, etiam propoſitâ relatione oſtendi. Nam qvòd duriſſima illorum ſit caro, & ægrè concoqvatur, hoc ipſum urbanis tantùm hominibus negotium faceſſeret: nam ruſticorum valida ac penè ferrea natura hanc difficultatem contemnit: prætereà verò ſi qvid vitii eſt: nam neſcio qvid ſapiunt viroſi,ac malè olent: id qvoqve alteratricis robur, qvæ in qvibusdam animalibus etiam lapillos evincit: item longa in duris cibariis conſvetudo, qvæ ad naturalem familiaritatem proximè accedit, adeò in melius vertit: ut hoc nomine etiam deterrima qvæqve commendari ſoleant. Diligenter igitur conſiderandum, qvibus hominibus, qvi cibi proponantur: nec artificis eſt, nullò diſcrimine de alimentorum facultatibus qvidqvam determinare. Ergò unius hoc hircinæ carnis exemplo, qvid de cœteris dicas, non obſcurè eadem ratione conjicias licet.

Verùm de his carnibus, qvæ nullo adhuc externò vitiò correptæ ſunt, ſatis hoc dictum puto. Super eſt nunc, ut ſi qvando aliena aliqva putredo illas contaminarit: qvid tum Medico ſentiendum ſit, in medium adducam. Porrò boves, capræ, & cœtera animalia, qvorum carnes eſui aptæ ſunt,aut venenoſas herbas paſcuàve lethalia comedentes intereunt, aut interno omninò vitio labefactata. Utrum libet, ſemper evitandæ: præſtat tamen, ut hoc interim admoneam, viventia adhuc jugulare, ac cruorem

totum diffundere: ſiqvidem ne carnes penitus inutiles fiant, nam, cùm jam ultrò conciderunt, facilè veneni, ac morbi vis in corpus univerſum irrepſit: qvod ipſum etiam arguere aliqvando manifeſtus poteſt fœtor: tam magna enim putredo contrahi in his ſolet, ut indè peſtilentisſimus tabus, atqve ad inficiendum promptisſimus ſæpè deſtillet: ſcio enim, eveniſſe non raro, ut jumenta ipſa, qvæ morticinas hujus generis carnes ſubveherent, brevi interirent: lethali illo ſcilicet illito cruore, aut mala utcunqve transfuſa qvalitate. Fieri etiam ſolet, ut veneno ab animali aſſumto, aliqva tantùm viſcera vitientur, nihil carnoſo genere oblæſo: qvod qvidem ex vivido eorum colore, odoreqve non ingrato facilè deprehendes. Memini enim nonnullos qvondam pavones, devorato veneno, qvod muribus adparatum fuerat, enecatos fuiſſe: illosqve innoxiè convivas eſitaſſe, qvoniam & incorrupta caro eſſet, & viſcera tantùm inteſtinaqve videbantur corroſa.

Præterea memoriæ *proditum* eſt, (*Matthiol. in 4. Diſcor. cap. 146.*) venatores Hiſpanos ita radicum albi veratri ſucco ſagittas inficere ſolitos eſſe, ut præſentaneô veneno feras qvidem conficiant: ſed qvorum tamen carnes nihil comedentibus ſint obfuturæ. Et Galli, teſte *Pliniô*, (*Lib.25.c.5.*) ſagittas in venatu Elleboro tingunt, circumciſoqve vulnere, teneriorem ſentiri carnem affirmant. Et Dacos Dalmatasqve ita *cu-*

*ſpidi-*

*ſpidibus* Elenium, ſive Elleborum oblinire ſolitos fuiſſe, meminit *Paulus*, ut, ubi id ſangvini vulneratorum obvenerit, hominem occidat: comeſtum verò ipſis innocuum eſſe, & nihil mali efficere. Sed illud prætereundum ſilentio non eſt, qvod prodidit *Plinius*, (*Lib.11. cap. 53.*) qvædam ſcil. animalia, innocua alioqvin, venenatis paſta, noxia fieri & ipſa: nam apros in Pamphilia, & Ciciliæ montuoſis, ſalamandra ab his devorata, qvi edêre, moriuntur: nec eſſe intellectum ullum in odore vel ſapore. Qvocirca diligenter eſt advertendum, ne carnes animalium, qvæ venenatis veſci familiariter ſolent, tum facilè in cibum ubiqve aſſumantur, nam tametſi verisſimum eſt, qvodcunqve animal in familiarem ſibi ſubſtantiam cibos convertere: illud tamen nihilominùs compertum *eſt*, affici nos etiam à cibis aſſumtis: atqve alterari, qvæ deindè alteratio, etſi modica eſt, tractu temporis notabilis fit. Ergò illa animalia, qvæ hujusmodi venenata depaſcuntur, ſemper venenoſi aliqvid retinent: qvod qvanqvam illis familiare eſt, aſſumentibus tamen noxium ſit futurum. Sic puellam memorat *Avicennas*, (*6.4. Tract.1. cap.3.*) qvæ veneno nutrita reges interficiebat contactu: ſic in qvibusdam carnibus aut ſaporem aut odorem aſſumtorum ſervari obſervamus, ut eorum etiam vim ac naturam ibi vigere credendum ſit. Arguit hoc etiam multorum animalium lac, qvod pro diverſa ciborum conditione aut pur-

gatorium aut refrigerans, aut aliter affectum identidem experimur. Qvæ autem venenô familiariter victitent, ac propterea ad edendum ſuſpecta interdum ſunt animalia, ſunt ex volucribus coturnices, qvæ veratrum: anates, qvæ bufonem: ciconiæ, qvæ viperas: ſturni, qvi cicutam edunt: item ardeæ & maleagrides: qvamobrem cavendum eſt, ne illis temerè utamur: ſiqvidem in his locis degerint, qvæ hujusmodi venenorum feracia ſint. Sic ergò ſuſpectæ ſemper fuerint coturnices, ſi in locis veratro abundantibus capiantur: ſic ſturni, ubi cicuta eſt plurima. Ut mirum non ſit, inqvit *Paræus*, (*Lib. 20. c.4.*) ſi ex tali imprudentia mortes interdum repentinæ contingant.

De his igitur animalibus ita judicabis: nam qvæ à mortiferis reptilibus enecata ſunt, qvoniam efficaciſſimum illorum venenum eſt, ac citiſſimè totum animal pabulatur, nullus illorum uſus eſſe debet: qvemadmodum etiam, qvæ à rabido cane commorſa, aut ejus etiam ſaliva contacta fuerunt: hæc enim in rabiem ſimiliter aguntur: ac carnem propterea eſui ineptiſſimã reddũt.

## *CAPUT III.*

## De vitiatis piſcibus agnoſcendis.

PIſcium verò non minor cura gerenda eſt. Ergù, ut publico proſpicias regimini, ſiqvidem de illorum præſtantia aliqvando dicendum ſit, ignorandum non eſt, piſcium carnes,

qvi in aqvis limoſis ac ſordidis degunt, excrementitias eſſe admodùm, & mucoſas: malas etiam illorum eſſe, qvi in mari qvieto, & nullis fluctibus agitato verſantur: in ſtagnis autem marinis adhuc eſſe deteriores, & his adhuc magis in ſtagnis, qvæ ſi parva ſint, nec magnos fluvios recipiant, nec fontes habeant, nec largum effluvium, multò profectò ſunt deteriores. Peſſima etiam ſunt ſtagna, ex qvibus nihil aqvæ omninò effluit: ſed ſtabilis eſt ac planè immota: omnium verò deterrimi ſunt, qvi in fluminibus urbem magnam præterfluentibus, hominum ſtercoribus, ac pravis id genus eſcis victitant. Hi enim ſi paulò diutiùs mortui permanſerint, ſtatim putreſcunt, & peſſimè olent. Iſti autem in cibo ſunt injucundi, & ad coqvendum difficiles: exiguumq; boni qvidem alimenti: excrementi autem plurimum reddunt. Qvare mirum nō eſt, ſi pravum ſuccum in eorum corporibus, qvi qvotidiè illis veſcuntur, congerant. Hos etiam, inqvit *Galenus, (de ſuccor. bonit. cap. 9.)* aëre uti deteriore, minoreq; natatione, & alimento pejore: maximeqve ſi ex magna urbe profluat aqva, qvâ cloacæ, balneæ & culinæ repurgantur, veſtesqve ac lintea eluentium ſordes. Caro namqve piſcium in aqvis hujusmodi degentium deterrima omnium fit.

Atqve hæc de piſcibus Galenus! qvæ qvidem diligenter advertenda ab his ſunt, qvi publicæ valetudinis ſtudioſi eſſe videri volunt.

Neqve

Neqve enim tam facilè qvicunqve hæc intueri ac proſpicere poſſunt. Etenim qvi recens capti ſunt piſces, undecunqve fuerint, ſatis hoc,ut ſalubres exiſtimentur, vulgus credit, nam cum publicè malè olidi piſces venduntur, & qvos etiam alienus color vitiatos arguat, qvivis è populo advertere, atqve evitare poteſt. Conſpectum eſt aliqvando magnam piſcium vim ſponte in littus ejectum fuiſſe: qvibus tamen abſtinere ipſe omnibus ſvaſerim: nam maligno vapore aliqvo in imo propellente: vel certè morboſum aliqvid perferentes è ſuis ſedibus malè affecti piſces deturbantur. Memoriæqve *proditum* eſt, (*Jul. obſeqv. in prodigiis.*) M. Æmilio, L. Aurelio COSS. ad inſulam Liparam mare efferbuiſſe: ac piſcium vim magnam exanimen diſperſiſſe, qvos Liparenſes avidiùs epulis appetentes, contaminatione ventris conſumptos fuiſſe, ita ut nova peſtilentia vaſtarentur inſulæ. Illud autem non minus periculum affert, qvòd piſces in infecto aliqvando gurgite, ſparſa ſcil. ephemero herba, aut è lacticinoſis aliqva capiuntur: ſic enim peſſimi ſucci eos evadere: atqve omninò improbandos, ſatis mihi eſt perſvaſum. Et qvanqvā doctisſimus *Mercurialis* (*3. Tom. conſultat. 6.*) conſultus aliqvando, num hoc piſcium genere impunè veſci liceat,nihil certè reſpondet: ambigitq; nū aſperſi ephemero piſces veriùs occidantur, an potiùs in vertiginē acti, ſuper aqvā veternoſi ferantur. Mihi tamen compertū eſt,hujus-

juſmodi piſces & citiùs aliis interire,& promptiùs putreſcere: ut de eorũ malitia minimè dubitandum ſit.

Idem fermè judicium de illis feres, qvos in his aqvis piſcamur, ubi diu linũ maduerit,& cannabis,ſpartumve: peſſima enim hæc aqva eſt,& qvã ne piſces qvidem ferre poſſint. Qvamobrem nunqvam ad publicum uſum illos exponi facilè patiére. Ideoq; diligens ſemper cætariorum habenda eſt cura: nec minùs etiam laniorum: ne illis ſcil.qvæcunq; vendere liberiùs liceat:obeſſe enim civitati plurimùm poſſunt: nam & ſordidũ eſt,ac vile hominũ genus,lucriq; duntaxat ſtudioſum.

## *CAPUT IV.*

### Qvæ animalium carnes inter reliqvas alendo præſtent: & qvibus qvæqve hominibus magis conveniat.

HActenus qvæ carnes, qvibus potiſſimùm temporibus vulgo eſitandæ,ſatis pro noſtro enarravimus inſtituto. At qvia, dum hæc præcepit Medicus,plerunqve etiam, qvæ his ad alendum præſtantiores, & qvæ qvibus hominum naturis magis conveniant, à nonnullis reqviritur. Ideò non aliena, neqve inutilis digreſſio fuerit, paucis de hac re intereà meminiſſe. Ergò illud in univerſum præfari lubet, qvoniam carnium hæ quidem plus nutriunt, illæ verò minùs: tenuem nonnullæ ac fluxilem, aliæ craſſiorem,nec facilè diſſolubilem ſangvinem gignunt: non-

ſem-

ſemper præferendas eſſe, qvæ plùs alunt, aut certã qvampiam ſucci naturam ſortiuntur: nam, ut optimè nos *Celſus* (*l.2.c.8.& Hippoc. de affect.*) admonuit, utẽdũ eſt materiæ genere pro viribus: qvamobrẽ, inqvit, imbecillis hominib9 rebus infirmiſſimis opus eſt: mediocriter firmos media materia optimè ſuſtinet: & robuſtis apta validiſſima eſt.

Præterea *qvicunqve* humido ſunt temperamento, humidis qvoqve cibariis ante alia gaudebunt, qvi ſicco, ſiccis: atqve eadem in cæteris ratio ſervanda eſt: modò ſcilicet integra valetudine homines perfruantur: nam qvi pravam temperiem ab initio ſortiti ſunt, vel pòſt acqviſiverunt, eſus contrariorum utilis eſt. Qvi etiam denſo ſunt corpore, & minimè perſpirabili (diligenter hoc notandum eſt tibi:) alimento opùs habent humidiore, tenuiore & uberiore: qvi verò rarô, & qvod facilè difletur, ſicciore, glutinoſiore, & minore egent. Item qvi ſangvinem habent plùs juſto melancholicũ, calidis & humidis alimentis opùs eſt: ſicuti frigidis & humidis, his, qvi bilioſiorẽ: qvi pituitoſum, calidis & ſiccis: qvibus verò ſangvis bonus multitudine excedit, pauciora alimenta ex uſu ſunt qvidem: ſed qvæ in omnium qvalitatum medio conſiſtant.

Sed illud etiam ſilentio prætereundum non eſt: qvoniam tria animalium ſunt genera, qvorum carnes nobis alimentum ſubminiſtrant: gresſilia, volatilia, & piſces: diverſa eſt omnium natura: neç nos ſimiliter aut nutriunt, aut

aut afficiunt: nam ex *qvorundam* ſententia (*Vitruv. lib. 1. cap 4.*) volucres minus habent terreni, minùs humoris, caloris temperati, & aëris multum: igitur levioribus principiis compoſitæ, faciliùs in aëris impetum nituntur. Aqvatiles autem piſcium naturæ, qvòd temperatæ ſunt, à calido: plurimumqve ex aëris & terreni ſunt compoſitæ, ſed humoris habent oppidò qvàm parum: qvò minùs habent è principiis humoris in corpore: faciliùs in humore perdurant: itaqve cùm ad terram perducuntur, animam cum aqva relinqvũt. Item terreſtria qvòd è principiis ab aëre, caloreq; ſunt temperata, minusq; habent terreni, plurimumq; humoris, qvòd abundãt humidæ partes, non diu poſſunt in aqva vitã tueri.

Sed hæc placita qvanqvam probabilia eſſe qvispiam crediderit, rejecta tamen ſunt magna ex parte à communi Philoſophorum conſenſu: monſtratumqve eſt ab *Ariſtotele*, (*de Reſpirat. cap. 13.*) unumqvodqve genus non in contrariis, ſed in propriis locis maximè ſervari. Ergò ut veriora afferantur, volucres ſicciore ſunt temperaturâ: alimentum præbent, non illud qvidem, multum, ac validum nimis: ſed tamen, qvod minus habeat excrementi, nec ita facilè diſſolvatur. Ergò ſiccioribus naturis, & qvi ſedentariam vitam ducunt: aut his etiam, qvos humida frigidave intemperies malè habet, magis conveniunt. *Piſces* verò frigidiorem generant ſuccum, & qvi celeriter diſcutiatur, ac ſangvinem faciunt

tenui-

tenuiorem : ideoqve humidis naturis, aut qui intemperatum habent calorem, nec adeò multum exercentur, magis ex uſu ſunt. Ut putem propterea, ſalubriter ſibi qvosdam monachos conſuluiſſe, qvi ſcilicet nullo corporis labore, divinis tantùm meditationibus, longè ab hominum commercio indulgent; dum nimirum cœteris carnibus abſtinentes, piſcibus tantùm veſcuntur: nam ſi in multâ illa corporis qviete, otioq́ve validius nutrimentum aſſumerent, facilè in plenitudinis morbos inciderent. Greſſilia autem humidiora avibus ſunt, ſicciora piſcibus, ac plurimùm omninò & firmiſſimum dant alimentum, ideoqve robuſtiſſimis qvoqve hominibus, & magnis laboribus aſſvetis aptiſſimus eſt illorum uſus.

Ex his igitur facilè conſtare arbitror, qvàm errent, qvi nullo diſcrimine de carnium præſtantia ac convenientia pronunciant, neqve enim ſatis eſt noviſſe, qvæ caro qvàm boni ſucci per ſe ſit, ac qvantum nutriat; ſed magis qvos ſit nutritura. Sed cùm hæc in univerſum dicta ſint: præſtiterit etiam de ſingulis carnium generibus ſeorſim meminiſſe. Ergò greſſilium carnes, ut ab his exordium capiam, pro *diverſa* illorū ætate, manſvetudine, exercitatione, loco, in qvo degunt, ipſaq́ve etiam caſtratione variam omninò temperiem ac nutrimenti qvalitatem ſortiuntur. Nam adoleſcens ætas, illa animalia, qvæ naturâ ſunt ſicciora, cujusmodi boves ſunt

ac

ac capræ, ad bonitatem plurimùm juvat: humidiora verò naturâ, ut ſues, qvod ſibi deeſt ad probam temperiem, id ab ætate florente aſſumunt. Senum autem animalium caro tum ad concoqvendum, tum ad bonum ſuccum generandum, tum ad nutriendum, peſſima eſt: nam & ſues ipſi, licèt humidi ſint, cùm tamen inſenuerunt, peſſimè nutriunt. *Domeſtica* autem animalia temperie ſunt humidiora, qvàm agreſtia, tum ob aëris, in qvo degunt, humiditatem: tum verò ob vitæ ignaviam. Qvæ verò in montibus degunt, multùm exercentur ac fatigantur, atqve in aëre ſicciore vivunt, carne ſunt duriore, & qvæ nullius prorſus pingvedinis, aut parcisſimæ particeps ſit: ideoqve pluribus diebus, qvàm domeſticorum & otiosè degentium animalium, ſervatur imputris: liqvet igitur, qvòd horum alimentum minus habet excrementi, ac valentiùs nutrit, & ſuccum gignit multò aliis meliorem. *Caſtratorum* verò animalium præſtantior eſt caro ac ſvavior, qvàm cœterorum: nam coitu non exſuccantur, & pinguiora ſemper evadunt. Ex *Hippocrate* (*2. de Diæta.*) ſciendum prætereà eſt: eas nimirum carnes, qvæ optimè exercentur, fortiores eſſe, ideoqve validis etiam naturis aptiores: qvæ verò otiosè degunt levisſimas, ac magis illis convenientes, qvi procul à laboribus vivunt.

Prætereà prægnantia animalia pingviora fieri omnia: ac proptereà & ſvavius, & ſalubrius nu-

trire, comperta res eſt: atqve ab *Hippocrate* (*de natura pueri, in medio. de hiſtor. animal. num. 18. & 5. collig. cap. 30.*) & *Ariſtotele* memoriæ proditum. Verùm *Averroës*, qvoqve verisſimè illud annotavit: in greſſilibus ſcil. commendari plurimum corporis magnitudinem, qvemadmodum in piſcibus parvitatem. Sed cùm de greſſilibus ſatis multa generatim allata ſint: reliqvum eſt, de ſingulis animalibus particulatim diſſerere.

## *CAPUT V.*

## Gresſilium ſingulorum carnes cujus facultatis ſint?

ERgò ſi de certis qvibusdam animalium carnibus ſciſciteris: ita de his qvoqve ex arte reſpondebis. *Suilla* caro omnium ciborum potentiſſimè nutrit, ac cum humana carne ſimilitudinem habet: nonnulli enim humanam pro ſuilla, ſine ulla in guſtu vel olfactu ſuſpicione comederunt: optimi etiam eſt ſucci, ſiqvidem ventriculus exqviſitè concoqvat, & in ſangvinem vertat jecur. Viſcidi nihilominùs neſcio qvid habet: qvodqve ideò jecoris, & renum meatûs obducat, qvibus adſtrictiores hi naturâ fuerint, ſi qvis igitur crebriùs illa utatur, gravitatem ſecundùm prædictas partes ſenſum qvendam ac dolorem etiam nonnunqvam perſentiet. Ergò benevalentibus ac robuſtis, qviqve ætate ſunt florente, atqve immodicis laboribus

ſeſe

ſeſe exercent: modò nullam viſcerum oppilationem patiantur, maximè convenit. Cœteris verò, ac qvibus præſertim ventriculus eſt infirmus, ac viſcera obſtructa, neqvaqvam. Sylveſtrium autem caro, qvos apros vocamus, fortiter plurimùm ac velociter nutrit, inqvit *Avicennas*, (*Libro 2.*) ac hyeme præſertim, qvo tempore adhuc magis ſapiunt. Neqve eſt, cur objicias mihi, ſuillum genus ſordidum eſſe, ac lutulentis locis gaudere, ac perpetuâ qvadam ſcabie laborare, hebetiqve viſu eſſe, ut propterea noxium indè alimentum proficiſci debeat. Nam gallinæ, qvæ tamen ad alendum præſtantiſſimæ ſunt, ſtercoribus & lapillis veſcuntur, atqve in bonam vertunt ſubſtantiam; etenim animal eſt, qvod alimentum commutat ac reddit ſibi familiare: non ſimiliter autem ab alimento immutatur. *Bubula* non mediocre dat nobis alimentum, nec facilè diſſolubile ac ſangvinem generat craſſiorem: inſuperabilem etiam hanc carnem vocat *Hippocrates*: (*4. Acut. tex. 98. 99.*) ideoqve nonniſi perelixâ utitur: ac prætereà robuſtis & validioribus ventriculis, & qvi vehementer exercentur, uſui tantùm eſſe debet: qvemadmodùm ex vaccina qvoqve, qvæ præter ſucci pravitatem, ſexûs etiam ratione frigidior eſt, ac *morphœam*, ſcabiem & cancros, cœterosqve affectûs melancholicos gignit. Taurorum autem carnem omnium peſſimam eſſe, à *Galeno* (*3. aliment. cap. 2.*) ſcriptum

legimus. Vituli verò carnem habent ad alendum præſtantiorem, atqve omnium maximè odoriferam eſſe, obſervat *Averroës*, (*5. Collig. cap. 32.*) ideoqve hoc ipſo eſſe meliorem hædina: hanc tamen fatetur meliores humores generare. *Ovilla* verò excrementoſa eſt, ac mali ſucci: caprilla præter ſuccum vitioſum acrimoniam habet: hircorum autem tum ad concoqvendum, tum ad ſuccum bonum generandum eſt deterrima. Atqve hanc ſeqvitur arietina. Caprillam verò ſecedere alvo, ſcripſit *Hippocrates*, (*2. de diæta.*) ac flatuoſam eſſe: & ob id frigidam eſitandam: ac, ſi incocta permanſerit, choleram parere. Hœdinam innoxiam *Galenus* (*de atten. diæt. cap. 8. & de ſuccor. bonit. cap. 6. Libr. 2.*) cum cœteris aliis eſſe exiſtimavit: ac vitulinæ antepoſuit. *Avicennas*, frigidam eſitare mavult: nimirum ut malus illius vapor conqvieſcat: hujus autem ad caprillam eadem ratio eſt, qvæ vitulinæ ad bubulam. Fœmellis autem magis commendari à nonnullis ſolent, qvòd ſcil. à maſculorum ſiccitate nonnihil abſint: reverà tamen deprehenſum eſt, calidis & ſiccis temperaturis, & qvi otioſè agunt, plurimùm conferre. Agninam verò humidisſimam eſſe, ac pituitoſam, teſtatur *Galenus*, (*3. Aliment. cap. 2.*) hœdis tamen in bonitate proximam eſſe: qvam etiam calidam comedere *Avicennas* ſolet, ut malus ejus odor reſolvatur. Vides igitur, hædinam hoc in genere præſtare cœteris, peſſimam verò eſſe arietinam, ſiqvi-

ſiqvidem *Galeni* ſententiam ſeqvaris. *Averroës*, (*5. Collig. 32.*) autem poſt hœdos in alimenti bonitate proximos locat arietes : aitqve, plurimam Medicorum partem ſimiliter ſentire.

In qva re hoc unum dico, paſcuis atqve aqvis magnam vim ineſſe ad carnium ſalubritatem præſtandã: ut interdum illarum uſum commendare poſſit : qvæ ſuâ natura minùs ſalubris eſt, optima eſſe, & è converſo, qvæ per ſe optima eſt, ſæpiſſimè in deterrimam conditionem degenerare : ut mirum non ſit in Hiſpania, qvæ ſalubriores fert herbas, ac magnô ſtudiô procurantur, vervecinam optimi ſucci eſſe, non ita autem alibi. Sed qvid etiam prohibet in certis locis proprias ac peculiares eſſe animalium naturas, qvæ nusqvam aliàs ita eſſe ſoleant : ut de piſcibus memoriæ commendavit *Plinius*. Agninam fatetur idem *Averroës* (*Lib. 9. cap. 18.*) humidiſſimam eſſe, attamen in calidis terris temperiem multam nanciſci: nimiâ illorum humiditate à calidiore cœlo correcta. Lepores verò, inter qvos & cuniculos ex *Plinio* (*Lib. 8. cap. 55.*) retulerim, carnem æqvo craſſiorem *habent:* ſed melioris ſucci, qvàm bubula & ovilla. Alvum ſiſtit, inqvit *Hippocrates*, & urinæ incitamentum facit. Præterea *ſomnos* fieri à lepore ſumto in cibis *Cato* arbitratur: & vulgus promittit gratiam corpori in ſeptem dies, frivolo qvidem ioco, cui tamen aliqva debeat ſubeſſe cauſa in tanta perſvaſione. Hanc etiam carnem ſiccam eſſe, & frigidam, con-

coctu difficilem,ſeroqve & paulatim nutrire, doctiſſimè demonſtravit *Manardus* (*Lib.* 13. *epiſt*.4) ex animalibus nimirum ſubſtantiâ,duritie,ſqvalore, fragilitate, fibrarum copia, ſuillæ diſſimilitudine, ac timiditate deductô argumentô. Attamen ſanguinem habet omnium ſapidiſſimum: ideoqve, ut ait *Galenus*, (3. *Aliment*. 18.) cum jecore elixari ſolere, aut cum aliis etiam viſceribus. Apud nos cum laganis, ac paſteis omninò eduliis elixus,gratiſſimus palato eſt. Cuniculos tamen,ſiqvidem non exiguam carnis mollitiem, ac friabilitatem conſulamus, melioris ſucci eſſe, ac ſvaviùs nutrire, perſpectum ſatis habemus.

Atqve hæc de qvadrupedum carnibus: inter qvas tres tantùm de bonitatis principatu inter ſe certant: ſuillam ſcil. hædinam, ac vitulinam: ſed harum diverſa eſt ratio: nam robuſtis hominibus ac magnis laboribus aſſvetis optima eſt ſuilla: imbecillibus atqve otioſis hœdina: medium ſibi locum vitulina eligit: qvippe qvæ nec ita multùm, ut ſuilla: nec ita mediocriter, ut hœdina enutriat.

## CAPUT VI.

### Volatilium carnes cujus naturæ ſint.

Aves, dictum jam eſt, exiguum alimentum præbere, ſi ad qvadrupedes conferantur: ſunt tamen boni ſucci: ac valentiùs nutriunt, inqvit

*Celſus*,

*Celſus*, (*Lib.* 2. *cap.* 18.) qvæ pedibus magis, qvàm qvæ volatu nituntur: atqve hæc ex ipſis, qvæ volatu fidunt, firmiores eſſe, qvæ grandiores, qvàm minutæ ſunt. Sed jam de ſingulis. *Gallinarum*, ut benè ex veteribus colligit *Conciliator*, (*Differ.* 68.) & nos longô uſu obſervationeqve compertum habemus, facilis eſt digeſtionis, paucarum ſuperfluitatum: ac mirè complexionem & humores attemperat: augmentum facit in intellectu, inqvit *Avicennas*, & ſperma auget. *Galenus* facilè concoqvi gallinarum carnem duntaxat aſſeruit: jusqve illarum contemperandi vim habere. *Dioſcorides* (*Lib.* 6. *cap.* 40.) verò calida natura præditas illas eſſe affirmat: nam devoratum inſigne virus conficiunt, & aridiſſima qvæqve ſemina conſumunt, arenasqve & lapillos ingluvie ſua devoratos diſſolvunt.

Reverà autem certius indicium ex illarum carne deſumimus, qvam ſcimus & teneram, & nullius lentoris participem eſſe, ideoqve ad alendum optimam. Præſtant tamen, qvæ non adhuc ova pepererunt: aut qvæ cum gallo nondum coiverint, nam aliæ, ac veteres præſertim duriſſimam habent carnem ac nitroſam, ideoq; in medicamentis potiùs ex peti. *Capi* verò communi caſtrationis beneficio ſvaviores ſunt, ac meliores qvoqve. *Phaſiani* qvoad concoctionem & nutrimentum pertinet, gallinis diſſimiles non ſunt, voluptate tamen in edendo ſuperant. Hanc volucrem cœteris aliis obſoniis ante poſuit

*Averroës*, nemoqve non illi principatum tribuerit, non ſolùm ad victûs ſalubris rationem: verum ad robur qvoqve: ideoqve convaleſcentibus, & morborum diuturnitate macrefactis optimus eſt cibus. *Otis* ex ſylveſtrium gallinarum genere eſt, & perdicibus ſimilis: niſi qvòd corporis pondere attollere ſeſe minùs valet. In cibis gratisſima eſt, & optimi ſucci: & poſt phaſianos primas ſibi vendicat. Perdicis *caro* laudabilis eſt alimenti, concocta facilis, ac probi ſucci: ſanguinem generat mediæ ſubſtantiæ, ſiccat tamen moderatè: ideoqve non niſi poſt unum diem ſuſpenſam comedunt: ſic enim omni ex parte inculpata redditur caro. His autem præcipuè convenit, qvibus ſalubris victus curæ eſt: ac propterea ad ſiccitatem emendandam præſcribit *Galenus*. *Averroës* (*6. ſanit. tuen. cap. 11. 5. Collig. cap. 32.*) autem, perdices, ait, ad frigiditatem & ſiccitatem vergere, atqve eſſe ſicut gallinas deſerti: & ventrem adſtringere tum aſſas, tum elixas. *Columbinum* genus omne calidum eſt, & ſiccum, graſſiorisqve ſubſtantiæ, ut jam ex continuo eſu febrem generare credantur. Pulli tamen ætatis ratione humidiſſimi ſunt, qvocircà volantes cœteris præferuntur. Calidis autem naturis non niſi cum omphacio, aut frigidis condimentis conceduntur. Omninò autem ſucci probitate, & facilitate concoqvendi commendantur. Caro veteris columbi maſculi, inqvit *Averroës*, mirè epilepticos juvat ac paralyticos.

Qvi-

Qvidam renibus refrigeratis opem ferre prodi-derunt. Agreſtes autem Loci, & exercitationis ergò, & minùs humidi ſunt, &, ſi *Oribaſio* credi-mus, præſtantiùs etiam nutriunt, nam & *Gale-nus* ( *de atten. diæt. 8.* ) columbas turricolas do-meſticis meliores eſſe profeſſus eſt: ut & apri do-meſticis ſuibus. Turtures ſymmetro calidiores ſunt, inqvit *Averroës*, ( *5. Collig. cap. 32.* ) ingeni-um mirè acuunt, optimum generant ſanguinem. Verùm aliqvanto ſicciores eſſe ſcripſit *Galenus*, ideoqve non ſtatim captæ, ut de perdicibus di-ctum eſt, eſitandæ. Sturni *Averrois* teſtimonio calidi ſunt & ſicci, craſſioris ſubſtantiæ, & con-coctu difficiles. Verùm veſcuntur cicutâ, qvæ qvoniam nobis noxia planta eſt, ideò à menſarũ uſu abdicandi. Reverà autem non ita improbat *Galenus*: nam his, qvi nehpritide laborant, inter multas alias volucres has etiam concedit: ( *6. ſanit. tuend. cap. 16.* ) nec obſtat, illos cicutam eſitare: nam qvæcunqve ea ſit, in ſubſtantiam & ſuccum nobis familiarem, aut non penitùs alienum ab avicula immutari pro *Galeno* dices. *Turdo* Romani multum tribuerunt: nam dixit Horatius:

*Nil melius turdo.*

*Et Martialis*:

*Gloria prima eſt*
*Inter aves turdus.*

Reverà autem multum operæ illi in his avi-bus ſaginandis conſumebant: ideoqve commen-

dabantur. Nunc autem haut magni illos facimus, nam & duriori ſunt carne: nec bono ſucco generando idoneâ. Laudabilioris tamen ſunt ſucci, qvô tempore dulcium uvarum eſu pingveſcunt. *Merulæ* etiam cum turdis ejusdem conditionis ſunt: nam qvanqvam inter optimi ſucci alimenta ab aliqvibus numerantur, duriore tamen ſunt carne, ut meminit *Galenus*, (*3. Aliment. 19.*) ideoqve tardè concoqvuntur: pauci alimenti ſunt: ac, ſi Platinæ fidem adhibeas, melancholiam augent. *Paſſeres*, ut & *ficedulæ*, autumno, inqvit *Galenus*, (*4. Acut. 101.*) maximè laudabilem carnem habent: & inter ea alimenta *locat*, qvæ tenuantium & craſſefacientium in confinio ſunt: cujusmodi etiam, ait, eſſe perdices, columbos, turdos, merulas, & ſimiles alias. Attamen *Averroës* (*5. Collig. cap. 32.*) calidos & ſiccos eſſe affirmat: hoc ipſum indè fortaſsè colligens: qvòd nimiâ ſalacitate ſeipſis fiant aridiores: ac propterea ne anno qvidem diutiùs vivere, *Plinius* (*Lib. 10. cap. 36.*) animadvertit. Coturnices, qvas etiam gvaleas vocant, temperatæ ſunt, inqvit *Averroës*, ſed tamen paulò calidiores: tenuis ac boni ſunt ſucci: ideoqve ſanis & convaleſcentibus præſcribuntur: à multis tamen improbantur: qvippe qvæ & veratrum comedant, & morbo comitiali corripiantur. *Avicennas* (*Lib. 2.*) prohibet qvidem illarum uſum, qvoniam & tetanum & ſpasmum inducere aptæ ſunt: non qvòd elleboro victitent: ſed qvòd ignotâ

qvâdam

qvâdam proprietate illud efficiant. *Pavonis* carnem duram eſſe, itemqve fibroſam, & ad coqvendum difficilem planè, teſtatur *Galenus*.

Has autem aves mirâ olim diligentiâ coqvi parabant : nam, ut Divus *Hieronymus* teſtis eſt, (*Epiſt. ad Decanum* 83.) lentis vaporibus coqvebant, qvi ad oſſa pervenirent, & ſuperficiem carnis non diſſolverent artifici temperamento. De hac autem carne illud memoriâ digniſſimum Divus *Auguſtinus* (21. *de Civ. Dei cap.* 4.) obſervavit : nimirùm cùm ſibi apud Carthaginem ea avis coɖa apponeretur: de ejus pectore pulparum qvantum viſum eſt, decerpſit : reliqvum ſervari juſſit: qvod poſt dierum tantum ſpatium, qvantô alia caro qvæcunqve coɖa putreſceret: prolatum atqve oblatum, nihil ſuum offendit olfactum: itemqve repoſitum poſt dies ampliùs, qvàm triginta, idem, qvod erat, inventum eſt: idemqve poſt annum, niſi qvòd aliqvantulum corpulentiæ ſiccioris & contractioris fuerit. Qvamobrem hinc conjicias licet, hanc carnem omnium diutiſſimè ſervari incorruptam. *Anſeres* duram habent carnem, & concoctioni adverſantem, & qvæ excrementis redundet, qvod etiam de illis avibus ſimiliter ſentiendum, qvæ terrâ & aqvâ victum qværunt, & ſtagnis & lacuſtribus locis vivunt, jecoris gratia anſeres ipſos ſaginabant Romani: qvippe qvòd ad hunc modum omnium maximè creſceret. Anates, inqvit *Avicennas* (*Lib.* 2.) calidiores

ſunt

ſunt cunctis avibus domeſticis, adeo ut, qvæ frigida ſunt, calefaciant: qvæ calida, ad febrilem diſpoſitionem perducant: illarum caro difficilè alteratur: alterata autem validiùs, qvàm cœterarum avium nutrimentum præſtat.

## CAPUT VII.

## Piſcium in nutriendo facultates.

PIſces autem pro varia loci, in qvo degunt, conditione manifeſtè inter ſe differunt. Vis autem eorum qvalis & qvanta ſit, ex propria carnis ſubſtantia etiam deprehenditur. *Ergò* qvi in puro mari degunt, præcipuè ventis ac procellis agitato, meliores ſunt, & adhuc magis qvi in arenoſis ac petroſis litoribus verſantur. In ſtagnis verò degentes deteriores ſunt: & præcipuè exiguis & ſtabilibus: in paludibus ac lacubus innatantes omnium deterrimi ſunt. Qvi autem in fluviis ſunt piſces, boni qvidem ſunt, ſi aqva ſit copioſa, & rapidè feratur. Qvi autem in fluminum oſtiis verſantur, omnium peſſimi ſunt, illic enim urbium latrinæ & ſordities retinentur. Qvi etiam fluminibus urbem magnam præterfluentibus, hominum ſtercoribus, & pravis id genus eſcis victitant, omnium ſunt deterrimi, adeò ut ſi paulò diutiùs mortui permanſerint, ſtatim putreſcant, atqve in cibo ſint injucundi, & ad concoqvendum difficiles: & exiguum boni alimenti, excrementi autem plurimùm

mum reddunt. Hi igitur cùm peſſimi ſint: contrà omnium ſunt præſtantiſſimi, qvi præterqvam qvòd in puriſſimo degunt mari, littora etiam incolunt, qvæ aqvam in orbem ambiunt, & terra non abundant: qvòd ſi præterea ad boream ſpectent, longè erunt meliores. Qvi etiam piſces in eo mari verſantur, qvòd longè à litoribus, dulcis aqvæ eſt expers, cujusmodi ſunt, qvos pelagios appellant, omni culpá vacant, ac cœteris ſucci bonitate & cibi ſvavitate longè antecellunt.

Qvòd ſi de loco minimè tibi conſtiterit: tunc ex odoratu & guſtu judicandum: nam qvi in aqva degunt vitioſá, graviter olent, inſvavesqve ſunt ac mucoſi: pingvisqve, ad hæc plùs aliis habent, ac citò putreſcunt: & qvi in mari verſantur puro, cum odore inculpato, tum guſtu ſvaves pingvedineqve aut minima aut nulla ſunt: atq; diu citra putrefactionem perdurant: præcipuè ſi qvis eos nive circundet. Ex carnis autem ſubſtantia ita piſcium bonitatem dignoſces: nam *Galenus* (*3. Aliment.* 27. *de atten.diæt.* 8.) friabilitatem in piſcibus, uti & in cœteris animalium carnibus commendat: hoc eſt, ſi nihil lentoris ac pingvedinis habeant: ſive duræ ſint, ſive etiam molles: nam utraqve conditio in diverſis hominum naturis ſuâ laude non caret: etenim in robuſtis hominibus, in qvibus plurimum nutriendum eſt, ac facilè concoqvunt, præſtantior eſt dura caro: contrà verò imbecillibus, & qvibus exiguum

ſatis

ſatis eſt alimentum, mollis præfertur: modò tamen ſemper friabilis ſit.

Sed hîc diligenter advertendum eſt, qvod etiam nos *Avicennas* (*Lib. 2. cap. 53.*) admonuit: piſces nimirum, qvi molles ſubſtantiâ ſunt: cujusmodi inter alios ſunt: angvillæ, vetulos junioribus præſtare; nam ætas nimiam humiditatem abſumendo mediocritatem parit. Contrà qvi durâ ſunt carne, ut lucii, & percæ præſtant juniores. Ad alimenti qvoqve bonitatem plurimùm facit, ſi eo tempore comedantur, cùm impleri incipiunt: qvòd & continuô uſu compertum eſt, & ab *Ariſtotele* (*8. de hiſtor. anim. 30.*) etiam proditum: non ita autem cùm uterum gerunt: nam deteriores eſſe tunc ſolent, ac præſertim ſqvamoſi. Fluviales tamen ac lacuſtres poſt partum optimos eſſe, Philoſophus aſſeruit. Atqve illud etiam advertit, litorales omnibus pelagicis eſſe præſtantiores: nam cibo copioſiore, & meliore potiuntur: atqve ideò illorum caro magis conſtat: qvando pelagiorum humida, mollis & ſoluta ſit. Atqve hæc cùm univerſim de piſcibus dicta ſint: nunc etiam de ſingulis aliqvid afferam: neqve his tamen omnibus; ſed qvi tantum inſignem nutriendi faciunt differentiam, Saxatiles piſces, qvi ſcil. non in levibus aut arenoſis terreisqve litoribus, ſed in petroſis promontoriis, & ubi ſaxa ſunt, deliteſcunt, & pariunt, & qvi propterea in duriſſimo ſemper mari degunt, & omnem dulcem aqvam fugitant, ſemper

ſemper optimi ſunt, cùm interim alii à propria bonitate non rarò degenerent. Hi igitur, qvoniam carnem habent cœteris piſcibus & molliorem, & magis friabilem, alimentum præbent ad concoqvendum facile, & ſaluberrimum ſanguinem, mediæqve conſiſtentiæ generant. Ideoqve otioſis hominibus, ſenibus, atqve imbecillibus, & ægrotis accommodatiſſimi ſunt. Inter hos autem & ſvavitate, & ſucci bonitate optimi ſunt ſcauri, poſteà merulæ ac turdi: tertio loco ſunt juliæ, & percæ. Inter alios verò, qvi longè à litoribus degunt, commendatiſſimi ſunt, qvos lucios & percas vocant, qvippe qvi & ſucci bonitate & ſvavitate etiam edendi principem locum retinent: robuſtius tamen alimentum præbent: ideoqve non niſi etiam robuſtis ventriculis conveniant.

Sed hi cùm maxima ex parte ubiqve præſtent: ſæpè tamen alii alibi piſces principatum tenere, propria qvadam locorum facultate ſunt deprehenſi. Nam coarcinus in Ægypto, ut inqvit *Plinius*, ( *Lib. 9. cap. 18.*) Zeus Gadibus: circa Ebuſum Salpa, obſcenus alibi, & qvi nusqvam percoqvi poſſit, niſi ferulâ verberatus: in Aqvitania Salmo fluviatilis marinis omnibus præfertur. Prætereà in Tiberi amne lupi præſtantiores ſunt: rhombus Ravennæ: murena in Sicilia: eſops Rhodi. Angvillæ, qvæ noſtrorum temporum menſis optatiſſimæ ſunt: & tinchæ omninò improbantur, illæ enim limoſi ſunt, craſſi ac lenti ſuc-

ti ſucci, renibus atqve articulis adverſæ : tinchæ etiam maximè excrementitiæ. *Teſtacei* autem piſces, cruſtacei molles, & qvos cœtaceos appellant, ita cenſentur. Teſtacei, cujusmodi ſunt echini, patellæ, tellinæ, ac ſimiles, hoc habent in univerſum, ut ſuccum in carne comminuant, qvi alvum ſubducat: exhibet illis *Galenus*, qvibus cibus in ventriculo corrumpitur : & ſæpè in optima aqva elixat: plurimum enim ſucci crudi generant. Cruſtacei, qvales ſunt locuſtæ, cammari, & alii hujus generis, minus ſalſi continent humoris; firmiorisqve ſunt alimenti : qvamvis difficulter concoqvantur: reliqva teſtaceis aſſimiles ſunt. Molles, ut raia, ac polypi exiguum ſuccum ac ſalſum habent, & difficilè alterantur, non parum tamen nutriunt, ſi benè conficiantur.

Atqve hos omnes cum teſtaceis ſimul atqve cruſtaceis optimos eſſe, inqvit *Ariſtoteles*, (*8. de hiſtor. cap. 30.*) cùm uterum gerunt. Cætacei verò, ut thynnus, & xiphius, duram, pravi ſucci, & excrementitiam carnem habent: ideoqve conditi melius in uſum veniunt: nam recens caro, niſi benè conficiatur, magnam crudorum ſuccorum copiam gignit. Atqve hanc de animalium carnibus digreſſiunculam aut utilem leges, aut ſupervacuam præteribis.

## *CAPUT VIII.*

### De fugacibus fructibus evitandis.

FRuctus ſuccedunt, qvos vocant horarios: qvi-

qve

qve eo tempore naſcuntur, in cujus medio canicula exoritur: hi qvidem ſi parcè & tempeſtive edantur, parum obeſſe conſveverunt: nam ſi primâ ſtatim mensâ ac planè refrigeratos comedas; tantùm abeſt, ut noceant, ut æſtivô potiùs incendio qvibusdam remedio ſint.

Sed illud ante alia advertendum eſt, *fructûs* (*de ſuccor. bonit. cap.7.*) omnes fugaces mali eſſe ſucci: ſi in ventre corrumpantur, qvodqve ſæpè evenit, non longè abſunt à venenoſa materia. Qvandam etiam *ebullitionem* faciunt in corpore, & humoribus: ac ſangvinem nímis fluidum: & putrefactioni accommodatum generant: idqve maximè in ventriculo impuro, ac per autumnum: in qvo, ut admonet *Paulus*, (*Lib. 1 cap. 53.*) magna victûs habenda eſt ſollicitudo; nam inæqvalis eſt inordinatusqve, & omnigenos invehit morbos. Atqve hoc tempore atteſtatur, noxium eſſe, poma affatim aſſumere, ut qvæ non copia tantùm obſint; verùm etiam vitioſos procreent humores, & inflationes, etenim præſtantiſſima ipſorum, nempe ficus & uvæ flatûs pariunt, corrumpuntqve cibos, niſi ante alios præſumantur. Sed qvantum præſtet valetudini, ab his fructibus abſtinere, ſatis *Galenus* (*de cibor. bon. p. 1.*) nos propriô docuit exemplo: nam cùm fugacibus fructibus annũ ætatis agens undevigeſimum expleſſet, autumnoq; in morbum acutũ incidiſſet: à patre, qvi humanioribus omnibus diſciplinis erat inſtructus, increpitus eſt:

eoqve præcipiente, ut priorem victûs rationem dimitteret, ac ne qvid de fugacibus fructibus, niſi modicè attingeret, illo anno incolumis evaſit. Sed cùm mortuô jam patre iisdem fructibus cum æqvalibus uſus eſſet, ſimiliter ægrotavit: ex qvo tempore ſingulo qvoqve deinceps anno malè habuit, usqve ad annum vigeſimum octavum. Ergò, cùm parùm abſuiſſet, ne ſepti transverſi abſceſſu corriperetur, ipſi ſibi uſum interdixit fugacium omnium: præterqvam ficuum & uvarum exactè maturarum: Atqve his etiam ipſis moderatè adhibitis, qvâ diligenti curâ ſine morbis perſeveravit annorum multorum ſpatio.

Ergò, ut in his norma aliqva proponatur, illud ante alia admonuerim, ut vel tibi illorum uſum penitùs interdicas: vel ſaltim modicè utaris. Prætereà duo etiam ſervanda ſunt, & ut primâ mensâ aſſumantur (nam *priùs* ingerenda ſunt, qvæ faciliùs ſubducuntur, & corrumpuntur magis, poſteriùs verò contraria, magnum enim ad valetudinem impendium eſt, *ſi* ciborum corruptio in ventrem deſcendat: cujus rei cauſa fructus acerbi inſaluberrimi ſunt, qvippe qvi ſui atqve aliorum excrementorum exitum prohibeant.) Secundò autem ut frigidi aſſumantur: nam unicus illorum eſt uſus, æſtum attemperare: qvamobrem nonniſi calidiore conſtitutione, ac longiore itinere defatigatis concedit *Galenus*: (*2. Alim. cap. 2.*) cœteris verò, qviqve præſertim intemperanter utuntur, damnoſiſſimi ſemper

ſunt

ſunt : ac illud etiam deprehenſum eſt, tunc plurimum eſſe illorum proventum, cùm humida ac morboſa tempeſtas eſt : ideoqve ut metuenda illorum copia eſt : ita libenter inopia perferenda.

## CAPUT IX.

### De aqvæ, vini ac nivis damnoſô uſu evitandô.

DE aqvis nihil eſt, qvod in hoc loco plura dicam : neqve enim fontes ac flumina, ſi minùs bona ſortiti ſumus, tam facilè permutare poſſumus : ut meliora eligendi ſemper detur facultas. Qvòd ſi detur aliqvando, atqve illarum bonitatem ac præſtantiam exactè cognoſcere in animo eſt : de hac re abundè egimus, ubi de locorum ſalubritate diſſeruimus. Hoc tamen te interim admonitum velim, compluresseſſe fontes, qvi per plumbeos canales aqvas derivant : qvos tu, ſi qvando perſpexeris, ſalubriter evellendos præcipies : aſſiduus enim hujus aqvæ uſus inſalubris eſt deprehenſus : *limus* enim qvidam ex plumbo in ea continetur, undè etiam, qvi aqvæ ejusdem fecem combibunt, dyſenterici evadunt, Et *Vitruvius*, (*Lib. 8. cap. 7.*) multò, inqvit, ſalubrior eſt ex tubulis aqva, qvàm per fiſtulas, qvòd per plumbum videtur eſſe ideò vitioſa, qvòd ex eo ceruſſa naſcitur. Hæc autem dicitur eſſe nocens corporibus humanis, ita ſi qvod ex ea pro-

creatur, idem vitioſum, non eſt dubium, qvin & ipſum qvoqve ſit inſalubre.

Exemplum autem ab artificibus plumbariis accipere poſſumus, qvod palloribus occupatos habent corporis colores: namqve cùm fundendo plumbum flatur, vapor ex eo inſidens corporis artus, & indies exurens, eripit è membris eorum ſanguinis virtutes, itaqve minimè fiſtulis plumbeis aqva duci videtur, ſi volumus eam habere ſalubrem. Saporem qvoqve meliorem ex tubulis eſſe, qvotidianus poteſt indicare victus, qvòd omnes exſtructas cùm habeant vaſorum argenteorum menſas: tamen propter saporis integritatem fictilibus utuntur.

Andreas *Baccius*, (*de Therm. cap. 8.*) cùm cui libet, qvid velit ſentirè, libere permittat: ipſe tamen putat, plumbi malitiam in æſtum atqve aſſiduum ſolis calorem referri debere: qvi dum in denſa materia, atqve adeò impura referbuit, recrementa mittit diverſæ ſubſtantiæ, qvæ ſubindè pravis qvalitatibus aqvas commaculent: qvô etiam vitiô, inqvit, carere ſeptentrionales Regiones, qvæ non adeò aſſiduô calent ſole. Atqve hoc eſt, qvod in antiqvitatibus urbis Romæ plerunqve tubi aqvarum ductuum ſubterranei de plumbo fiebant, qvoniam ſcil. radiorum ſolarium expertes nihil ejus generis vitii contrahere poterant.

Hîc igitur jure damnandi illi ſunt Pharmacopœi, (ut hoc interim admoneam,) qvi plumbeis vocatis

ocatis alembicis ſtillatitias aqvas & cœteros
arant liqvores: nam qvomodo enarrata vitia
vitare in illis poſſint, minimè video.

De vino autem, qvantum ad præſens inſtitu-
um ſpectat, video, apud omnes benè conſtitu-
as civitates cautum eſſe, ne, priusqvam ad ma-
uritatem aliqvam illud pervenerit, in publicum
ſum veniat. Hujus autem rei non omnibus vi-
is idem eſt terminus: nam qvæ generoſa ſunt,
ardiùs perficiuntur: ac qvæ inter hæc excellunt:
qvalia ſurrentina eſſe, memorat *Galenus*, (*1. de
Antid. cap. 3.*) ferè ante annum vigeſimum cru-
da eſſe deprehenduntur, ac vigeſimo tandem an-
no & vigere, & potui apta diu perſeverare. Ve-
rùm, qvia qvæ optima ſunt vina, magno ubiqve
in pretio habentur: fereqve illa duntaxat ante
tempus vendi ſolent, qvæ brevis ætatis ſunt: ideò
communi horum vinorum natura propoſita,
apud omnes in more poſitum eſſe conſpicio, ne
ante qvadrageſimum diem uſui eſſe vinum exi-
ſtimetur: qvi terminus in feſtum D. Martini fe-
rè incidit: nam iſto jam ſpatio fervor ille vini
conqvieſcit, & potui minùs noxium redditur:
qvòd ſi fiat, ut, ſpretis ſalubribus iſtis medicinæ
præceptis, muſtum publicè vendendum ante
ſcriptum tempus proponatur, mihi dubium non
eſt, multis morbis populum correptum iri: ac
præſertim, qvi à craſſiore flatu excitantur: undè
& viſcera obſtruentur, & hydropes fient, atqve
ex fecis acrimoniâ alvi qvoqve profluvia.

Sed hæc de genuinis vinis dicta intellige, nam, qvæ ſecundaria ac loras vocant, maceratis ſcil. in aqva vinaceis & prelo ſubjectis, jure dici vina non poſſunt: atqve ad omnia minùs ſunt efficacia: qvanqvam & hæc inſalubria eſſe: nec qvidqvam ad valetudinem præſtare, ſatis conſtat. Præterea verò hoc unum eſt advertendum: vinum ſæpè à cauponibus adulterari, ut acrius ſvaviusqve potoribus videatur. Calce condiunt interdum, aut gypſo etiam, adjectis qvibusdam aromatibus, qvalem morem Aphricæ olim fuiſſe, autor eſt *Plinius, (Lib. 32. cap. 2. & lib. 14. cap. 19.)* & qvanqvam illis fortaſsè innoxium hoc erat conditurae genus, & qvo tantùm vini aſperitas tollebatur: nos tamen his in locis damnoſum experimur: indè enim viſcerum plurimæ obſtructiones calefactionesqve: indè nervoſi generis infirmitas ac diverſi generis mala proficiſcuntur. Danda igitur opera eſt, ut ſincera tantùm vina, aut certè nullo hujusmodi adulterio contaminata in publicum uſum veniant. Hanc tu autem impoſturam ac noxiam condituram morſu qvodam ac oris acrimoniâ deprehendes: itemqve qvòd diu vina ſeorſum repoſita priorem vim, ac ſvavitatem amittunt.

Callidum fuit etiam qvorundam inventum, ne caupones vinum adulterando fraudem exercerent. Cavebant, ut ab uno tantùm dolio, ac certâ notâ obſignato, inter plura, qvæ in cella eſſent, ſemper vinum emptoribus promeretur, ita

ita tamen, ut ejus dolii dimidia pars ſumma ſimul,ac fuiſſet exhauſta,id,qvod erat vacuum, ex aliis doliis ſtatim inſtauraretur repleretur qve: qvod ut fieret, fiſtulam in media ſemper dolii fronte, non in infima, ut ferè fit, factô foramine affigebant: neqve illam hoc ipſo unqvam dimovebant loco: ſic enim dolii dimidium, qvod eſt infra fiſtulam, ſemper integrum plenumqve remanere: ergò qvodcunqve deindè vinum ſuperinfundebatur, ſiqvidem vitiatum eſſet,ſincerum illud, qvod in fundo præerat, contaminabat: qvod ipſum poſteà vitio ſemel contracto, qvodcunqve aliud indebatur, ſimiliter inficiebat: atqve ita depromptum,fraudem omnem degeneri ſapore coloreqve prodebat. Atqve hæc,qvæ de vino hactenus admonuimus, ne parvi momenti eſſe puta: nam ſi aqvæ uſum, qvæ tamen per ſudores aclotium ferè tota expurgatur, plurimùm tamen ad valetudinem conferre ſcimus: qvid dicemus de vino,qvod omnium citiſſimè in ſangvinem ac ſpiritum commigrat? Eqvidem arbitror, ſangvinem totius corporis epoti vini naturam magna ex parte æmulari. Qvamobrem non immeritò *Vir* qvidam doctiſſimus (*Matth. in 8. Dioſc. c. 7.*) feliciſſimos illos vocat, qvi in his regionibus, qvæ vina optima ferunt, oriuntur ac degunt.

Nivis autem uſus (nam hujus qvoqve intemperantia aliqvod moderamen expoſcit,) æſtivis temporibus ſemper in civitate ſalutaris eſſe te-

merè qvibusdam videtur, qvi nimirum voluptatem valetudini præferunt. Ego autem aliter pro publica valetudine ſtatuendum puto: nam qvanqvam his, qvi negotia exercent, in media æſtate vinum, aqvam, atqve horarios fructûs ex nive refrigeratos concedit *Galenus*: (*de ſuccor. bonit. 13.*) cœteris tamen qvanqvam multum caloris perſentiant: atqve in æſtu verſentur: nivem penitùs intercidit: nam tametſi, inqvit, ipſa ſtatim nix juvenum corporibus ſenſibili noxâ videtur officere, increſcente tamen temporis progreſſu, occulta paulatim noxa, urgente nempe ætate, articuli his nerviqve ac viſcera morbis corripiuntur, vix, aut nunqvam ſanandis: ac veriſimile certè ſit, ut unicuiqve ea potiſſimùm afficiatur corporis pars, qvæ naturâ omnium maximè infirma fuerit. Qvamobrem egregiè illos laudo, qvi nivem cùm in cœteris ad valetudinem inutilem ac damnoſam putent: tantum vellent cum horariis fructibus incipere ac deſinere, nam qvia fructûs utiles ſunt ad attemperandum æſtivum fervorem: noxii verò ac periculoſi ob facilem corruptionem; aſſumi debent refrigerati, qvantum poſſunt, qvia cùm corruptio oriatur ab externo calore, refrigerati citra putredinem reſiſtent, donec commutentur: & attemperabunt multò magis. Calidi contrà attemperationem nullam præſtabunt, & in pituitam ſalſam, aut ſeroſam qvandam bilem facilè abibunt.

Nec eſt, cur mireris, nos fugaces fructûs nive refrige-

refrigeratos,non ſimiliter potum ad valetudinem commendare: fructûs enim promptè atqve univerſim in excrementa vertuntur, ac deorſum deſcendunt, ut jam ipſum ſangvinem ac ſolidum genus offendere minùs poſſint. At potus ſtatim ſangvini per venas ſe commiſcet: diuqve cum ipſo per totum corpus defertur: ac propterea ſi æqvo frigidior ſit,naturam noſtram non parùm indè affici contingit. Sed huic incommodo hoc etiam accedit, qvòd potus multam omninò qvantitatem, ac ſæpè in die aſſumimus: fructûs autem paucos omninò, ac rarò eſitamus: ut proptereà ſi paria ſint cœtera, illius tamen moles, ac copia plùs offendere nos poſſit.

Ergò nivis uſus, ſiqvidem de hac re conſultandum ſit aliqvando, ad refrigerandos horarios fructûs ingenuè commendabis, ad potum verò paucis è valetudine eſſe dices: atqve his tantùm, qvi negotiis dediti,nullam viſcerum ac nervoſarum partium injuriam conqveruntur: qviqve calidiſſimo ſunt corporis temperamento: idqve in magno etiam æſtu. Et qvidem ſi experimenta obſerves, qvæ ratio ipſa nihilo minùs confirmat, vix aliqvis eſt, qvi nive intemperanter utatur, qvi non artrithide, nervorumqve, ac veſicæ vitiis tandem laboret: thoracis etiam partibus infeſtiſſima nix eſt, inqvit *Hippocrates*, (*5. Aphor. 24.*) ac tuſſim movet: vaſisqve diruptis ſangvinem manare facit, ac deſtillationes excitat: inimica etiam nix eſt ſenibus: pueris, & qvi frigido

gido ſunt corporis temperamento: nec minùs his, qvi deſidem vitam agunt, longeqve à negotiis: aut qvi pectore & ventriculo ſunt infirmo: ac dentium valetudine minùs valent: item illis, qvi multas colligunt cruditates: & deniqve qvicunqve morbi ex frigida intemperie producuntur: eosdem nix ipſa, omnium frigidorum efficaciſſima, promptiùs adhuc generat, ſovet, auget. Qvamobrem nihil dubito, eam Civitatem, qvæ nunqvam, aut parcè nive utitur, multarum ægritudinum occaſiones evitaturam. Atqve his tandem intentum eſſe Medicum jubeo; qvi de publico eduliorum uſu judicare ac referre inſtituit.

## Finis Libri Primi.

DE

# DE RELATIONIBUS MEDICORUM

## *LIBRI SECUNDI*

## SECTIONIS PRIMÆ

*De*

## Cicatricum natura, & judicio.

## *CAPUT I.*

De

## Generali Pulchritudinis notione.

*Scribendi occaſio*

APud Juriſconſultos non vulgaris eſt de *cicatricibus* perqviſitio: num ſcil. ejus generis ſint, ut inter deformes reputentur: an, ut ſola potiùs apparentia faciem utcunqve inhoneſtent? pro cujus qvidem differentia varia etiam ferientibus pœna conſtituitur. Opportunè igitur de hoc qvoqve argumento agendum eſt. At qvia illud omne in pulchri ac deformis diſcrimine magna ex parte verſatur, de qvibus etiam agere *Medicorum* eſt munus. Idcircò mei inſtituti nunc fuerit, de pulchritudine pauliſper digredi, ut cicatricum naturam nulla non ex parte relaturus Medicus teneat.

Pulchritudo, qvemadmodùm ex *Platone (in Conviv. & Phedr. & in eadem Marſil. Ficinus.)* accepimus, fulgor eſt qvidam, ac radius ſupremi boni, cœleſtibus priùs, deindè humanis animis, corporumqve figuris ac vocibus immiſſus: qvi per rationem, viſum, auditum, animos noſtros movet, atqve delectat. Vides hîc, pulchritudinem nihil eſſe aliud, qvàm divinæ eſſentiæ ſplendorem, in omnibus qvidem rebus conſpicuum, ſed qvi tamen his, qvæ nobiliores ſunt, ac propiores ſibi habet DEUS, illuſtrior reſplendeat: in cœteris aliis minùs illuſtris. Hanc etiam illam eſſe pulchritudinem, qvam ubiqve in amatis rebus appetimus: ideoqve amantes ignorare ſemper, qvid ament: nam id DEUS eſt. Hunc autem ſplendorem, qvi omninò incorporeus eſt, anima noſtra non eqvidem per tactum, aut per guſtum, aut odoratum percipit: iſtæ autem facultates in materia plurimùm ſunt immerſæ, ſed per rationem potiùs, viſum atqve auditum, qvæ ſpiritales ſunt magis.

Atqve hæc ipſa pulchritudo, qvoniam in tribus ſpectatur: in animo, in corpore, in voce: qvæ corporis eſt, (de hac enim agere, noſtri eſt inſtituti:) idem etiam eſt fulgor, ac veluti radius divinæ eſſentiæ: ſed in ipſa tantùm apta materia ac præparata conſpicuus. Hæc autem præparatio tribus conſtat: ordine, modô, ſpecie. Ordo partium intervalla, modus qvantitaem, ſpecies lineamenta coloremqve ſignificat.

cat. Harum autem præparationum fundamentum eſt qvatuor Elementorum temperata complexio. Hujusmodi igitur eſt corporis pulchritudo, qvam viſu percipimus: nam qvæ in animo eſt, per mentem; qvæ in voce, per auditum accipere nos licet. Atqve hæc eſt divini Philoſophi de pulchritudine ſententia.

Verùm *Ariſtoteles* non tam ex alta origine illius naturam deducit: videturqve, qvæ à *Platone* præparationes dictæ ſunt, easdem ferè pulchritudinem nuncupaſſe. Ait enim, *pulchri* ſpecies ſunt; ordo, commenſuratio & definitum: in qvo loco ordinem poſuit pro recta partium diſpoſitione, nimirùm qva ſuo qvæqve loco rectè collocetur, commenſurationem pro mutua illorum proportione juſtisqve intervallis: definitum verò pro totius molis termino: ut jam illud ſit Ariſtoteli pulchrum corpus, qvod partes habet rectè collocatas, juſtè invicem diſpoſitas, qvodqve juſtæ ſit magnitudinis. Ergò cùm doctè hæc Philoſophus: attamen coloris congruentiam, qvam ſpeciem *Plato* nuncupavit, & qvæ pulchritudini multùm confert, nihil omninò meminit.

Qvamobrem lubet huc *Galenum* adducere, (*5. de placit. cap. 3.*) qvi de pulchritudine multa eruditè diſſeruit. Pulchritudo, inqvit, ex omnium Medicorum & Philoſophorum ſententia in membrorum apta connexione ſita eſt, digiti videlicet ad digitum, digitorumqve omnium ad pal-

palmam, & ad manus articulum : & horum ad cubitum : cubiti ad brachium : & omnium deniqve ad omnia. Hoc autem in loco cùm partium proportionem ſatis ille eleganter expreſſerit : attamen de præfinita corporis magnitudine : deqve ipſa ſpecie nihil planè. Qvanqvam qvod ibi prætcrivit, alibi clariſſimè adjunxit. Libro enim definitionum medicarum, pulchritudo, inqvit, in Symmetria, ac proportione membrorum cum coloris probitate conſiſtit. Atqve *lib. ad Thraſibulum,* (*Cap. 10.*) *vera,* inqvit, *pulchritudo in vegeto colore, carnis moderata copia, membrorumq́ congruâ proportione continetur.* Atqve hæc *Galenus,* qvi, cùm de pulchritudine optimè cœtera diſputaſſet, nihil tamen de terminis ac juſta corporis magnitudine memoravit: qvoniam exactam fortaſsè pulchritudinis notionem tradere tunc minimè inſtituerit. Ergò ſi *Ariſtotelem*, *Galenumq́* in unum adjungas; *pulchritudo*, qvæ ſcil. optimè conſtitutum corpus ſeqvatur, *ordo eſt, ſeu proportio membrorum, cum coloris probitate ac decenti magnitudine.* Nec magni admodùm intereſt, ſi dixeris, pulchritudinem nec ordinem eſſe, nec proportionem membrorum, ſed affectum potiùs qvendam, atqve indè enatam qvalitatem: nam magnis autoribus honeſta qvædam dicendi libertas libentisſimè uſurpatur : ut nullo diſcrimine & ordinem ipſum, & ab eo enatam affectionem appellent. Qvod ſi adhuc urgeas, rem eſſe proprioribus voci-

vocibus explicandam : ſic ex *Plotino* definies: *Pulchritudo eſt externa perfectio corporum disſimilium partium, ex earum congruente ordine, menſurâ & terminis conſurgens, oculis aſpicientium accommodata.* Atqve hæc de ipſa pulchritudinis univerſali definitione, qvæ longiori oratione tractari dignisſima eſt, breviter modò ex magnis Philoſophis collecta ſufficiant.

## *CAPUT II.*

## De Pulchritudinis definitione ſpeciali.

Lubet autem in eorum gratiam, qvi exactiùs de rebus judicare deſiderant, qvinam ordo ac proportio in homine pulchro reqviratur, minutiùs expendere: ne, dum univerſalia tantùm contemplamur, evidentior ipſa rei cognitio, qvæ in ſingularibus magis elucet, ignota nobis relinqvatur. Ordo igitur, ſive potiùs commenſurationem appellare velis, eleganter à *Vitruvio* ad hunc modum deſcribitur: (*Lib.3. cap.1.*) *Corpus hominum*, ait, *ita natura compoſuit, ut os capitis ad frontem ſummam & radices imas capilli, eſſet decimæ partis; item manus palma ab articulo ad extremum medium digitum tantundem; caput à mento ad ſummum verticem octavæ: tantundem à cervicibus imis: à ſummo pectore ad imas radices capillorum ſextæ; ad ſummum verticem qvartæ. Ipſius autem oris altitudinis tertia pars eſt ab imo mento*

*mento ad imas nares: naſus ab imis naribus ad finem medium ſuperciliorum tantundem: ab ea fine, ad imas radices capilli, ubi frons efficitur: item tertiæ partis: pes verò altitudinis corporis ſextæ: cubitus qvartæ: pectus item qvartæ: reliqva qvoqve membra ſuos habent commenſus proportionis, qvibus etiam antiqvi pictores & ſtatuarii nobiles uſi ſunt. Præterea (Marſ. Fic. in conviv. Plat. orat. 5. cap. 4.)* naſi tres in longum diſpoſiti vultus unius implent longitudinem, aurium utrarumqve ſemicirculi una conjuncti oris aperti circulum faciunt: idem qvoqve conjunctio ſuperciliorum efficit: longitudo naſi longitudinem oris complet: aurisqve ſimiliter: gemini oculorum orbes unum æqvant oris hiatum: capita octo, proceritatem corporis comprehendunt: eandem qvoqve monſtrat brachiorum in latus extenſio: crurumqve ſimiliter atqve pedum.

Qvam etiam rationem proportionemqve ſecutus *Pythagoras* Herculis ſtatum, ac longitudinem ad ungvem repetit: ut videre eſt apud *Gellium*, (*1. Noct. Attic. 1.*) *Coloris* autem probitas, qvam ſpeciem appellat *Plato*, ea in homine temperato eſſe debet, inqvit *Galenus*, (*Art. Medic. cap. 51.*) ut ex rubro & albo decens miſcela emergat. Etenim, qvoniam in nobis omnium copioſiſſimus eſt ſangvis, qvi ruber eſt: proximè verò abundat pituita, qvæ alba: par etiam fuerit, colorem totius corporis ex ambobus aptè conflatum eſſe: ſiqvidem ſecundùm naturam habeat.

Sed

Sed hæc in toto corpore coloris præſtantia maximè expetitur: nam qvibusdam aliis particulis ſua propria eſt, ac peculiaris coloris pulchritudo: oculos enim ita coloratos commendat *Ariſtoteles*, (*1. de hiſtor. anim. cap. 10.*) qvemadmodùm capræ præ ſe ferunt: nam & morum optimorum tales etiam indicium præbent: & ad cernendi qvalitatem primatum obtinent. Capillos etiam flavos omnium maximè commendavit *Galenus*, (*art. med. cap. 51.*)

Qvæ ſit autem juſta humani corporis longitudo, haut facilè eſt præfinire: nam plerisqve nationibus diverſæ corporum ſtaturæ, ut magis familiares, ita etiam elegantiores eſſe videntur. Sic *Hippocrates*(*de aëre, loc. &c. 7.*) Aſianos eximiæ eſſe magnitudinis: Ægyptios ac Scythas compreſſo corpore. Europæos diſſimili magnitudine eſſe aſſeruit. *Accepimus* etiam, (*Plin. lib. 7. cap. 2.*) Pygmæos ternas ſpithamas longitudine non excedere. Adde etiam, qvòd mares fœminis eſſe proceriores inter homines ubiqve conſtat. Et qvantum ad ætates pertinet: *juvenibus Longitudo corporis*, ut ſcripſit *Hippocrates*, (*2. Aph. 54.*) *decens eſt ac liberalis: ſenibus verò inutilis, ac deterior* Brevitate. Qvamobrem propria cujusqve loci, ſexûs atqve ætatis media natura ſpectanda eſt, ut de certa magnitudine ſtatuere posſis. Qvòd ſi certam qvandam hominis ſtaturam, qvæ exactisſima ſit, & aliarum norma, invenire deſideras

( nam rerum *omnium* [ *Joan. Gorropius in ſua Gigantomachia.*] natura conſtantium ſua eſt, ac determinata magnitudo, ) video, qvibusdam placuiſſe: nec qvidem temerè: menſuram qvatuor cubitorum hominis longitudini maximè convenire: citra qvam, ſi qvis conſiſtat, breviorem eſſe: ſi verò ultrà progrediatur,longiorem. Atqve ideò *Iberos*,qvia Breviores ſunt: Batavos autē ac multos Germanos,qvia altiores,hactenus etiam minùs pulchros vocari.Italos ac Græcos,qvoniā in utriusq;confinio versātur,ac ferè mediā ſtaturam aſſeqvuntur,hoc nomine pulchriores eſſe.

Hæc ipſa, in qvibus pulchritudinē conſiſtere, proximè dictum,nihil arbitror intereſſe, ſpeciesne,an partes dicas, utrumqve enim aliqvo pacto rectè dici poteſt: nam ſi exactam perfectamq́ve pulchritudinem tecū animo verſes: ordo,ſpecies ac juſta magnitudo partes erunt illius conſtitutivæ: ac qvorum nulla in exacta pulchritudine conſtituenda ſejungi à cœteris poſſit:nam ſi qvis membrorum ordine, menſuraq́; & coloris etiam congruentia optimè ſit conſtitutus:attamen exiguo ſit corpore: non eqvidem hunc verè pulchrum vocârit *Ariſtoteles:(4.Moral. cap.3.cap.14.)* nam parvi,inqvit, elegantes qvidem & concinni ſunt:non ſimiliter tamen pulchri: ideoq́; *Galenus Librô ad Thraſibulum*, has ipſas particulas pulchritudinem integrare, manifeſtè affirmat. Si autem non ita ſeverè exqviſiteq́; de re ipſa judicabis: ſatisq́ve fuerit: ſi,qvod pulchrè volumus,

plu-

plura duntaxat, aut aliqva, non planè omnia habeat ornamenta: haut ægrè conceſſerim, & ſuam probo colori pulchritudinem, & membrorum proportioni, & cœteris ſeorſum propriam ineſſe. Qvamobrem etiam puſilli corporis homines pulchri nihilominùs fuerint.

Sed etiam dignum adnotatione eſſe videtur: qvòd præter univerſalem hanc pulchritudinis ideam diverſæ etiam hominum ætates ſexûsqve diverſi ſuam qvoqve ac peculiarem pulchritudinem ſortiuntur: non verò eadem fœminis, ac viris expetitur forma: nam ut hos ingenuitas oris & promptitudo pulcherrimos facit, ita illis ſvavitas qvædam ac verecundia magis qvadrat. Præterea barbæ ornamentum pulchros reddit mares: fœminas non ita.

Qvod autem ad ætates pertinet: adoleſcentis pulchritudo eſt, inqvit *Ariſtoteles*, (*1. Rhetoric. cap. 5.*) ſi corpus ita conſtitutum habeat, ut ad labores ſuſtinendos utile ſit, vel ad curſum, vel ad vim inferendam: etſi qvandam ore ſvavitatem præ ſe ferat, qvæ ſpectantes voluptate compleat: viri autem, & qvi jam conſtanti ætate ſunt, pulchritudo eſt, ut corpus ad militares labores idoneum habeant: & oris ſvavitatem cum qvodam terrore conjunctam: ſenis verò eſt, ſi corpus habeant neceſſariis laboribus largè ſufficiens, & ſi nullam ore triſtitiam oſtendat, & his morbis careat, qvi ſenectutem depravare ſolent.

M 2 Hoc

Hoc autem in loco non incongruè ea qvæſtio agitari poſſet: *num pulchritudo à ſanitate, qvæ in actionum perfectione poſita eſt, aliqvo pacto differat?* cujus rei occaſionem præbuit *Galenus*, (*11. de Uſu part. 13.*) qvi vera, *inqvit*, pulchritudo ad utilitatis ſucceſſum & bonitatem refertur: & *alibi*, (*1. de Uſu part. 9.*) pulchritudo, inqvit, eſt conſtitutio optima, qvæ actionibus judicatur: in qvibus locis non aliam à ſanitate illam ſtatuere videtur: nam & naturalem omnium partium corporis conſtitutionem ſanitatem aliqvando *appellavit*: Verùm, ut ad hæc paucis, pulchritudo qvalitas qvædam eſt ac diſpoſitio, ex ſanitate, id eſt, optima corporis conſtitutione enata: non autem eſt ſanitas. Verisſimeqve *Galenus*, (*ad Thraſib. c. 14.*) pulchritudinem fructum eſſe valetudinis, aſſeruit: ut & actionem qvoqve. Atqve hoc eſt, qvod in finienda pulchritudine nulla actionum facta eſt mentio: actio enim qvanqvam perpetua qvædam ſit illius comes: attamen nec pulchritudinem conſtituit: nec ab ea conſtituitur: ſed hoc tantùm, cùm ea ſimul à ſanitate dependet. Sed ut differant, ſeparari tamen neqvaqvam poſſunt: docteq; idem *Galenus*, (*ad Thraſib. c. 15.*) valetudinem, actiones, bonum habitum, ac pulchritudinem ſimul creſcere, ſimul minui ac perfici affirmavit, ac ſimul etiam deleri: qvodqve iſtorum unũ læſerit, qvidqvid fuerit, ſtatim reliqva omnia lædet: contrà qvod juvat, pariter omnia juvarit.

Sed cùm hæc de pulchritudine à nobis ſtatuta ſint:

ſint:præſtiterit: intereà argumenta aliqva diluere: ne qvicqvam ſit, qvod obicem nobis facere poſſit. Sunt, qvi de pulchritudine agere, neqvaqvam ad Medicos pertinere affirmant: nam qvidqvid id eſt, neqve ad valetudinem conſervandã, neqve ad depellendos morbos, in qvibus omne opus Medici verſatur, aliqvid confert: ergò ne de *cicatricibus* qvidem, qvæ pulchritudinem lædunt, judicare Medicorum eſt munus. Præterea ſi vera ſunt, qvæ in propoſita definitione continentur, profectò nullis particulis vera conveniret pulchritudo: Sed toti duntaxat animali: nã hoc qvoniam ex partibus conſtat, ideò ordinem habet duntaxat, ac proportionem, qvæ in ſingulis partibus nulla eſſe poteſt: ordo enim ac proportio multorum eſt, non unius: qvòd ſi hominis particulæ pulchræ non ſunt, ne ipſe qvidem homo: nam ex non pulchris pulchrum fieri nihil poteſt.

Præterea haut difficile aliqvem invenias, qvi univerſas pulchritudinis cõditiones, qvæ in propoſita definitione continentur, abundè habet: nihilotamẽ minùs aliqva ex parte deformis ſit: nã ſi qvarundam partiũ numerus præter naturã augeatur: qvales hi ſunt, qvi in manu ſex digitos habẽt: aut naturalis conformatio pervertatur: & qvi cruribus ſũnt introrsùm: qvos vacias ac varos vocant: erũt hi ſine dubio deformes: qvanqvã nec in ordine, nec in proportione, nec in magnitudine aut colore peccarint: ergò aliqvid prætereà reqviritur: qvod hoc etiam partium vitium à

pulchritudine removeat. Adde, qvòd pili, de qvibus tamẽ in definitione nulla eſt mentio, poſſunt propriâ ratione & pulchros & deformes homines reddere: hujusmodi etiam eſt obæſitas, ac macilentia: neqve enim difficile eſt, dari aliqvem abſolutæ in cœteris pulchritudinis, qvi tamen ſi glaber ſit, ac nimis hirſutus: aut ultra modum extenuatus, pinguisvè, hoc ipſo & deformis. Motus etiam corporis, ſiqvidem ineptè procedat, etiam perfectam pulchritudinem maculare, mediocriter valet; ſed ad hæc paucis.

Diximus ex Galeno, pulchritudinem effectum qvendam eſſe neceſſarium valetudinis: uti & actionem qvoqve, nam, *inqvit*, (*ad Thraſib. cap.15. 16.*) cùm ſanitatem induximus, nihil ultra circa actionem pulchritudinemqve laboramus: accedunt enim hæ vel invitô artifice: ipſisqve aditum intercludere, cùm ſemel ſanitatem creaverit, prorsùs neqvit. Fusè etiam eodem in loco probat *Galenus*, hæc omnia ad eundem artificem pertinere. Ergò ſi de valetudine agere nulla controverſia ad Medicos ſpectat: cur non ad eosdem etiam de pulchritudine, qvi neceſſarius eſt illius effectus? Ad id autem, qvod ſecundo dictum eſt loco: vera eqvidem pulchritudo ſine dubio totius eſt: non autem partium, qvæ illius gratiâ factæ ſunt omnes. Neqve alienum eſt, ſi ex non pulchris pulchrum fiat: ſic enim ex imperfectis perfectum: ex parvis magnum: ac deniqve omnia ex contrariis fieri: veriſſimè demonſtrat *Ariſtoteles*, (*1. Phyſicor.*)

Sed

Sed video etiam & partibus nihilominùs ſuam eſſe pulchritudinem, & qvæ enarratæ à nobis definitioni reſpondeat: nam oculus tametſi totius pars eſt:habet tamen & ipſe etiam ſuas partes,qvarum ratione & ordinem,& proportionem ſervet. Numerus autem membrorum præter naturam auctus ordinis pulchritudinem ſine dubio pervertit: nam ſi ordo eſt, qvo qvæqve particula in proprio ac naturali eſt loco, ſextus digitus cùm in alieno ſit loco: naturali ordini ſine dubio adverſatur. Hujusmodi etiam ſunt, qvi in conformatione morbos patiuntur, nam ſi ordo qvædam eſt partium diſpoſitio: crura malè diſpoſita hautqvaqvam naturalem ordinem ſervabunt. Pilos autem partium appellatione nunc comprehendo: nam qvanqvam non vivunt: atqve ideò partes non vocaverit *Ariſtoteles*. (*2. de gener. anim. 1.*) Ego tamen nullas corporis actiones in pulchritudine finienda mihi aſſumſi: ſed ea tantùm, qvæ conſtituere illam poſſunt,qvamvis nullius animæ participia ſint. Macies qvoqve corporis atqve obæſitas juſtæ magnitudinis decus imminuit: nam qvi nimis obæſi ſunt, majores æqvo eſſe exiſtimantur: qvi macilenti,minores. Corporis autem motiones propoſitam à nobis pulchritudinem minimè attingunt: potiùs enim ad gratiam pertinent: qvemadmodùm & vocum modulamina: nam qvi his præſtent, non tam pulchros, qvàm gratioſos dicere ſolemus.

## CAPUT III.

## De qvorundam nominum ſignificationibus.

Latinæ lingvæ autores pulchritudinem ipſam variis nominibus identidem ſignificant: ſed non eadem ſemper vi atqve efficacia: ideoqve ut hoc qvoqve in apertum fiat: lubet varias hujusmodi appellationes paucis exponere. Inter pulchritudinem & gratiam qvanqvam magna connexio ſit, ut ægrè disjungi poſſint: illud tamen diſcrimen verè intereſſe notabis, qvòd pulchritudo magis obtinet conditionem materiæ: gratia verò neſcio qvid plùs habet ſpiritualis: atqve ideò in motionibus hæc atqve actione ſermoneqve magis refulget: illa in corpore etiam qvieſcente, immotoqve,

Qvamobrem qvi concinnè aptisqve geſticulationibus movetur, atqve eleganter loqvitur, aut canit, gratiam hujus potiùs, qvàm pulchritudinẽ admiramur, qvæ in corpore tantùm ſedem habet.

Præterea inter pulchrum & formoſum hoc intereſt, qvòd pulcher dignitatẽ qvandã corporis, nec tamen ſine animi dote demonſtrat: formoſus verò in aſpectûs jucunditate ac concinnitate duntaxat verſatur. Sic apud Virgilium, Latini ſermonis autorem locupletiſſimum, ſæpiſſimè leges pulcher Apollo, pulcherrimus Æneas, pulcher Julus, pulcherrimus Turnus, proles pulcherrima bello. Contra autẽ formoſum Alexim, formoſam Ama-

Amaryllida, formoſe puer, & ſimilia multa. Qvid? qvòd in Æneide, graviſſimo illo poëmate, nunqvam, niſi fallor, formoſi nomen invenies: pulchri autẽ, qvæ dignior vox eſt, ſæpiſſimè. Contrà in Eclogis, humilis opere argumenti, ſæpè formoſum leges, pulchrum vix ſemel: tam ſtudioſè nimirum proprietates nominum ſervavit Poëta. Præterea qvod apud Virgilium pulchrum ac formoſum eſt, id apud Ciceronem dignitas eſt ac venuſtas: nam (*ante finem. l. 1. d. officiis*) pulchritudinis, inqvit, duo ſunt genera, qvorum in altero venuſtas ſit, in altero dignitas: & venuſtatem muliebrem dicere debemus: dignitatem virilem. Atqve hæc hactenus dixi, non qvôd te religiosè ubiqve ſervare hanc loqvendi normam velim: ſed ne te vocum proprietas, qvæ nonnihil etiam ad rei notitiam facit: ad ſermonis autem elegantiam plurimùm, omninò prætereat.

## *CAPUT IV.*

## De naturalis pulchritudinis ſpecie.

DE vera atqve abſolutâ pulchritudine, qva hominem natura qvaſi princeps qvædam architectandi magiſtra, per ſingulas partes aptè compoſuit efformavitqve, ſatis hactenùs diſputatum puto. Reſtat modò, ut de alio genere, qvod ad noſtrum magis pertinet inſtitutum, paucis diſſeramus. Hæc autem pulchritudo qvædam eſt ſecundaria, ac qvaſi ornamentum primæ illi ac potiſſimæ adnexum.

De qva qvidem omnium doctiſſimè atqve uberrimè *Galenus (l. 11. cap. 13. de uſu. Part.* pertractavit. *Qvemadmodùm*, inqvit, *boni artifices præter opus inſtitutum artem ſuam oſtentant: verbi gratiâ, in clauſtris ſeu obicibus, clypeis, & præcipuè in enſium capulis, ac nonnunqvam etiam in phialis, ornamentum qvoddam ac ſtatuarium opus aliqvod, qvod ad uſum partis nihil pertineat, aut hederam qvandam, aut vites flexuoſas, aut id genus qvidvis in ſculpentes: ſic & natura ex abundanti omnia membra, eaq́; potiſſimùm hominum efformavit, qvæ ornamenta multis in partibus clarè apparent: obſcurantur tamen aliqvando ab ipſius utilitatis ſplendore.* Atqve hæc *Galenus*, qvi qvidem pulchritudinem hanc, de qva modò ſermo habetur: non membrorum ordine ac proportione conſtituit, aut actionibus metitur: ſed in lepore qvodam corporis ac rhythmo locat; & qvæ tantùm aſpectum voluptate afficiat. Sic ſi qvis cœcos habet oculos, aut nares odorari neqveuntes, aut crura torpentia: qvanqvam particulæ omnes, ſi potiſſima attenditur pulchritudo, non propter ſeipſas, ut verè ſcripſit *Galenus*, (*17. de uſu part. 1. ad Thraſib. cap. 11.*) ſed propter actiones expetuntur à nobis, attamen hæc eadem organa, licèt ad agendum inutilia, atqve otioſa, velit tamen unusqvisqve deſiderio ſecundæ pulchritudinis, qvæ primam ſeqvitur, retinere. Ad hoc etiam genus qvorundam pilorum ornamentum ſpectat, ac præſertim, qvi in viris maxillas operiunt: horum

horum enim aut nullus omninò, aut minimus eſt uſus, atqve utilitas, qvæ valetudini conferat. Hoc autem ornamentum ad uſum aliqvando vocavit Galenus: non qvòd reverà malus illius ſit uſus: qvod qvidem vox ipſa apud nos ſignificare videtur: ſed potiùs pro uſu qvodam ſecundario accepit. Sic, *inqvit*, craſſioribus halitus excrementis ad pilorum ornamentum natura abutitur: nam potiſſimum naturæ conſilium fuerat, ut totum corpus excrementis expurgaret: poſteà verò qvaſi per accidens in hoc etiam incubuit, ut certas hominum partes pulchrè ornateqve indè genitis pilis veſtiret.

Præterea tale qvidpiam pictoribus eſt, qvod parergon dicitur: cùm ſcil. ut ait *Plinius*, (*Lib. 35. cap. 10.*) in tabellæ opificio oſtentationis gratia, arbuſculas, aviculas, atqve hujusmodi alia præter opus ſibi inſtitùtum adjiciunt. Vides igitur, pulchritudinem hanc eſſe in homine naturalem qvendam leporem: qvi, cùm ad uſum nihil faciat, partes tantùm exornat: eſtqve effectus qvidam primæ ac potiſſimæ pulchritudinis: qvemadmodum hæc etiam effectus eſt, ac fructus, optimæ valetudinis. Hic etiam lepor, cùm in ſingulis particulis non obſcurè conſpiciatur: in his tamen præſertim evidens eſt, in qvibus non admodùm multa eſt actionum neceſſitas, qvales ſunt, v. g. aures ac naſus: nam in oculis etſi æqvè etiam is à natura adjectus fuit, qvia tamen plurima ac maximè neceſſaria in illis refulget

fulget actionum dignitas, perſtringitur ille propterea, ac deliteſcit.

## CAPUT V.

### De duabus pulchritudinis ſpeciebus ab arte inductis: & qvæ cuiqve ex adverſo reſpondeat deformitas.

QVoniam duas pulchritudinis ſpecies, qvæ artificem cognoſcunt naturam, ſatis hactenus explicavimus: duæ etiam præterea aliæ ab ipſo *Galeno* (*1. Local. 2.*) proponuntur: qvæ non eqvidem à natura: ſed ab *externo artificio* comparantur.

Atqve harum prima ad *exornatoriam medicinam* ſpectat: qvæ ſemper qvidqvid ſecundùm naturam eſt, id omne in corpore cuſtodit, atqve imitatur, ac ſi qvid in ea re peccatum fuerit, aliqvâ ratione emendat ac corrigit.

Hujusmodi eſt, qvæ faciei *cicatrices* abſtergit, æqvatqve: qvæ nigros dentes dealbat, atqve alia hujus generis præſtat. Secunda ad *correctoriam* pertinet partem: cujus opus eſt, ut acqviſititiam pulchritudinem inducat: qvam etiam fucatam atqve adulterinam vocavit *Galenus*: (*1. de uſu part. 9. ad Thraſibul. c. 10.*) qvæ nimirum albedine ſolet, vel mollitie, vel id genus aliis oſtentari. Hanc eandem vitioſam & adulatricem *dixit*, atqve omninò inter improbas artes collocavit. Cùm igitur qvatuor traditæ ſint pulchritudinis ſpecies:

ſpecies: duæ naturales, totidem verè artificioſæ: qvatuor etiam illis ex adverſo deformitatis ſpecies reſpondent. Etenim veriſſimè à *Galeno* dictum eſt, vitiorum genera eadem numero cum his eſſe, qvæ virtutem perficiunt. Qvæ prima eſt, deformem hominem vel in ordine partium ac minùs apta proportione, vel in non juſtis terminis, vel in coloris indecentia reddit: ex qvibus ſi vel unum duntaxat defuerit, conſtare ampliùs pulchritudo non poteſt: omnes enim conditiones concurrant, neceſſe eſt, ut qvispiam abſolutè ſit pulcher. Secunda verò eſt, qvæ leporem atqve ornamentum illud deturpat, qvod diximus tanqvam additamentum inductum eſſe à natura. Hujus generis eſt, ſi cui glabra ſint ſupercilia, ac capillorum defluvio laborat: ac præterea cui cicatrix ex vulnere impreſſa remanſerit. Tertia autem eſt deformitatis ſpecies, cùm qvis ita ſe gerit negligenter: ut nec corpus abſtergat perluatqve, nec ſibi moderatam munditiem aut cultum corporis ſtudet. Qvarta deniqve eſt (ſi tamen ulla unqvam dici deformitas debet, qvæ muliebrem mollitiem vitat) cùm qvispiam nec fucum pigmentaqve alia, nec externum membrorum decorem coloremqve affectat.

Nec ignoro, apud eos, qvi Sacrorum Canonum Decreta interpretantur: aliam pulchritudinis formam uſurpari ſolere: nam deformes illos appellant, qvi externis qvibusdam particulis, & qvæ Sacris Eccleſiæ ceremoniis adminiſtrandis

ante

ante alias deſerviunt, minùs integrè valent, cœteros verò non ita. Ergò cui macula in oculo eſt, qvi gibboſus, diſtortus, aut claudus exſiſtit, aut ſex habet digitos, meritò & deformis notatur, ac ſacros ordines ſuſcipere propterea inhibetur. Sed hujus pulchritudinis ratio in prima à nobis explicata definitione comprehenſa jam eſt.

## *CAPUT VI.*

### Qvæ pulchritudinis ſpecies à deformi dicta cicatrice offendatur.

NUlli dubium eſt, inductâ *cicatrice*, illam tantùm pulchritudinis ſpeciem lædi, qvæ ſecundo loco poſita à nobis eſt: ac veluti naturæ parergon dicitur. Atqve hæc etiam eſt, qvæ modò nobis maximè contemplanda proponitur: ſed non illa qvidem in corpore univerſo: verùm in facie tantùm: non qvòd cœteris etiam particulis ſua hujusmodi deſit pulchritudo: ſed qvòd ea in facie præſertim eluceat, pulcherrima ſcil. omnium particula, & qvæ oculis maximè expoſita eſt. Ideòqve hujus particulæ offenſæ, ut optimè ſtatuunt *Juriſperiti*: (*Angel. de maleſic. verſ. in facie, ſupercilio, &c.*) graviorem pœnam inferunt percuſſori, qvàm qvævis aliæ in cœteris partibus acceptæ: & hoc non tam propter formæ aut actionum offenſam (diligenter hoc adnotes velim,) ſed magis ex illata injuria: qvam eos pati receptâ jam conſvetudine arbitramur, qvibus in facie

cie vulnus ab inimico illatum eſt: qvamobrem non tantùm ex pulchritudinis læſione, (qvanqvam & hoc qvoqve,) ſed neſcio, qvid magis propter in juriam gravis percuſſori pœna ſtatuitur.

Ergò ea mihi ſententia eſt, ut ſi tale vulnus accipiatur, à qvo vel genæ, vel frontis portio aliqva abſciſſa ſit: & qvod non tam in longum productam cicatricem, qvàm in latum undeqvaqve extenſam relinqvat, minùs hanc deformem eſſe cicatricem putem: qvàm qvæ lineæ ſpeciem oſtendit: etenim qvoniam ex caſu, ex vulnere, ex eroſione, & qvibusdam aliis ſpontaneis malis tales in facie notas geſtare interdum ſine injuria ſolemus: ideò in his cicatricibus plurimùm imminuitur turpitudo: tametſi magis ab his, qvàm ab aliis deteri pulchritudo videtur. Ergò in facie tantùm acceptas cicatrices contemplamur: & qvæ, ut dixi, ejus particulæ lepiditatem offendit: nam qvæcunqve ullas corporis actiones læſerit hoc nomine nullo pacto inpræſentiarum deformis nuncupabitur: ſed qvæcunqve indè particula patietur, aut læſa, aut mutila, aut planè debilis appellatur. Ac ſi fiat, ut uſus ſimul ac lepor particulæ offendatur: ut, cùm cartilaginea naſi pars, aut magna pars auris abſcinditur, hunc ego non ſimplicem affectum, ſed ex ſecundæ ſpeciei deformitate, ac functionis offenſa compoſitum fuiſſe pronunciabo.

# CAPUT VII.

## Qvid? & qvotuplex ſit cicatrix?

QVoniam de cicatrice ipſa non nihil hactenus dictum eſt : ac multa adhuc dicenda: nec tamen, qvid ipſa ſit, ſatis adhuc conſtat: propterea operæ pretium fuerit, hoc in loco univerſalem qvandam illius notionem proponere: ne id, quod ex profeſſo enarrandum ſuſcipimus, ullâ obſcuritate in volvatur, ignoreturqve. Ergò cicatrix, ſi vulgarem nominis intelligentiam capias, caro eſt denſata, ſiccataque, ac calli inſtar indurata, prò cute inducta, quæ tamen non vera eſt cutis, ſed illi quàm ſimillima, nam cutis, quoniam ſpermatica pars eſt : eadem ampliùs adgenerari non poteſt: ideoqve ſimile quippiam ſubſtituitur, quod illius officium ſuppleat. Verùm hæc cicatricis ratio minimè ad noſtrum inſtitutum facit: nos enim aliâ ratione ſumtam intelligimus.

Cicatrix igitur ſignum quoddam eſt atque veſtigium in facie ex vulnere relictum : ejusqve naturale ornamentum magis minusvè deturpans. Ergò hæc cicatrix ad naturalem tantùm pulchritudinem refertur, neque eam omnem, ſed quæ ſecundaria eſt, & in ſola facie conſpicua. Duplex autem in univerſum ejus eſt differentia: nam alia deformis dicitur: alia tantùm apparens. Deformem eam voco, qvæ naturalem in facie

facie leporē atq; ornamentū manifeſtè offendit: apparentē tantùm, qvæ debiliter atq; obſcurè id facit. Sed de ſingulis ſeorſim fuſiùs agendū etiā eſt.

Cicatrix, qvam deformem nuncupavimus, duo planè reqvirit, aut certè ex his alterum, ut ferè deformis ſit: primum, ut magnum in facie ſpatium evidenter occupet: alterum, ut partium inæqvalitatem aliqvam, aut cavitatem faciat: nulli enim dubium eſſe arbitror, ſi multum ſpatii à cicatrice occupetur, ſiqvidē conſpicuum id ſit, deformem illam eſſe: niſi tamen in ſola epidermide, atqve extima cutis ſuperficie relictum veſtigium ſit: hoc enim ipſum aliqvo temporis ſpatio etiam ſponte deleri ſolet, & propterea neqvaqvam deforme futurum. Qvod verò diximus, ut partium conſpicua reddatur inæqvalitas, cavitasvè, ita accipias velim: ut tunc manifeſta deformitas ſit, cùm extremæ oræ cicatricis nullam inter ſe paritatem ſervent, ſed alia ſubſideat; emineat verò alia, vel inter utramqve evidens cavitas intercedat: vel punctorum veſtigia non obſcurè conſpiciantur. In hac autem cicatrice ſi fiat, ut particulæ actio aliqva aut deſtruatur, aut offendatur: non ob id ego deformem appello: ſed hactenùs fuerit deformis, qvia unicam illam pulchritudinem læſit: qvæ interdum nulla ſubſtantiæ, aut actionis jacturâ depravari tamē plurimū ſolet. Ergò ſive particulæ actio læſa ſit, ſive imminuta ſubſtantia, accedet qvidē ad cicatricē aliqvid, ſed qvod tamen ab ejus natura minimè contineatur.

Atqve hîc qvosdam Medicos lubet admonere, qvi nimis ſeverè arcteqve de rebus ſentiúnt: nimirum iſta me ad forenſem conſvetudinem communemqve hominum ſententiam ſcribere: qvi qvidem pulchritudinem nec actionibus corporis metiuntur, atqve ipſam omninò à valetudine ſeparant: pulchrumqve eſſe illum hominem arbitrantur, non ſolùm, qvi integrâ ſanitate utitur: ſed qvi lepore qvodam, ac ſecundario illo naturæ ornamento præſertim, donatur. Sic qvi varis vaciisqve ſunt cruribus, aut magis etiam manibus, qvanqvã inceſſum & apprehenſionẽ ex naturæ lege exerceãt: haut tamẽ hoc in loco pulchros vocaverim: qvoniã ſcil. illo careant decore, undè ſecundaria hæc conſtituitur pulchritudo.

Cicatrix autem, qvam apparentem dicimus, ea eſt, qvæ exiguam injuriam ac vix aſpectabilem pulchritudini facit: ideoqve nec multum occupat ſpatii, nec partium inæqvalitatem aut cavitatem adeò manifeſtam inducit. Dicitur autem apparens, non qvòd illa, qvam deformem appellavimus, apparens etiam non ſit: hoc ipſo enim deformis eſt, qvia talis apparet, ſed qvòd citra notabilem pulchritudinis læſionem tantùm appareat. Huic etiam cicatrici hoc proprium fuerit, ut niſi accuratè ac diligenter intuearis, neqvaqvam conſpiciatur: nam ſi qvis aliud cogitans faciem aſpectet, ſæpè illa latere ſolet: cùm tamen, qvæ deformis eſt, etiam his, qvi negligenter intueantur, facilè ſit conſpicua.

*CAPUT*

# *CAPUT VIII.*

## Qvarum partium ratione, & qvibus aliis de cauſis magis minusvè deformis reddatur cicatrix?

CUm duæ iſtæ ſint in ſignes cicatricum differentiæ: non eadem tamen ſemper eſt utriusqve conditio: nam qvæ deformis eſt, aliqvando magis, non rarò minùs eſſe deformis ſolet: & qvæ itidem apparens: ſæpè, aut magis, aut minùs apparens nuncupanda. Hujus autem diſcriminis ratio ( ut nihil ſit, qvod in hac materia deſiderare poſſis) tum ab ipſius faciei particulis, tum etiam ab effectûs magnitudine haberi poteſt. Ergò qvæ naſo apparet cicatrix, qvantum ad partium ornamentum ſpectat, omnium maximè deformis eſſe mihi videtur, datâ nimirùm in reliqvis paritate: proxima verò, qvæ in malis, qvas priſci genas appellant: & qvæ, ut ait *Plinius*, ( *Lib.11. cap.37.* ) pudoris ſedes eſt, ac maximum ruboris indicium: tertio loco, qvæ in buccis, niſi cum barbæ tegumento deliteſcit; qvarto, qvæ in labiis, poſteà, qvæ in oculis, deindè verò, qvæ in fronte apparet: ac qvæ tandem in auribus.

Hanc autem particularum differentiam non ego ex ipſarum functionibus ſumo: ſed ea mihi potior nunc inauditur particula: atqve ejus deformior cicatrix; qvæ magis indecorem red-

dit faciem: & qvæ nobis intuentibus primò ſeſe offert videndam: illam verò ultimi ordinis, qvæ longè ab hac diſtat nota: & qvæ omnium maximè aſpectum noſtrum ſubterfugit.

Naſus igitur ideò primo loco ſtatuitur: non qvòd nobiliſſimas ille edat actiones: ſed qvoniam promptiſſima in parte collocatus nobis cernentibus ſtatim exponitur: cùm enim qvempiam intuemur: naſus ante alia effertur: nam & in media eſt facie, & prominet manifeſtè. Nec me latet, nonnullos eſſe, qvi oculorum cicatricem omnium maximè deformen eſſe contendunt: qvibus ego, ſi præſtantisſimum illorum uſum nobilitatemqve mihi objiciant, nihil unqvam repugno. Atqvi non de utilitatis pulchritudine nunc mihi ſermo inſtituitur: ſed de ea planè, qvæ in ſecundario illo ornamento poſita eſt. Atqve hoc etiam eſt, qvod nihil aliqvando cernentes oculos, qvales ex imbecillibus ſpiritibus, aut obſtructo viſorio nervo plerunqve intuemur: pulchros tamen receptâ conſvetudine dicere ſolemus: nam qvam modò cum vulgaribus pulchritudinem contemplamur, nulla ab actione dependet.

Naſus verò qvantum in hoc genere præſtet, vel ipſe *Meletius* Philoſophus clariſſimè edocuit: (*Lib. de natura hom. ubi de naſo.*) *nam hæc*, inqvit, *pars præ cæteris hominis faciem formoſam deformemq́, maximè reddit.* Et qvidem, cùm exigua naſi videatur in facie actionum neceſſitas atqve uſus,

uſus, ſola in eo pulchritudo ac lepor magis elucet: contrà verò in oculis, in qvibus ſcil. ornamentum ab actione, qvæ plurima eſt, longo intervallo ſuperatur, magis conſpicua eſt necesſitas, minùs lepor. Et Virgilius, qvi in reddendis nominum proprietatibus ſingularis, ac penè divinus ſemper fuit, cùm Deiphobi vulnera ſuo qvæqve adjuncto aptiſſimè expreſſiſſet: id qvod erat acceptum in naribus inhoneſtum dixit: in qvo plurimùm formæ honeſtas tolleretur, non ita in aliis: ſic enim in *ſexto Æneidos* ſcriptum legimus:

*Atqve hic Priamidem laniatum corpore toto*
*Deiphobum vidit, lacerum crudeliter ora:*
*Ora manusq; ambas; populataq; tempora raptis*
*Auribus, & truncas inhoneſto vulnere nares.*

Hujus etiam inſtituti veritatẽ confirmat, qvod in *Longobardorum* legibus ſcriptum invenimus: illis nimirum, qvi unius furti crimine ſunt deprehenſi, oculum erui debere, qvi verò duorum, naſum abſcindi. Ut jam hinc conſtet, majus ſupplicium, majoremqve turpitudinis notam videri, ſine naſo eſſe, qvàm ſine oculo. Ac qvidam Æthiopum Rex *fertur*, (*Alexand. ab Alexand. lib. 3. cap. 5.*) delinqventium crimina non mortis pœnâ: ſed naſi mutilatione caſtigaſſe: ut eam oris turpitudinem veriti, circumſpectiùs à criminibus abſtineret: ut jam gens illa graviùs naſi jacturam, qvàm vitæ exiſtimaſſe videretur. Atqve illud etiam adverto: eas cicatrices, qvæ in oculis

ſunt, aut omninò videndi actionem tollere: & tunc non tam de læſa pulchritudine, qvàm de ſensûs privatione agi: aut ſolum veſtigium relinqvi: qvo tempore & ipſa affectus parvitate, & jugi palpebrarum objectu non adeò multam deformitatē induci. Qvanqvam omnis etiam oculorum cicatrix facilè ſpeciem qvandā albuginis aut nebulæ repræſentat: ut ægrè interdum diſcernere valeas, num à vulnere impreſſum veſtigium ſit, an ab effectu ſponte enato? Ac propterea qvanqvam oculi offenditur pulchritudo, qvia tamen abeſſe injuria videri poteſt, hoc ipſo minùs erit deformis cicatrix. Dictū enim à nobis eſt anteà, deformitatē in hoc genere plurimùm à concepta injuriæ opinione pendere.

Aures verò propterea ultimo loco conſtitui: qvòd retrò in extremis faciei finibus poſitæ ſunt, vixqve in ea loca, niſi ſedulò, oculos conjicimus. Præterea obſervatum eſt, cicatricem in rugoſa facie conſpicuam, cujusmodi in ſenioribus ſpectatur: ac præſertim in tempore juxta minorem oculi angulum, deformitatem hoc nomine plurimùm augere: videriqve ac ſi multis punctis perperàm adminiſtratis, inæqvaliter vulneris oræ coaluerint. Ergò hîc qvoqve res tota explicanda eſt: ac, qva de cauſa deformitas illa enata ſit, referendum. Atqve hæc de partium dignitate: qvantum præſens exigit occaſio.

Qvod verò ad affectûs magnitudinem ſpectat: tres omninò ſunt cicatricum gradûs: ſive apparentes

rentes tantùm, ſive illas deformes eſſe velis: ut alia nimirum ſit magna, alia parva, alia mediocris: non qvòd tres tantùm reverà ſint illarum magnitudines, (innumera enim ſingularium eſt turba:) ſed qvòd ad hujus doctrinæ inſtitutionem tres tantùm ſatis ſunt, ad qvas reliqvæ etiam omnes faciiè reduci valeant. Magna autem illa eſt, qvæ plurimam faciei partem occupavit: aut qvæ valdè cava & inæqvalis apparet: parva verò qvæ minimum occupat ſpatium, ac ferè plana eſt ſuperficie: mediocris, qvæ inter has extremas ambigit. Atqve his notis non ſolùm qvæ ſunt deformes, ſed qvæ etiam apparentes tantùm, per varios hos gradûs diſcernas licet.

## CAPUT IX.

### Cautiones qvædam in judicandis cicatricibus.

CUm multa hactenus de cicatricum natura ac differentiis dicta jam ſint: illud etiam in referenda ſententia cautè advertendum moneo: ne de recenti adhuc cicatrice facilè ac temerè pronuncies: in primis enim diebus major ac deformior ſeipſa ſemper illa apparebit: qvamobrem præſtiterit, modicum tempus immorari: dum fluxionis reliqviæ, aut propria particulæ excrementa, qvæ tumentem cicatricem ac malè etiam coloratam reddant, diſſolventur: redeat-

qve particula ad habitum naturalem: tunc enim neqvaqvam mentietur vulneris veſtigium: ac verum de reipſa licebit judicium ſtatuere. Qvòd ſi hoc tibi judicandi tempus non dabitur: ac de re propoſita jam tum aſſerere neceſſe ſit: dices qvidem, diem ipſam multum deformitatis eſſe detracturam: ſolereqve poſt aliqvod ſpatium longè minorem eam læſionem, ac deformitatem videri: qvod ipſum in juvene præſertim boni habitûs, probiqve temperamenti non obſcurè uſu venire ſolet.

Sed illud adnotes velim, qvòd à *Celſo* (*Lib. 8. cap. 4.*) proditum eſt, cùm ſcil. in omnibus locis cicatrix commodè inducatur: ſecùs tamen evenire in ea frontis parte, qvæ paulùm ſupra ſupercilia ſit: ſiqvidem os etiam non ita leviter offenderit, ibi enim vix fieri poteſt, ut non per omnem ætatem ſit exulceratio: qvæ linteolo medicamentum habente contegenda ſit. Cauſam adjecit *Paræus*; (*Lib. 9. cap. 12. 19.*) qvia ſcil. eo loci interna ſubſit in oſſe cavitas, qvæ ad naſi cribroſa oſſa pertingit: aëris plena: à qvo carnis inductio impediatur: vel qvòd eo loci os valdè denſum ſit: ut vix indè ſatis ſucci alibilis exudare poſſit, qvi regenerandæ carni ſufficiat. Adde, qvòd in id ulcus magnus ſit excrementorum, qvæ alioqvin per oculos & nares efferentur, confluxus.

Illud etiam prætereundum non eſt, fieri aliqvan-

qvando, ut ab exiguo vulnere ac cæſim inflicto deformis tamen relinqvatur cicatrix: cujus tamen rei culpa aut in Chirurgos, qvi vulneris oras minùs benè ſimul coaptarint: importunave adhibuerint medicamenta: aut in hominis intemperantiam, externosve alios errores: aut interim in magnam corporis cacochymiam referri veriùs posſit. Ergò ſi hoc ipſum animadvertes, liberè de omnibus pronuncies jubeo. Et qvidem ſi pereunte aliqvo ex vulnere: plerumqve tamen necis culpam, aut in vitioſos corporis humores: aut in pravam victûs rationem, aut in externas injurias meritò rejicere aliqvando ſolemus: cur non eadem ratio in cicatricibus qvoqve judicandis fuerit? ſiqvidem exiguum vulnus aliorum culpâ, non propriâ ratione, deforme veſtigium reliqverit.

Afferat ergò Medicus, agnoviſſe ſe qvidem deformem cicatricem: ſed eam tamen non ex ipſa vulneris natura: qvod parvum alioqvin fuit: ſed aut ex immoderantia ægrotantis, vel qvovis alio errore talem redditam fuiſſe.

Verùm hoc etiam admonitos illos velim, qvi integrè ſemper de rebus decernere ſtudent: ut ſi qvando cicatrix barbæ, aut capillo obduci poteſt: dicant, qvidem deformem fortaſſè illam eſſe: qvantum ſcil. in ea eſt, ſed tamen per accidens factum eſſe, ut non ſolùm deformis non ſit:

ſed ne apparens qvidem. Hactenus enim deformem dicimus, qvatenus intuentibus talis videri ſolet: qvocircà ſi nulla conſpicua eſt deformitas, ne eſſe illam qvidem ſtatuendam: nam in hoc loco res ipſas non mente, ac cogitatione comprehendimus: ſed ſolum oculorum judicium poſtulamus. Ergò qvid de cicatricibus ſentiat ac referat Medicus, ſatis, arbitror, explicatum eſt.

*LIBRI II.*

# Sectionis Secundæ De Simulatione Morborum,

## *CAPUT I.*

## Cum vera proponitur æqvitudo, qvomodo referendum.

*Scribendi occaſio*

FReqventiſſimè à nobis Magiſtratus reqvirit: *num, qvi carceribus detenti ſunt, aut ad tormenta deferuntur, ſolvi indè tamen valetudinis gratiâ ſupplices petunt: verè ægrotent? an potiùs ægritudinem ſimulent?* in qva re qvoniam nihil certi ſtatuere tunc judices poſſunt, nos meritò adeunt, totumqve ejus judicii cardinem in nobis noſtro jure verſandum permittunt. Ergò de hac qvoqve materia accuratè

curatè agendum hîc eſt, ne interdum, qvi ſe ægrotos mentiuntur, noſtrâ autoritate fideqve abuti, ac nos deludere videantur.

Ne igitur temerè qvidpiam agas, ante alia advertendum eſt tibi, *num de propoſita ægritudine ſatis conſtet, veraq; ſint ſupplicum poſtulata? an potius ſuſpecta res ſit, ac ſubeſſe dolus aliqvis poſſit?* Nam ſi qvispiam de manifeſta atqve omnibus conſpicuâ ægritudine conqveratur: promptum eſt, qvidnam ad judices dicas. Aſſeres enim manifeſtò ægrotare hominem: atqve interim propriam morbi naturam, ac graviora & magis inſignia ſymptomata propones. Dices etiam, in qvo vitæ diſcrimine ægrotus verſetur, & qvàm neceſſe ſit, illum è carceribus eximi, cujus rei gratia illorum incommoda opportunè expones. Ferè enim noxiis vaporibus inſalubres ſunt carceres, nullis perflantur ventis, uda ſunt loca, atqve impura hominum expiratione ſituqve valetudini noxia. Adde etiam, nullos ibi præſtò eſſe miniſtros aut domeſticos viros, qvi morbo opem ſalubrem ferre poſſint: nec idonea remedia aut præſcribi, aut adminiſtrari opportunè licere.

Sed hac in re admonendi mihi ſunt juniores Medici, ne tam promptè, ac temerè, qvæcunqve offertur ægritudo, ſtatim homines è carceribus eximendos jubeant, nam ſi qvis lenta atqve exigua, v. g. febri incaleſcat, qvales ex frigida viſcerum obſtructione plerunqve excitatur: ſi qvis

item

item dolorificis qvibusdam externorum membrorum affectibus : qvi nec magni ſint, ac ſine febre invadunt, detineatur : haut ſtatim ego propterea locum commutari opùs eſſe referam: nam hujusmodi ægrotantes diu in carceribus atqve innoxiè ſæpè eſſe conſveverunt. Ergò ægrotos illos tantùm, qvibus non ita levis ab his locis imminet offenſa, & qvos acuti præſertim morbi divexant, illinc liberari ingenuè aſſeres: nam qvi longas præbent inducias, àc ſine periculo ſunt, tuam operam minimè demerentur.

Qvocircà nunqvam illos Medicos laudare poſſum, qvi de qvovis etiam levi morbo illud libere pronunciant : poſſe nimirùm, ſiqvidem in carceribus degant ægroti, manifeſtum valetudinis ac vitæ diſcrimen incurrere : ac malum illo in loco facilè recrudeſcere. Ego enim etſi minimè negabo, ægrotantes omnes ſalubrius multò domi, qvàm in carceribus eſſe; non hoc tamen eſt, qvod à nobis exigit Magiſtratus : ſed, *num qvispiam ita ægrotet : ut qvantum Medicis artibus, obſervationibusq́; perſpectum eſt, certa aut freqvens à carceribus læſio, neqve hæc qvidem exigua, ſit profectura?* Advertant igitur hi Medici, qvi vel amicorum precibus nimis flectuntur, vel corrumpuntur largitionibus : ne præter infamiam, qvam diſugere vix poſſunt, ſanctum etiam jusjurandi jus interea violent.

CA-

## CAPUT II.

### De tribus ſimulationum generibus.

TRes modos eſſe, qvibus identidem ſimulari ægritudines ſolent, deprehendere hactenùs potui. *Prima* eſt, cùm nulla Medico offertur ægritudinis facies: ſed tantùm langventium clamores ac qverimonias accipit. *Secunda*, cùm nonnulli qvidem morbi haut obſcuri offeruntur: ſed qvi tamen arte qvadam excitati, inductiqve ſint. *Ultima* tamen, cùm non ipſi eqvidem morbi: ſed nonnulla tamen eorundem ſigna præmonſtrantur, qvæ ipſa etiam arte inducta, certos tamen comitari affectûs ſolent.

Ergò ſi qvispiam ita ſe ægrotare affirmat, ut nullum tamen ægritudinis indicium nobis innoteſcat: ſed clamores tantùm ac qverelæ ægrotantium, nihil præterea, morbum ſignificet: cujusmodi eſſe ſolet *colicus dolor, lithiaſis*, multæqve aliæ dolorificæ affectiones: & præter hæc inſaniæ genera omnia: hic ſedula adhibenda eſt Medico diligentia, ne temerè qvidpiam ad judices referat. Nulla tunc enim inſpectari poſſunt morborum ſigna: præſertim ſi jam incepiſſe affectum enarrent: non pulſus immutatur: nulla nimirum febre morbum comitante: non urina ſatis fideliter conſulitur. Qvod ergò conſilium capiendum? Putant aliqvi, aut aſſerenti de ſe ægrotanti prorsùs credendum eſſe, aut nihil omninò certi pronunciandum. Neutrum tamen prorsùs laudo: nam

nam ſi enarranti tantùm ægroto fidem adhibeas, dum tu ipſe nihil compertum habes: temerè qvidem de incertis rebus certum aliqvid affirmabis, atqve interim ſanctiſſimum jurisjurandi jus, qvod ſervare te ſemper oportet, maculabis. Si verò tuam prorsùs neges aſſertionem; aut incerta omnia proponas, tunc qvidem inſcius eſſe videbere: ac te vel nolle officium præſtare, vel neſcire, omnes exiſtimabunt. Aſſerenda igitur aliqva ratio eſt, ut occultos hominum dolos, qvi nos in noſtro munere deludere, ac fallere tentant, detegere poſſimus. De qvo tamen paulò pòſt multis agam.

Secunda ſimulandæ ægritudinis ratio ea eſt: cùm qvispiam verum aliqvem morbum ſibi data opera induxerit: ſed qvi tamen brevi ſit duraturus: qvippe qvi externam tantùm habuerit cauſam, qvæ ſanum corpus tantiſper offenderit. Hujusmodi ſunt, qvi *alterci* ſemine epoto, aliqvot horarum ſpatio tam validè febriunt, mentisqve turbatione commoventur, ut manifeſtum vitæ periculum his, qvi dolum ignorant, imminere videatur. Qvæ etiam Symptomata hauſtum vinum, in qvo *mandragoræ* radices ferbuerint, præſtare ſolet. Nonnulli etiam calidum qvodpiam electuarium, qvalis præſertim eſt *anacardina confectio*, devorantes, vino interim ſuperbibito, ſibi febrem accendunt. Alia ulceta ſibi *thapſiâ* admota, aut *clematide herba*, qvæ etiam flammula appellatur, alicubi excitant:

qvæ

qvæ tamen qvoniam ab exteriori tantum cauſa enata fuerunt: nec ullam interni ſucci ſentiunt acrimoniam, facilè propterea, cùm libuerit, ſaneſcunt. In hac autem occaſione duplex tibi dicendi modus proponitur: aut enim ingenuè dices: ægrotare hominem, ſiqvidem doſi machinam neſcies, nam reverà manifeſta apparet ægritudo: & qvæ, qvanqvam ab externa enata ſit cauſa: poſſit tamen eadem, ac ſoleat non rarò ab interno vitio proficiſci: ut jam nullo pacto is reprehendendus ſit Medicus, ſi latentes hominum aſtûs ſtatim minimè deprehendat; Aut certè ſi inſtent judices, ut diligentiùs rem perqviras, tuam interim aſſertionem ad poſterum differes diem, adhibitâ tamen operâ, ne morbifica denuò aſſumantur antidota. Sic ergo te nihil latebit: ſentiesqve ſymptomata omnia, qvæ longum jam tempus duratura anteà videbantur, qvaſi ex inſperato evaneſcere. Qvod ſi eveniat fortaſsè, ut aſſveta ab illis iterum aſſumantur remedia: ac tuam diligentiam tunc etiam nihilominùs fruſtrentur: haut eqvidem ſine periculo hoc facient. Plerunqve enim ſi morboſus aliqvis lateat apparatus, minima qvaqve occaſione firmas jacit radices ægritudo: & qvæ à manifeſta cauſa proceſſit, jam facilè internum contrahere vitium poteſt. Sed has qvoqve morborum ſimulationes, mox diligenter, qvâ ratione dignoſcas, enarrabo.

Ultimus deniqve modus, qvo qvis ſimulare ægritu-

ægritudinem poſſit, hic eſt: ut non ipſos qvidem morbos atqve evidentes præ ſe ferat: ſed qvos tamen ex qvibusdam ſignis conjicere poſſis. Sunt enim, qvi ſibi naturalem pulſuum conſtitutionem alligatis ſcil. brachiis ita immutent, ut langvidi jam ac multiplici inæqvalitate metuendi eſſe videantur: ac propterea urinã ipſam admixtam ſaponario lixivio, aut rhabarbari tantillo ad livorem, palloremqve manifeſtè colorent: ut ſi aſtum neſcias, non ſolùm ægrotare hominem, ſed peſſimè etiam habere referas. Qvidam alii â cibo aliqvandiu abſtinentes, ac minium aqva ſalſa commixtum potantes, ſanguineum fluxum aptè mentiuntur. Indicæ ficûs fructus, qvi mororum modo maturi manûs inficiunt, ſi comederis, ſangvineam urinam reddunt: id qvod multis terrorem incuſſit, credentes, ſe illicò eſſe perituros. Item ſi mororum fructûs ederis, ſtercus cruore tingit: docetqve *Dioſcorides* rubiæ tinctorum eſu cruentam urinam reddi. De cumino autem promptum eſt apud eundem legere, qvòd pallorem inducat: nam qvi ita faciem decolorant ut ſanctitatis titulo ſeſe venditent, illo ſæpè ſuffiuntur, & in cibis utuntur freqventer. Hujusmodi etiam ſunt, qvi exucto à gingivis ſangvine, ac tuſſi ultrò excitata, cruentam à pectore expuitionem fingunt. Sed iſti doli, cœteriqve alii, qvomodo agnoſci poſſint, tempeſtivè jam dicam.

CA-

# CAPUT III.

## Qvibus rationibus morbum ſimulantes deprehendi posſint?

DOcuit *Galenus*, (*Libro qvomodo morbum ſimulantes &c.*) eum Medicum, qvi in hoc notitiæ genere præſtare contendit, in duobus præſertim diligenter verſatum eſſe oportere: in qvadam ſcil. medica experientia, & in communi etiam ratione, qvam pauci exactam ac perfectam habent. Ad medicam verò experientiam pertinere, ait, illum, v. g. deprehendere, qvi colico cruciatu ſe teneri affirmabat: cùm tamen nec indigeſtio, nec infrigidatio ulla præceſſerit: undè ſcil. is morbus proficiſci ſolet. Huc etiam ſpectat, qvod ipſe in ſervo animadvertit: qvi ſibi per thapſiam tumorem in genu excitavit: nam cùm maximus is eſſet, nihil tamen commiſſum fuerat, qvod tùm tumorem commovere potuiſſet: nec ullum erat redundantis humoris indicium: prætereà cùm pharmacum impoſuiſſet, qvod thapſiæ tantùm qvalitatem infrigidare poſſet, nihil tamen dolorem levare: poſt horam lenitus eſt dolor.

Hac etiam ratione mentiri illos deprehendimus, qvi ſe doloris magnitudine teneri affirmant, ſiqvidem nec langveant, nec frigida ſint extrema: nec frigidum ſudent: nec pulſum habeant inæqvalem, parvum, aut obſcurum: nec

de doloris ſpecie interrogati aptè Medico reſpondeant. Alii enim dolores longè ac latè diffuſi ſunt, alii tanqvam fixi, pungentes alii, ac pulſantes, alii qvaſi divellunt, qvidam ſtupefaciunt, qvidam gravant, nonnulli vomitum, aut ventris perturbationem, aut caliginem inferunt. Hæc ergò & pleraqve alia medicam exigunt multarum rerum experientiam, ſine qvibus fruſtrà in hoc genere laborabis. Ad externas autem ratiocinationes & conjecturas, ſive, ut anteà dictum eſt, communem rationem ſpectat, noviſſe, qvæ ſimulandi occaſio fuerit, qvid hominem ad mentiendum impulerit, ſic ergò cùm qvidam in concionem à civibus vocaretur, ac conduceret, non accedere, cùm ob id colico dolore ſe teneri affirmavet, non erat difficile morbum illum ſimulaſſe deprehendere. Qvidem etiam ſervus, qvi curſu dominum comitari conſveverat, cùm illum itineri paratum videret, ac mulierculæ amore teneretur: finxit, ſe utroqve genu dolere, qvæ fraus illi, qvi hæc noverit, facilè eſt, ut innoteſcat. Innumeræqve ſunt hujus generis conjecturæ, qvas diverſas ac multas animo verſet iſte Medicus oportet, qvi ſimulantium dolos ſtudet deprehendere.

Egò autem, dum ſuper hæc diligenti curâ verſarem, ac qvæ à *Galeno* dicta ſunt, in ordinem qvendam reducere, in multis etiam amplificare contenderem: octo omninò videntur eſſe rationes ac modi, qvibus ſimulari morbi dolus omnis,

omnis, conſiliaqve deprehendi poſſint. *Prima* eſt ex medica qvadem notione deducta, cum ſcil. talis proponitur morbus, cujus tamen nullas externas præceſſiſſe occaſiones adverteris, & cujus nullas internas cauſas adeſſe cognoveris. Sic ſi repentè tumor aliqvis in benè habito corpore ſine caſu, ſine offenſione excitetur, eſt, cur de dolo facilè ſuſpicére. *Secunda* ratio illorum reſponſiones jubet animadvertere, qvi ſeſe ægrotare fingunt, ita enim à natura hominibus comparatum eſt, ut in his, qvæ fingimus ac mentimur, varii ſemper atqve inconſtantes ſimus, ſemper in diverſas vacillemus partes, ut nec promptè ad interrogata reſpondeamus, nec ſemper eadē. *Tertia* à remediorum viribus, profectuqve deſumitur: nam ſi qvis morbum conqveritur, illi autem certam adhibueris medicinam, qvæ ſæpè aliàs manifeſtam opem attulerit: attamen nihil tum adjuvarit: erit, qvod te in doli ſuſpicionem adducat. Ac cum qviſpiam impoſita thapſia ulcera ſibi in corpore excitaſſet: illitumqve aliqvid fuiſſet, qvòd ſuſpecti medicamenti acrimoniam leniret, deprehenſa res eſt, qvoniam illud juvit: nam ſi ab interna fluxione particula intumuiſſet, ab illo læſa potius fuiſſet. *Qvartus* eſt modus, ſi qvando aliqvem videas, qvi præcepta à Medico remedia omninò recuſat, atqve contemnit: ferè enim cùm ægrotamus, auxilium qvoqve ultrò perqvirere ſolemus: ſic qvendam Galenus dolorem colicum mentientem hoc aſtu

qvàm ejicit, exprimitqve. Nam & *Magnus Alexander*, (*Q. Curt. Lib. tertiò.*) cùm Gordonii nodum aliàs ſolvere non potuiſſet, mucrone tamen explicavit : ac per vim utcunqve oraculum adimplevit : extorſitqve, qvod exorare non poterat. Sic memini, mendicum qvendam, qvi ſe mutum, ſtipem emendicando ſimulabat : à milite, qvi hominem aliàs loqventem viderat, ut verum confideretur : pugnis ac calcibus compulſum fuiſſe. Verùm hic non in omnibus exerceri modus poteſt: ſed in infimæ tantùm ſortis hominibus : & qvi exigua injuria & verbera & probra perferre poſſunt. Atqve his, qvæ hactenùs expoſumus, ſi diligenter animum advertis, haut difficilè fuerit, occultos ſimulantium dolos explorare,

## CAPUT IV.

### De mendicantium dolis, dum morbos ſimulant, deprehendendis.

NOn ſolùm qvi carcerum ac duræ cuſtodiæ incommodis detinentur, ægritudines fingunt : verùm non pauci etiam abjectæ ſortis homines ſunt : qvi mendicantes, ut vilem ſtipem extorqveant : utqve majorem miſericordiam de ſe apud alios moveant, multa ſibi ægritudinum genera, ulcera, paralyſes mutilationes, cœcitates, oppreſſionesqve, ac ſimilia qvædam mala turpiter effingunt. Viliſſimum hujusmodi hominum

minum genus eſt: ac tanqvam ignavum fucorum pecus, alieno labore otioſum vivit: atqve, ut inertia malorum omnium eſt nutrix, infenſum propterea Reipublicæ eſt, atqve alienis fortunis inſidiatur: nam cùm ſine certo lare vagentur, nec in ſuo pedem ponere valeant, noctu per urbem gementes,piæ hoſpitalitatis prætextu admitti ſub tecta exorant: atqve intereà factâ conjuratione fores neqvisſimis commilitonibus ad prædam aperiunt. Qvanqvam etiam ſceleſti iſti impoſtores, lenocinia, veneficia ac ſcelera omnia qvotidiè exercent: nam & ſub hoc habitu ſecreta civitatum conſilia explorantes hoſtibus produnt: aqvarum fontes ac flumina inficiunt, ædificia incendunt, ac deniqve nihil eſt mali, qvod præſtare non ſoleant. Qvæ omnia ut cautiùs adhuc exeqvantur, proprium qvoddam ac ſibi duntaxat notum idioma inſtituunt,cujus opportunitate fraudes & technas facilè diſponant. Ergò, ut nefarios hos ac ſceleſtos dignoſcas, ac dolos deprehendas, exempla aliqva proponam, ut indè admonitus reliqva minimè ignorare posſis.

Mendicula mammam, qvam crederes cancroſam, viſu horrendam ſic palàm oſtentabat. Ranarum pelliculas nigras ac virides glutino ex albumine ovi, bolo armena, ac farina cohærentes aptè mammæ circumpoſuerat: dein ſpongiam brutino ſangvine,& lacte imbutam ſub axilla latentem tenebat: à qva per tubulum ſambu-

 cinum,

cinum, ad mammam qvaſi ſaniem ac tabum, captatâ occaſione exprimeret, ita enim ſordidam ac deterrimam ulceris ſpeciem exhibebat.

Nonnulli *elephanticos* ſe hac arte præbent. Inſtitam circum fauces adſtrictam tenent: iliam dum lævâ manu ſub pallio latente deorſum torqvent, raucam vocem, qvalis eſt elephantici, reddunt: in facie autem tubercula ac puſtulas, fabrili glutinio confictas, bellè excitant, ut neminem ſimilitudo non falleret. Sunt, qvi urentibus herbis artûs exulcerant, cauteriis & cauſticis membra inurunt, ut miſerè lucroſi fiant. Solent alii ignitum Titionem ſuper ulcus cruſtoſum, qvòd ſapone, calce, ac ſulphure excitarant, nullô doloris ſenſu ſuperimponere, atqve ajunt, ignem eſſe S. Antonii: eſt enim craſſior ac durior eſcara, qvàm ut ignis vis penetrare illam poſſit. Alius cadaveroſum brachium magnâ omnium admiratione fultum furcula oſtentabat: proprio enim brachio poſt terga occultè revincto, aliud invicem ex ſuſpendioſi cadavere thoraci aptaverat. Nonnulli elapſum ac pendulum inteſtinum turpi ſpectaculo viſendum præbent: ac ſanie taboqve perfuſum: bubulo videlicet inteſtino in anum ſubmiſſo, & lacte & ſangvine per ſpongiam, qvæ intùs latebat, continuò inſtillante.

Nec minoris etiam impudicitiæ mendica qvædam procidentem uterum mentiebatur: dum in extremum cervicis veſicam bubulam

flatu

flatu ſemiplenam, ac turpi ſangvine oblitam intruſerat: in exitu autem pudendi ſpongiam indiderat: qvæ illabente uteri illuvie turgebat, à qva etiam qvaſi cuneo aliqvo & veſica retinebatur, & falſus uterus qvaſi ſanie qvadam madebat.

Mendica etiam fertur tam callidæ verſutiæ, qvæ contractis epigaſtrii muſculis, qvendam voluntarium motum in ventre haut obſcurè ſentiendum præbebat: ut res aliqva extranea intùs circumvolvi videretur: qvam ipſa dicebat ſerpentem eſſe, ac per os in ventrem dormienti ſibi illapſum fuiſſe.

Muti alii ſeſe fingunt: ita ad internum os reduplicata ac contracta lingva, ut etiam diligenter intuenti mutila eſſe videretur. Nonnullos etiam ſcio, qvi manum ac brachium tam acriter contrahebant, torqvebantqve, ut verè manci distortiqve viderentur. Qvidam ſapone in os inditô ac ſpumantem ſalivam imitante: tum præterea vibrato motu corpus concutiunt, facilè epilepticos ſe ſimulant. Notisſimum eſt illorum genus, qvi interdiu perpetuô corporis motu ſaltantes ſeſe exagitant: occiduo autem Sole qvietem capiunt.

Hos autem impoſtores ita deprehendes: ſiqvidem in clauſo cubiculo accenſisqve candelis circa veſperam detineas, variis de rebus percontando, donec intereà Sol occidens imprudentes illos, ac aliis rebus intentos prætereat, nam vel

tardiùs, vel maturiùs ſine dubio concidentes dolum profitebuntur. Qvendam ſcio, qvi ſe dæmone oppreſſum corpus univerſum diſtorqvendo, atqve in deformem aſpectum conformando: expresſis etiam qvibusdam latinis vocibus ſimulabat. Sed aderat intereà ſpectator qvidam ingeniô acutô: qvi literas ſibi fortaſſe miſſas ab amico ſuper mendicum qváſi ſacris characteribus inſignitas appoſuit: palàm profeſſus anteà, illorum contactu dæmonem abiturum. Hæc audiens Mendicus, ac ſacram ſchedulæ vim credens, vehementiùs vexabat ſeſe, illamqve ut infeſtisſimam excutere tentabat: undè ſeipſum doli atqve imprudentiæ coarguit.

Mirabile illud etiam narratum eſt: (*Marſil. Cagnat. 1. de continent. cap. 7.*) eſſe aliqvos, qvi multos annos ſine cibo potuqve qvaſi divino ſpiritu ſuſtentati transegerint. Sed reverà ſunt impoſturæ omnes ac fallaciæ. Talem fuiſſe Antonium qvendam Picentem ſcripſit Panormita, qvi qvadraginta dies noctesqve jejunare credebatur, & cum Angelis verſari: undè in Italia, Sicilia atqve Hiſpania celebris erat de illius ſanctitate opinio. Sed cognitum tandem fuit, dolo illud factum fuiſſe. Simile exemplum Romæ viſum ſub Nicolao Pontifice ab Ænea Sylvio narratum eſt. Tale qvoqve eſt, qvòd de Anna illa meretrice fallacisſima Auguſtæ Vindelicorum traditum eſt: qvæ neqve edere, neqve bibere, neqve egerere, neqve dormire credebatur: ſed piis

tan-

tantùm meditationibus ac Chriſti gratia contineri: verùm his præſtigiis cùm Cæſari ac ditiſſimis qvibusdam imponeret: tandem deprehenſa capitis damnata eſt.

Hæc igitur hactenus dixi, ne tam facilè nefariis iſtis hominibus credatur, nam longum illud ac multorum dierum jejunium, qvale Moſen & Heliam, & propriâ virtute Chriſtum ſervatorem noſtrum ſervaſſe accepimus, miraculi locô eſt: & cujus non indignis iſtis mulierculis, aut cœteris improbis hominibus facultas datur. Ergò ſi tale qvidpiam unqvam exaudies: haut errabis, ſi dolum, aut dœmonis aſtum ſuſpicere. Sed de mendicantium fallaciis ſatis!

## *CAPUT V.*

### Qvâ ratione qvi à dœmonibus oppresſi ſunt, aut maleficiis detinentur, à cœteris ægrotantibus internoſci valeant?

HOc in loco alienum non fuerit, qvâ ratione, qvi dœmonum cruciatu, oppresſioneqve laborant, qvos *dæmoniacos*, ac maleficiis affectos vocamus, ab his internoſci liceat, qvi naturales ægritudines, atqve à naturæ principiis exortas patiuntur, paucis exponere. Nam, qvanqvam nulla in hoc genere ſimulatio eſt, eſt tantum in affectuum ſimilitudine deceptio aliqva. Neqve hanc notitiam à medico planè alienam puto:

puto: nam & *Hippocrates*,( *2. Progn. tex.4. & 6. de Morb. Sacr.*) ſi qvid in morbis divinum ineſt, illius providentiam diſcere medicum debere clarisſimè affirmavit. Nec rarò etiam evenit, ut in his morbis dum diu ac fruſtrà laboramus, ſalubria medicinæ remedia apud vulgus infamemus, ac multorum calumniis nos ipſos præbeamus obnoxios: præſtantius noſtro nomini famæqve conſulturi: ſi altiores morborum cauſas ac naturæ fines transgredientes, contemplati nos à calumnia tutos redderemus.

Eſſe autem morbos, qvorum natura longè à cœteris diſtet: & qvi dæmonum opera excitentur, mihi perſvaſum jam eſt, nam & *Plato*, (*11. de Legibus.*) ſapientisſimus Philoſophus, cùm mirabiles hos affectûs proſpiceret, corpora, inqvit, hominum magicis veneficiis, & cantibus, ac qvibusdam nodis læduntur: poſitis nimirùm cereis ſimulacris, aut in janua, aut in trivio, aut in monumentis parentum. Sed ne Ethnici tantùm Philoſophi placita hæc eſſe exiſtimemus, D. *Thomas*, ( *4. Sent. diſt.34. qvæſt. 3.*) autor gravisſimus, eos, qvi veneficia non eſſe contendunt, infideles vocat: ac contra ſanctorum autoritates ſentire affirmat: hunc deindè omnis Theologorum ſchola ſecuta eſt. Ergò cùm verisſimum ſit, *poſſe dæmones hominum corpora divexare morbis*: ſatis etiam conſtare arbitror, nullum eſſe ægritudinis genus, qvod ab illis induci non poſſit. Attamen diligenter notandum eſt, dæmones

nes ita in nobis morbos efficere, ut cæteræ qvoqve omnes externæ ſolent cauſæ: qvatenùs ſcil. internas, diſponunt, ac movent: reddunt enim homines, e.g. melancholicos, dum atram bilem, obſtructis, qvæ illam expurgant, emiſſariis, in corpore multiplicandam curant: atqve in mentem repere cogunt. Epilepticos verò ac paralyticos, dum cerebri ventriculos ac nervorum exortûs, totius corporis pituita illic congeſta obturant: ac deniqve ita morbos faciunt, dum interna illorum principia agitant, aptantqve.

Has autem ægritudines in duplici eſſe differentia animadverto: nam vel in homine dæmoniaco excitantur, in qvo ſcil. intùs dæmon inhabitat: vel in eo, qvi maleficiis tantùm detinetur: & qvem ille extrinſecùs duntaxat affligit. Iſti autem morbi à maleficis hominibus immitti ſolent: qvi cum mutua obligatione dæmonum conſortio abutantur: horum deindè operam in aliorum damna identidem exigunt implorantqve. Illi verò dæmonibus ipſis DEI permiſſu in corpore obversãtibus tantũ fiunt. Utriqve igitur ut diversè generantur: ita aliqvid habent peculiare ac planè ſuum: etenim in maleficio affectis tales eſſe obſervabis ægritudines: qvales improba qvorundam expetunt deſideria. Sic pellices, ne amatores cum una uxore concumbant, à dæmone aſſeqvuntur, ſic eædem, ſi deſpectui eſſe animadvertant, diuturna corporis extenuatione, vomitibus, doloroſis affectibus, ac virium imbe-

imbecillitate, profundaqve mœſtitiâ nonnullos premunt. Hujus generis eſt impotens qvidam fœminarum amor: odium uxoris, ac ſimilia multa, qvæ à peſſimis ſortilegis exorati dœmnes operantur. Atqve hæc in lenta ac diuturna valetudine verè conſiſtunt: nec niſi ſolutis abſcedunt maleficiis. Qvi autem in dœmoniacis morbi obſervantur, planè admirabiles ſunt, omnemqve naturæ conſvetudinem ac vim exuperant, Idqve etiam proprium habent, ut ex qvibusdam temporum intervallis exacerbentur, ac ſæviant, nec perpetuo homines fatigent. Sic novas qvasdam ac miras Epilepſiæ formas intuebere, qvæ aut concuſſo corpore universô, aut certis qvibusdam particulis, integra tamen mens remanet atqve inoffenſa: videas etiam inſolitas qvasdam partium convulſiones, qvæ brevi perdurant, ac nullum corporis nocumentum relinqvunt: vomuerunt nonnulli gypſeos lapillos, ovorum putamina, villos, lanea involucra, acûs, & ſimilia multa, qvæ nunqvam illi ingeſſerant. Multi ſunt, qvi ita laborantes futura qvaſi fatidici prædicant: multi Latinè ac Græcè loqvuntur, ac de ſcientiis ediſſerunt: cùm tamen ipſi ne elementa qvidem literarum didicerint. Sentias aliqvos canino latratu horribiles: qvosdam qvaſi boves mugire: luporum in morem ululare alios. Vidi ego magno tumore cuidam dœmoniaco collum repentè intumuiſſe: qvô tamen brevi ſubſidente: mox lingvam exeruit: qvæ ita ſenſim nobis intuenti-

tuentibus augebatur, vix ut ore contineri poſſet. Ergò mira hæc ſunt, qvæ à dœmone præſtantur, morborum genera: ac facilè hoc ipſo innoteſcunt. Qvanqvam etiam ſolent ita affecti divinis Eccleſiæ ceremoniis non ita libenter intereſſe: ſed ab his potiùs, etiam cùm à dœmone conqvieſcunt, internis qvibusdam ſtimulis removere videntur.

Reliqvos autem morbos, qvi ab aliqvo effecti ſunt maleficio, non ita promptè inter noſcere licet, nihil enim à cœteris diſſimiles habent notas. Attamen, qvòd obſervare hactenùs potui, hac ratione non penitùs ignotas illos relinqves. Ferè enim pellicum amores: ( præſtat enim, primas occaſiones atqve origines meminiſſe ) Zelotypia ac fœminarum odia conſeqvuntur: qvæ honeſtos viri in uxorem affectûs alio retrahant: atqve divertant. Nec rarò etiam cùm impiæ hujusmodi mulieres ulla in re à qvopiam offenduntur: acceptas injurias ſuis artibus ſæviter ulciſcuntur. Si igitur fiat, ut cum pellice verſeris, mox verò commiſceri cum uxore de more non posſis: qvam etiam interno qvodam odio, nullâ juſtâ occaſione proſeqvaris: ſiqvidem fiat, ut eandem deſpectui habeas: poſteà verò lento qvodam marcore corpus contabeſcat: aliisvè diuturnis malis labores, eſt, cur de maleficio ſuſpicére.

Horum plurimam partem obſervant peritiores nonnulli, perpetuâ qvadam mœſtitiâ affici: atqve

atqve inſveta partium laſſitudine. Luctuoſa ſuſpiria latente qvodam affectu emittuntur: ſæpè etiam qvaſi formicas per ſubcutaneas dorſi regiones repentes ſentiunt: ac vomitibus infeſtantur. Qvæ omnia feſtis adhuc diebus, cùm ſcil. Chriſti memoriâ exultat Eccleſia, ſæviora fiunt: ac qvaſi inſtaurata magis affligunt. Prætereà hi morbi vix ſalubribus medicinæ remediis extirpari qveunt. Atqve ipſi Medici in morbi agnoſcenda naturâ plurimùm ambigunt: ac ſæpe in diverſas trahuntur ſententias: nec qvippiam afferunt certi. Qvamobrem niſi propria ac peculiaris medela atqve alia à noſtris medicinæ præceptis adhibeatur, nihil omninò miteſcere animadvertes. Adnotandum etiam eſt, maleficiis viros eſſe omnium freqventisſimè expoſitos: dæmonum oppresſionibus mulieres. Hæ enim illorum fallaciis dolisqve promptè capiuntur: nam exiguô ſunt animô, & ad credendum faciles: ideoqve horribilibus viſis ac repentè adorſis ſuccumbunt. Qvocircà facili negotio à dæmonibus opprimuntur, qvæ facilitas non ſimiliter eſt in viris: ideoqve dœmones, qvod unicum datur, extrinſecùs illorum corpora laceſſunt ac maleficiis excruciant.

Prætereà duplex proponitur ratio: qvâ deprehendere hæc mala poſſis: altera in magicis incantamentis: altera in ſacris Eccleſiæ exorciſmis poſita eſt. Primam nemo vir prudens exercuerit: fallaciis atqve erroribus plenam: aliam

verò

verò monſtrat nobis piiſſima mater Eccleſia: ut jam niſi prædictis à nobis conjecturis rem omnem aſſeqvaris: ſacerdotes ac peritos ejus doctrinæ viros adeas moneo; qvi non ſolùm morbi genus agnoſcant: ſed profutura adhibeant morborum remedia.

*LIBRI II.*

# Sectionis Tertiæ

*De*

# Tormentis ſuſtinendis,

## *CAPUT I.*

## Qvinam Tormento Chordæ ferendo apti, ineptive, dijudicari debeant.

*Scribendi occaſio*

FReqventiſſimum eſt noſtris temporibus cruciatûs genus: qvam *chordam* adpellant: in qvo tam moleſto dolore homines torqventur, ut etiam â pertinaciſſimis animis veritatem extorqvere judex poſſit: cùm interim non adeò multum corpori nocumentum relinqvatur: qvâ qvidem conditione nihil eſſe præſtantius in qvæſtionibus valet. Ergò qvoniam magni momenti res eſt, atqve in his ſuppliciis ſæpè in magnum vitæ diſcrimen per imprudentiam adduci hi poſſent, qvi tormento affliguntur. Idcircò noſtra tunc opera ac diligentia

reqviritur, ne cruciatus ultrà, qvàm ferri liceat, conſtituantur: utqve res ipſa dolore tenus, nec alio præterea viriū detrimento adminiſtretur. Ergo præceptiones aliqvot nunc tradere inſtitui: ut ſi qvando ad hoc judicium Medici accerſuntur: ne illa impedimenta ignorent, qvæ ab his ſuppliciis homines excuſatos reddant: neve ſua culpâ aut interitus, aut grave aliqvod damnum ſuſpenſis obtingat.

*Chordæ igitur tormentum hoc in loco illud voco, cùm à tergo contortis brachiis ligatisq́; extremis manibus ſursùm homo longo trahitur fune: atqve in ſuo ipſius lapſus pondere, magnâ vi deorsum decidit, cùm anteà tamen aliqvandiu non procul à terra ſuſpenſus pependerit.* Intereà autem humeri pectoriſqve muſculis violenter attractis diſtortiſqve accerrimi perferuntur dolores.

Sunt, qvi in hoc tormenti genere luxari humerum affirment: nec poſſe tam validam corporis concuſſionem fieri, qvin humeri appendix à ſuo, cui inſeritur, acetabulo, dimoveatur: nam & leves interdum caſus validè firmatos articulos nihilominus luxant. Verùm hi longè ſua falluntur opinione: nam præterqvam qvod nullius oſſis è ſua ſede dimotio tunc apparet: id etiam vidimus non raro: ut qvi recens è tormento ſoluti ſunt, ſponte brachia nullius ope diverse moveant attollantqve: qvod fieri neqvaqvam potuiſſet, ſi brachiorum oſſium appendices ſuis ſinibus deturbati fuiſſent. Hoc etiam ita eſſe, nos

docuit

docuit *Hippocrates* ( *Tex. 1. &c. l. 1. de Articul.*) nam primo Libro de *articulis*, *articulum*, inqvit, *lati ſcapularum oſſis in alam tantùm excidit: in ſuperiorem verò locum, aut interiorem neqvaqvam*: nam ut doctisſimè ſcripſit *Galenus*, lati ſcapularum osſis commiſſura ſuperjectum habet à ſuperiori parte *ſummum* lati ſcapularum oſſis: qvæ cum jugulo conjungitur: (*1. de artic. Com. 3.*) & ideò qvamvis in eam aliqvando articulus moveatur: cùm ab osſibus, qvæ ibi ſunt, nō admittatur, ſtatim pondere inclinatum deorsùm feretur, ut jam videas propterea, ſi nulla unqvam luxatio in hoc tormento admittenda eſt, illam planè eſſe oportere, qvæ in poſteriorem prolabitur partem: qvam tamen nunqvam graviſſimi admittunt autores: nec naturalis patitur corporis ſtructura.

Verùm hujus tormenti duæ omninò ſunt partes: altera, cùm parùm à terra ſublatus pendet homo duntaxat; altera verò, cùm jam præceps fertur, ac deorsùm latus concutitur, conqvaſſaturqve: illam ego, ne nova aliqva appellatione obſcurus ſim, ſimplicem *ſuſpenſionem* vocabo: hanc verò *concusſionem*, aut, ut multis placuiſſe video *conqvaſſationem*. Et qvanqvam unicum reverà ſit tormenti genus, in ſimplici tamen ſuſpenſione plùs omninò moleſtiæ eſt, minùs doloris: in ipſa concuſſione plurimùm, nec parum etiam moleſtiæ perſentiatur. Sed in ipſa etiam ſimplici ſuſpenſione aliqvod adhuc eſſe diſcrimen cernitur: nam, vel qvi ſuſpenſi ſunt, mi-

nimùm efferuntur: ut jam extremo pollice te-ram leviter attingere poſſe videantur, vel ab e- majore diſtant intervallo. Illud moleſtiſſim- fertur: tum enim multa vi terræ inniti conte- dunt: atqve in id unum toto corpore anim- incumbunt, plurimum ſeipſos excruciant at- dilacerant: etenim qvo propiùs id ſolamen l- boris cernitur, qvod inhibetur, eò magis illi- potiundi ſollicitat deſiderium. Sic magnu- Tantali tormentum fingunt Poëtæ: dum eſu- ens ille, ac ſitiens, paratas ante ora epulas cer- & flumina: ſed qvæ tamen adſumere nefas At verò cùm altiùs efferuntur è terra, levius e- tunc tormentum ſolet.

## CAPUT II.

### Cujus ætatis homines duci ad tor-mentum liceat?

SEd, ut cominùs jam de re propoſitâ agam- multas corporum naturas ac diſpoſitiones venio, qvæ homines huic tormento perferendo inhabiles reddunt. Inter hos autem primi oc- currunt mihi, qvi nondum integram ætatem ſunt aſſecuti: id eſt, qvi ante pubertatem con- ſtunt: his enim corpus non ita firmiter ſuis ar- ticulis compactum eſt: imbecilleqve nervorum eſt genus: ut putem propterea non exiguum de- trimentum illi pertimeſcendum eſſe, qvi ante- nc annorum terminum ad chordæ tormen- n perducitur.

Sed qvotô ætatis annô impuberes præſcribantur, haut ita certò definiri poteſt: nam qvanqvam velit *Galenus*, (*3. Aphor. 27. 6. Sanit. tuen. 2.*) pueros incipere pubeſcere poſt annum qvartum decimum: hoc tamen non ita perpetuum eſt, qvin poſſint ſæpe puberes eſſe *unô* pòſt annô, aut etiam tardiùs. Ergò etſi non nego poſt ſecundum ſeptenarium exiguâ corporis noxâ ad hoc tormentum aliqvando homines duci poſſe: qvod etiam clariſſimi qvidam *Jurisconſulti* ſtatuerunt: (*Jul. Clar. in Pract. Crimin. quæſt. 64.*) qvia tamen, ut dictum eſt, ſerior in qvibusdam eſt puberum ætas, ideò non parùm Reipublicæ illos conſuluiſſe arbitror, qvi decimum octavum annum juſtum eſſe terminum maluerunt, à qvo homines in *eqvuleo* alligari non ita magnô incommodô poſſint. Hoc autem anno adoleſcentium ætatem *Galenus* (*5. Aphor. 19.*) inchoat ad vigeſimum qvintum usqve, qvam etiam ætatem omnium optimam, & ad cunctas voluntarias actiones præſtantisſimam *putat*. Nec ignoro, eſſe nonnullos Juris conſultos, qvi vigeſimum qvintum annum primum in hac re terminum ſtatuerunt, attamen, ut fatear, robuſtiores illo tempore nos eſſe, nam tali annorum tempore vigoris ætas conſiſtit: & ultimum incrementum, ut ſcripſit *Hippocrates*, (*Lib. de carnibus poſt med.*) ſuſcipiunt homines: deprehenſum tamen eſt, noſtris temporibus, in qvibus eſt præcox hominum natura, in ipſa pubertate non exiguam ac-

cipere membra firmitudinem: & qvæ ſatis tormento eſſe poſſit: Sed hæc de prima ætate.

De ultima autem nihil certi ex Juriſconſultorum monumentis accipere potui, nam hoc tantùm, decrepitos non poſſe torqveri, memoriæ reliqverunt. Verùm, ut hoc etiam tibi ante oculos ponam. Primum ſenium, qvod deindè decrepitos ſeqvitur, à ſeptimo annorum ſeptenario ad nonum usqve: hoc eſt, à qvadrageſimo nono usqve ad ſexageſimum tertium extenditur. Secundum autem ſenium, qvæ ultima ac decrepita eſt ætas & in qva maximè invalidum infirmumqve eſt corpus, ac cunctis ægritudinibus expoſitum, ut jam magnis itineribus ad interitum properet: ab hoc ipſo ſexageſimo anno initium aſſumens, ad ultimum uſqve vitæ terminatur. Hæc ætas ad omnia vivendi munera ac negotiorum functiones ineptiſſima ſemper fuit exiſtimata: atqve ideò in ſumma rerum omnium otia relegari hi ſenes conſveverunt. Et qvanqvam ætatem hanc à ſexageſimo anno aliqvi dinumerant: nam & Romani, qui nos Politicam vitam magna ex parte docuerunt, ſexagenarios ex ponte, hoc eſt, ab omni ſuffragiorum jure, dejiciebant. Reverà tamen, qvantum ex *Hippocrate* accipere potuimus, (*de ſeptim. partu.*) omnis ætatum ratio per annorum ſeptenarios progreditur: in qvibus roboris, imbecillitatisqve multarumqve rerum notabiles mutationes fieri obſervamus.

Ergo

Ergò, qvi ſexageſimo tertio anno ſeniores ſunt, cùm multarum rerum immunes eſſe, etiam ab antiqvis temporibus, ſoleant: ita huic tormento inhabiles puto: niſi tamen corpore ita ſint valdè robuſto, ut proprii temperamenti vis annorum numerum evincat: ſunt enim, inqvit *Galenus*, (*de miſſ. ſangv. cap. 13.*) etiam qvidam ſeptuagenarii, qvi multum ſangvinis ac vires habent robuſtas: quamobrem non numero annorum animum advertere, ſed magis corporis habitui præſtat. Sed hi rari ſunt, ac nonniſi inter ruſticos, validisque exercitationibus aſſvetos talem quempiam invenias: aut certè, ſicubi cœli benignitas maximè longævos ac robuſtos homines facit.

## *CAPUT III.*

### Nimis obœſi, & qvi proximè comederunt, num duci ad eqvuleum ex jure poſſint?

QVi admodùm obœſi ſunt, ac magnâ corporis mole graves, hi mihi tormentum hoc ſemper ægerrimè ſuſtinuiſſe ſunt deprehenſi: ac præſertim ſi à prima ætate ita fuerint affecti: his enim non ſolùm præ nimio corporis pondere lacerari pectoris muſculos facilè contingit: ſed etiam qvoniam hujusmodi corpora exiguum calorem, modicum ſangvinem ac ſpiritum, horumque anguſta habent conceptacula. Ideò fit,

ut magno illo tormenti labore imbecilles ipſorum vires opprimantur. Et reverâ cum nihil usquam ſit mali, cui illi objecti non ſint, qvi corpore ſunt nimis obœſo: omnium tamen maximè reſpirandi difficultatem, apoplexiam, ſyncopen, & mortem repentinam perpeti ſolent: de qva etiam re abundè ſcribentem habes *Avicennam.* (*2.4.Trac.4.cap.5.*) Quocircà hos ego ab ipſa concuſſione excuſatos libenter velim: non ſic autem à ſimplici ſuſpenſione: niſi tamen inſolens fuerit corporis craſſities: qvalem Nicomachum Smyrneum fuiſſe *memorant,* (*de morb. differ.9.*) qvi locô moveri non poterat.

His etiam, qvi proximè comederunt, moleſtiſſimum eſſe hoc tormentum ſolet: non qvòd turgens alimento ventriculus ſeptum transverſum impellat: atqve ita reſpirationem offendat: nam vix aliqvando fieri arbitror, ut eatenùs elevari tunc ventriculus poſſit. Ergò nauſeæ duntaxat ac vomitûs ratione, damnoſiſſimus tunc eſſe ſolet cibus aſſumtus: nam in magna illa totius corporis agitatione, promptũ qvoq; eſt turbari ventriculum: atq; ita cibum ad os violenter revolvi: qvi deindè colli vicinarumq; partiũ compreſſione repulſus magnã afferre ſolet moleſtiam. Atq; hoc etiam valido ventriculi motu dum amplius concutitur corpus, novum qvoddam accedit tormenti genus. Haut injuriâ ergò præcipiunt Juriſperiti, ut, qvi ad hoc tormentum ducuntur, per decem ſaltem horas ſe abſtineant à cibo: qvod

qvod qvidem tutiſſimum eſt intervallum. Qvànqvam qvorundam Medicorum obſervatio eſt, ut exiguus ac tenuis cibus in homine integrè ſano ſpatio unius horæ confici debeat: craſſiſſimus verò, multusq́;, decem omninò horas reqvirat: niſi planè vitiata concoctio ſit: qvòd ſi omnia ſint mediocria, qvinq; horis, ajunt, hanc primã concoctionem abſolvi. Sed hi qvatenùs verũ dicant, nihil curiosè perqviro: id unum profiteri poſſum juxta *Galenum* (*6 ſan. tuen. c. 7.*) ſimpliciſſimum cibum, hoc eſt, ſolum panem, aut aliqvando etiam cum palmulis, olivis, aut melle, ſex horarũ intervallo concoqvi poſſe. Qvod fortaſſe tanqvam normam atq; exemplar aliorum omnium, memoriæ mandavit. Qvamobrẽ meliùs mihi ac cautiùs ſenſiſſe videntur Juris periti, qvi in vulgari cibo decem horas ad concoqvendum reqvirunt. Tametſi, ut fatear, bis mihi videre hactenùs contigit, qvi proximè paſti, potiq́ve, nullo indè tamẽ incommodo tormentum ſuſtinuére.

## *CAPUT IV.*

### Mulieres prægnantes, enixæq́ve ac lactantes, an duci debeant ad eqvuleum?

IMmunes etiã ab hoc tormento mulieres ſunt, qvæ uterũ gerunt: atqve ultimis præſertim geſtationis menſibus: facilè enim à moleſtisſima illa concusſione ſuſpenſioneq́ve fœtûs vincula diſrumpuntur, ac neceſſarius abortus ſeqvitur.

Nec eſt fortaſsè, cur eas, qvæ paulo antè conceperunt, nec nimis tumentem uterum gerunt, ſimplicem ſuſpenſionem ſuſtinere poſſe, exiſtimes: nam ipſe *Hippocrates*, (*Lib. de nat. pueri.*) famulam cantatricem ſeptimo à conceptu die, hoc uno abortum facere coëgit, dum ſepties illa ad terram ſaltaret, qvi qvidem motus, ſi tormentum ſpectes, exiguus omninò eſt: ſed tamen ad abortum ſatis.

Puerperas etiam meritò, vel ipſi *Juriſperiti*, (*Jul. Clar. ut ſuprà.*) ab hoc ipſo removent aculeo, niſi tamen qvadrageſimum à partu diem exegerint. Et reverà ingentes cruciatûs parientes fœminas laceſſunt: ut ſcripſerit etiam *Avicennas*, (*21. 3. Tract. 1. cap. 2.*) præ conatu ſeparari tunc juncturas aliqvas, qvæ qvòd ad naturalem redeant ſtatum, fortem eſſe operationem naturæ. Qvanqvam & ante ipſum *Hippocrates*, (*de natura pueri, propè finem.*) coxendices in partu diſparari, clarisſimè affirmavit. Et celebres qvidam Anatomici, qvi ſcil. in his ſtudiis diligenter verſati ſunt, os coccygis duntaxat ſuâ ſede, hoc eſt, ab oſſibus ilium manifeſto interſtitio *dimoveri*, teſtati ſunt. (*Columb. lib. 12.* & *Paræus lib. 23. cap. 13.*) Non autem temerè qvadraginta dierum ſpatium reqvirunt: nam partus & ipſe acerrimum tormentum eſt: ac nihilo chordâ inferius: & ſi qvando idem tormentum repetere illis neceſſe eſt, tot qvoqve dierum ſpatium interponunt. Et qvidem partus ipſe aliqva ratione morboſa

boſa qvædam affectio eſt: ſiqvidem ingentes dolores, ſangvinisqve profluvia, multaqve alia inſpexeris ſymptomata: eſtqve ejus naturæ, ut inter diuturnas ægritudines qvodammodò annumeretur: qvas qvidem per qvadraginta dies terminari, verisſimè docet *Galenus*.(*6. Aph.36.*)

*Lactantes* vero hujus tormenti exortes à ſuo Senatu judicatas eſſe, memorat *Julius Clarus*, nimirum propter infantem: ſic enim lac diſperdi, atqve ad alias vias derivari facilè poſſet: aut certè multâ illa agitatione plurimum vitiari. Fieri etiam poteſt, ut non tam infantis, qvàm ipſius nutricis commoda inſpexiſſet: bona enim melioris ſangvinis pars ab infante exugitur: ut propterea ipſam nutricem imbecillem reddi neceſſe ſit: nam Sacri etiam Canones eas ab Eccleſiaſticis jejuniis immunes eſſe ſtatuerunt.

## CAPUT V.

### Qvi thorace ſunt nimis anguſtô, qvatenus tormentum ferre posſint, & qvæ ſigna ſuſpenſos in eqvuleo periclitari arguant?

QVi nimis *anguſtô thorace* ſunt, adſtrictoqve: qvales præſertim alatos vocant Medici: eminentibus ſcil. humeris, adſtrictis lateribus, & exiguis coſtis: qviqve propterea thoracis morbos, & facilè ſubeunt, ac ægerrimè ferunt: hos ego non raro ab hoc tormento excuſare ſoleo: ſiqvi-

ſiqvidem eò magnitudinis iſta pectoris conſtitutio devenerit, ut jam exigua etiam occaſione actiones ultra modum lædere poſſit. Etenim deprehenſum eſt, hujusmodi homines in hoc cruciatu plurimùm laborare: nam exiguum ab his attrahi refrigerium valet, vix ut ferventisſimo cordis calori ſatis ſit. Notisſimum enim eſt, reſpirationem ipſam in hoc cruciatu plurimùm lædi, compreſſo nimirum thorace, varieqve illis attractis muſculis, qvi ex oſſe pectoris latè enaſcentes brachium adducunt.

Verùm hos omnes alligari qvidem ſines, ſuſpendiqve, ſed tamen attentè obſerves jubeo, num aliqvod ex his ſeſe prodat indicium, qvòd ſuſpenſis aliqvod inſtare periculum demonſtrat. Hæc autem ſunt *nimii ſudores, lividus ac cadaveroſus corporis color, ac brachiorum præſertim, pectoris & capitis:* item *totius corporis delaſſatio ac lentor: vocis langvor,* ac nonnunqvam *& ſtertores: crebrior reſpiratio; ac ſaliva ex ore excidens.* Atqve hæc communia qvædam ſunt ſigna, qvæ magnum aliqvod incommodum his, qvi torqventur, adeſſe oſtendunt. Ergò ſi qvos ita laborantes offenderis, ſolvi eos ſtatim jube, ne ſuſpenſi fortaſsè tuâ magnâ infamiâ deficiant. Atqve ego ſi qvando in hos incido, judicibus ſvadeo, ut ad qvaſſationem properent: ne diuturna ſuſpenſione reſpirationis uſu nimis defatigato, juſtum abſolvi tormentum non posſit: hac tamen adhibita cautione, ut cùm jam non lon-

gè

gè à trochlea ductus eſt reus, reſpondere tum ille à judice compellatur: ſiqve libera atqve expedita videatur eſſe locutio, projici illum ſine: verùm ſi nec facilè loqvi poſſit, aut qvodpiam ex enarratis impedimentis animadverteris, periculoſa tunc erit concusſio: qvocircà ſenſim æqvaliqve lapſu dimitti hominem præcipe: qvod etiam ubiqve ſervandum moneo, ſi qvando futuri periculi ulla ſuſpicio eſt.

Atqve ita de certis qvibusdam corporum conſtitutionibus, qvæ plurimùm in hoc cruciatu afficiuntur! Qvanqvam hoc etiam addiderim, nimirùm ut anguſtum pectus hoc in genere maximè ſolet periclitari: ita eos tutiſſimos eſſe, qvi amplo thorace ſunt. Atqve hoc eſt, ut hoc interim dicam, qvòd fœminæ minùs aliis in hoc tormento laborare utplurimùm conſveverunt: qvoniam ſcil. magno à natura thorace ſunt donatæ. Erat enim neceſſe, ut multa optimi alimenti pars, lactis uſu ad mammas conflueret: ut propter eà ex copioſo alimento latum qvoqve ac robuſtum pectus reddi neceſſe ſit. Nec obſtat, qvòd fœminæ toto corpore, ac præſertim corde, ſunt frigidiores, undè partium potiùs anguſtiæ arguantur, nam imbecilles etiam particulæ frigidioresqve, ſi tamen copioſa alimenti copia perfruantur: robuſtiores fieri ſemper ſolent. Atqve *Amazones* dextram ſibi mammam ideò exurebant, ut vicina manus, ſuſcepto ampliore alimento, qvod ante devenire ad mammas ſolebat, vegetior ac robuſtior fieret.

## *CAPUT VI.*

### Qvænam pectoris vitia à tormento excuſant?

ILlos etiam excuſatos velim, qvi pectoris ac pulmonis morbis non adeò leviter affliguntur: *tuſſi, aſthmate, deſtillatione, purulentia*, ac ſimilibus nonnullis: in qvibus variè lædi ſolet reſpiratio: hi enim tormentum hoc diutius pati non poſſunt: nihil enim in illis magis, qvàm liberum reſpiratum reqvirimus, ut tenacia illa infarctaqve ſputamina, qvorum magnus eſt in his morbis proventus, expui promptè valeant. His autem ſi notabilis putereà accedat thoracis labor, ac compresſio, qvam ab hoc cruciatu fieri ſatis cọnſtat, nihil mirum, ſi repente aliqvando tunc illi deficiant. Sed qvoniam enarrata interdum vitia levia ſunt: ideò hoc tempore projectionem minimè impedient: nam diturnam ſuſpenſionem ne hos qvidem pati poſſe, eſt obſervatum. Utcunqve tamen in his maximè ſuſpenſorum tolerantia ſpectanda eſt, ac variè pro illorum viribus ſtatuendum.

Omnium autem maximè ab hoc tormento removendos illos eſſe, judico, qvi *ſangvinem ex thorace rejectant*: ſuſpenſis enim plurima fit è toto corpore ſangvinis ad thoracem confluxio, locum nimirum illo tempore affectum: qva re vel ſola hæc nimia plenitudo ſatis innovare vulnus, ſciſſuramvè poteſt, qvanqvam illud etiam acce-

accedit incommodum, qvòd tunc non modicè thorax comprimitur, ac valdè etiam conqvaſſatur: ut robuſtas etiam particulas eo tempore diſrumpi contingat. Qvamobrem hos ego tantum abeſt, ut projectionem concuſſionemqve pati poſſe conſentiam, ut ne ipſam qvidem ſimplicem ſuſpenſionem.

## CAPUT VII.

### Qvæ capitis vitia, ac ramicum ſpecies, à tormentis excuſant?

QVi etiam *Epileptici* ſunt, ac *ſcotomici*, ſiqvidem non omninò leves adfectûs fuerint, hos ego nec ſimplicem ſuſpenſionem, nec projectionem ſufferre poſſe, ſine magno diſcrimine ingenuè aſſero. Multa enim in eo termino ſangvinis ac ſpirituum in toto corpore fit agitatio: multa illius ad caput expreſſio; undè facilè qvoqve obſtructio excitabitur: ut nihil etiam mirum, ſi aſſveti inſultus, qvamvis aliqvo antè tempore ſiluerint, tunc redeant, & qvidem vehementiores.

*Scotomicos* etiam qvampromptè moveat conſpectus ab alto, nemo eſt, qvi neſciat, qvamobrem vel his ſolus innovare acceſſionem poteſt. Sed hoc præſertim affirmo, ubi primario affectu cerebrum laborat: nam ſi alicui particulæ conſentiat: alligari tunc eqvidem ſines: atqve interim diligenter intueberis, *qvæ tolerantiæ* ſpes, qvis metus proponitur.

Multis

Multis etiam dignam excuſationem afferre ſolet, ſiqvidem ob *vulnus* capiti inflictum, ita effracta calvaria fuerit, ut perforare etiam os, ac membranam detegere neceſſe fuerit: ſiqvidem magna ea oſſis fractura, ac latè etiam apertum ſit foramen: mihi enim ſatis perſvadeo, cerebrum his, qva parte nudatum oſſe fuit, imbecille eſſe, atqve ab aëre externo aliisqve etiam de cauſis plurimùm offenſum. Qvamobrem nihil mirum, ſi ſuſpenſi manifeſtè lædantur. Qvod ego, cùm aliqvando in multis obſervaſſem, veriſſimis experimentis fidem detrahere neqvaqvam poſſum. Fateor tamen, qvibus exiguum id foramen inductum eſt, non adeò malo affecto eſſe cerebro: ideoqve tormentum ſuſtinere innocuè poſſe.

*Hernioſi* enim ægerrimè hoc tormentum ferunt: ſive ſcrotum, ſive ingven, ſive ipſe plurimùm intumuerit umbiculus: tam magno enim impetu in illa concusſione inteſtina deorſum præcipitant, ut vel hoc uno immenſum ramicem etiam *integris* repentè excitare aliqvando posſit. Verùm ſi exiguus qvispiam in his locis tumor aliqvando offeretur, & qvi modicè-laxatis *objicibus* fiat: aut etiam aqvoſus iſte ſit tumor, qvem *hydrocelen* vocant: ea mihi ſententia eſt, ut ſimplicem ſuſpenſionem nullo incommodo tolerare poſſint, ac concusſionem qvoqve ſimilem aptis qvibusdam faſciis, ac vocatis brachialibus benè hominem munias. Nam hæc etiam

etiam ratione multos ſcio, qvi cùm non exiguam *enterocelen* paterentur, ſimplicem tamen ſuſpenſionem innocuè pertulerunt. Atqve eadem qvoqve ratio eſt in *umbilici eminentia*; qvæ ſi exigua ſit, utramqve tormenti partem admittit: ſin magna à ſola excuſat concuſſione. Sed hæc ut freqvens pueris, ita aliis rarisſima eſt affectio.

## CAPUT VIII.

## Qvæ brachiorum vitia ab eqvuleo excuſant?

PRætereà qvibus aliqvando *effracta* ſunt *brachia*, qvamvis anteà coaluerint, inepti huic tormento jure exiſtimandi; facilè enim contractus callus magno illo concuſſu diſſolvitur. Verùm in his brachiorum fracturis deprehendendis aliqva interdum Medico proponitur difficultas: nam qvibus jam diu oſſa probè coaluerunt, ſæpè aut nullum, aut obſcurum effracti oſſis indicium præbent: præſertim ſi carnoſum ſit brachium: aut tenerâ, ac puerili ætate effractio obtigerit: hoc enim tempore qvoniam mollisſima ſunt oſſa, validè agglutinantur: nam & qvorundam opinio eſt, nec qvidem improbabilis, oſſa qva parte diſrupta coaluerunt, aliqvot annis fieri omninò firmiora, qvàm ubi illæſa integritas eſt: ac callo, qvaſi firmiſſimo glutinio majus adhuc robur comparari: ſic fracta interdum ligna adeò glutinis ope obfirmantur: ut promptiùs alibi, qvàm ubi intercedit ferruminatio, effringi qve-

ant. Ergò ſi fiat, ut in primis ætatis annis brachium frangatur, ac probè coalitum ſit, ſecurè tormentum fieri poteſt: ſin poſteà, ac nulla fracturæ nota tactu deprehendatur, ſuſpendi tantum ſines: adhibita tamen diligentia, ne intereà inſolens aliqvis livor brachium occupet: nam tunc ſtatim ſolvi hominem jubebis, veritus ne iterum brachium effringatur. Excuſare etiam reus certa aliqva brachiorum vitia jure poteſt, à qvibus contrahi illa ac diſtorqveri ſolent, ſitumqve naturalem immutare. Tales ſunt, qvi vulneratos habent articulos, aut qvibus interni muſculi tendinesqve exciſi fuerunt: horum enim brachia ægrè extendi poſſunt: qvòd ſi vi aliqvâ ad extenſionem compelles, obrumpantur tandem, atqve acerrimi dolores excitentur, neceſſe eſt. Inter hos etiam jure illos collocarim, qvi notabile vulnus transverſim inflictum in his muſculis acceperunt, qvi ab oſſe pectoris nati in brachia inſeruntur, atqve illa adducunt: iſtæ enim particulæ omnium maximè in tormento afficiuntur: ſentiuntq; qvi jam pendent, ac magis adhuc, qvi conqvaſſantur, illas dilacerari, ac vi maxima divelli: nam ſi fiat, ut ex vulnere aliqvo pacto contracta ea particula ſit, illam ſine dubio etiam abrumpi oportet.

Qvibus etiam in brachiis inuſti apertiqve ſunt vocati *fonticuli*: ac præſertim, ſi maciem aliqvam diuturno tempore particulæ attulere: hi ægerrimè tormentum ferunt, ac periculum eſt,

eſt, ne brachia indè reddita imbecillia appenſa corporis mole dilacerentur: qvod cuidam fœminæ eveniſſe ſcio: qvæ binâ hujusmodi emiſſaria in brachiis gerebat.

Qvibus etiam utcunqve reſoluta ſunt brachia, hos ego à tormento facilè excluſerim: maximè enim invalida ſunt membra, qvæ paralyſis corripuerit, qvoniam enim animalis in illis functio deperiit: propterea diminutè & particula nutritur: *otioſis* enim atqve in exercitatis partibus, qvales reddit paralyſis, non ſatis alimenti ſubminiſtratur.

Tumores etiam in brachiis doloroſi, ac præſertim ad ipſas manûs: qva parte fune colligari ſolent, (nam in manu nullum negotium faceſſunt) & concuſſu & ſimplici ſuſpenſione homines vindicant. Sunt etiam, qvi poſt primam alligationem, cùm poſtridiè ad tormentum ducerentur, magnas in brachiis ac ſub axillis *echimoſes* oſtendant: ruptis nimirum heſterno tormento exiguis qvibusdam venulis, ac ſangvine ſub cutanea ſpatia effuſo. Sed hoc, (qvod ego obſervare potui) nihil obſtat, qvò minùs & ſuſpenſio & concuſſio tolerari poſſit. Vidi etiam nonnullos, qvibus poſt tormenta pectoralis muſculus, qvem diximus in hoc genere multùm pati, adeò qva præſertim parte in tendinem deſinit, ac brachium attingit, fuit extenuatus, ac redditus imbecillis: ut non ſolùm antiqvum illius robur fuerit imminutum, ſed frigida etiam particula

Q 2 perpetuè

perpetuò ſentiretur, qvamobrem hos ego ſolâ tantùm ſuſpenſione cruciandos, atqve id etiam cautè, permitterem.

Hîc autem qværunt aliqvi, num, *qvibus diſrupta fuit furcula, aut ex coſtis aliqva, debeant tamen ad hoc tormentum admitti?* Ego qvidem id unum profiteri poſſum, cuidam, cui jam callus ad furculæ fracturam erat obductus, dum in tormento conqvaſſaretur, omnia fuiſſe ad ſuum locum reſtituta, impetu ſcil. ab internis foras facto: qvamobrem tantum abeſt, ut ille labor hominem offenderit, ut potiùs ſalutarem fuerit expertus. Nec abſimile eſt, qvod aliqvando eveniſſe *Benivenius* teſtatur, (*de mirand. morbor. cauſ. c. 55.*) architectum ſcil. altero pede claudum, cùm de eminenti turri præceps ruiſſet: non ſolùm ex caſu incommodum non reportavit: ſed rectè deinceps ambulavit. Qvibus autem furcula fuit abrupta, illos ego ad ſimplicem ſuſpenſionem facilè admitto: non ita tamen ad concuſſionem: nam qvo impetu ad naturalem ſitum impelluntur effracta oſſa: eôdem etiam adeò ultra eum extendi poſſent, ut difficilis deindè futura ſit inſtauratio. Et qvod in uno feliciter aliqvando obſervatum eſt, haut ita in cœteris ſimiliter ſucceſſurum puto.

## CAPUT IX.

### Qvæ febres, qvi dolores, viriumqve imbecillitates à tormento excuſant?

*Febres*

FEbres etiam non ita admodum imbecilles, item vehementes qvicunqve corporis dolores, ac notabilis virium imbecillitas, homines ab hoc tormenti genere immunes facit. *Febres* qvidem, nam violento illo corporis motu laboreqve magis accenduntur: totaq́; ſangvinis indè perturbata maſſa facilè majorem obſtructionem ac putredinem, & fortasſis malignitatem, acqvirit.

*Dolores* verò, nam eadem etiam de cauſa moleſtas fluxiones ad laborantes particulas convocare ſolent: hujusmodi autem ſunt vulnera ulceraqve, ſimilesqve continui ſolutiones, ac præſertim in brachiis, ſiqvidem effatu dignæ eſſe videantur. Imbecillitas verò nullos vehementes labores ſufferre unqvam poteſt. Nec tamen qvælibet hujusmodi fuerit imbecillitas, ſed qvæ planè notabilis eſt: ac præſertim poſt acutos morbos relicta.

Atqve hæc omnia diligenter aſſidens Medicus advertat, moneo: atqve interim illud etiam, ne temerè reorum qverelis ac clamoribus moveatur: vix enim qvempiam invenias, qvi tunc aut miniſtrorum non incuſet errores: aut brachiorum humerorumqve, ac cœteri corporis eminentia vitia non conqveratur, ſaluბriter licèt atqve inculpatè tractetur. Sed de his judicandis, qvi tormento perferendo apti eſſe exiſtimantur, ſatis hæc dicta ſint.

## CAPUT X.

## Qvi corporum ſtatus ab itinere faciendo hominem excuſent.

SUnt, qvi judicum ſententiis iter facere procul compelluntur: cui qvidem peragendo qvoniam ſatis eſſe aliqvi non poſſunt: ac nonniſi magno diſcrimine illud aggrediuntur: ideò, qvæ ſint ea corporis vitia, qvæ indè homines excuſare ſoleant, ſi qvando de hoc ipſo referre Medicus debeat, opportunè jam dicam. Porrò iter facere aut terra, aut mari in univerſum ſolemus, & terra qvidem, aut pedibus, aut eqvo, aut vehiculo, aut lecticâ. Diverſa horum omnium eſt ratio: nam iter maritimum, ſive etiam per lacum aut flumina dicere velis, placidisſimum ferè eſt, nullisqve laboribus expoſitum: etenim tametſi à principio fortaſſe *ſtomachum* ſubvertit: (*Aët. tetr. 1. lib. 3. cap. 6.*) attamen paulò pòſt non moleſtè illud fertur: multasqve prætereà capitis ægritudines, oculorum ac pectoris, qvaſi motione illa commotas, depulſat, atqve non mediocriter juvat. Qvin etiam qvartanas & tertianas aliqvas extenſas, & acutorum morborum reliqvias plurimùm maritima adjuvat navigatio. Qvamobrem admiranda ea excuſatio non eſt, qvæ in hujusmodi morbis ac ſimilibus aliis adhibetur, ſi qvidem maritimum iter evitare contendant. Niſi tamen, cùm moleſtæ vomitiones mala aliqva innovare ac commovere per ſe ſolent.

ſolent. Tales fuerint, qvi ſangvinem rejectant, aut tumore aliqvo ventriculi laceſſuntur: hi enim niſi navigationibus anteà aſſveverint, maritimum iter ægerrimè ferre ſolent.

Eqvô autem vehi his præſertim moleſtum eſt, qvi renum aut veſicæ inflammatione, abſceſſu, ulcere laborant. Eqvitatio enim, ut memorat *Aëtius*, maximè ingvinum laſſitudinem facit: ac pectori prætereà inimica eſt. Qvamobrem, qvi ſangvinem ore rejectant, non parùm ab eqvitatione læduntur. Doloroſæ etiam omnes capitis affectiones, ſtomachi, ventris, articulorum, qvæ ſcil. vehementer hominem vexant, qvæqve præſertim à tenui ac calida fluxione originem ducunt, moleſtam eqvitationem experiri ſolent, atqve ad minùs periculoſas particulas pertinent, dentes, oculos, manûs, aut ſimiles alias non admodùm ab hujusmodi itinere lædi obſervamus. Excuſatos illos etiam ſimiliter velim, qvi morbis acutis detinentur, ac febres patiuntur continuas, nec omninò leves, nam qvæ mites ſunt, ac diuturnæ, atqve ex frigida viſcerum obſtructione ortum habent, nihil ab hoc labore excuſant. Non ſemel enim eſt obſervatum, qvi ſimilibus febribus detinentur, ſolitas vitæ actiones muniaqve non ægrè admodum exercere. Qvanqvam iſti etiam affectûs à locorum mutatione non modice adjuvantur.

Hernioſi autem, & qvi hæmorrhoidum fluxum patiuntur, non ita ab eqvitatione offendi

ſolent, nam hujusmodi affectos etiam longisſima itinera nullo incommodo confeciſſe non ſemel obſervavimus.

Qvi autem nimis obæſi ſunt, difficulter eqvidem itineris incommoda ſuſtinere poſſunt, non ob id tamen excuſatos eſſe illos referes. Etenim eqvitationis motio, ſuccuſſante licèt eqvo, excitat nativum calorem: qvi in illis qvaſi ſopitus, multa humoris copiâ obruitur: Fieri tamen poſſet, ut alter tibi *Nicomachus* Smirnæus obveniat, qvi, ceu teſtis eſt *Galenus*, (*de differ. morb. cap.9.*) præ ingenti corporis mole loco moveri non poterat: & tunc qvidem qvid ſtatuendum ſit, ipſa neceſſitas ac periculi promptitudo dictabit.

*Lecticâ* autem geſtari, in qva qvietisſimum iter conficere ſolemus, & adhuc qvietiùs, cùm ſellâ vehimur, etiam nonnullos febrientes ſalubriter poſſe, meminit *Aëtius*, ut jam in levioribus malis nulla admittenda excuſatio ſit. *In lectica enim decumbentes*, inqvit ille, *geſtamus febri lethargicâ, aut ſemitertianâ, aut qvotidiana correptos, ut hinc conſtet, nullum ferè eſſe morbi genus, qvod hujusmodi iter recuſare posſit, ſiqvidem vires eam mutationem ſufferre valeant:* nam qvòd *Celſus* ſcripſit, (*Lib.2. cap.15.*) *nunqvam dolens corpus geſtari debere ſive id in toto, ſive in parte eſt, neqve unqvam in recenti febre*: aſt non explicat, de qva geſtatione intelligat: & ad valetudinis tutelam ſermonem direxit: nos autem non qvòd juvat: ſed qvòd non ita plurimùm nocet, hoc in

loco

loco contemplamur. Sed in his omnibus ſemper virium conſtantia ſpectanda eſt: nam ſi admodùm imbecilles ſint, aut talis ſit morbus, qvi ſua natura celeriter illas dejiciat, à qvocunqve itinere abſtineas jubeo: qvippe qvòd qvanqvam placidisſimæ exercitationis vicem præſtet: ſemper tamen vires exercet, nec niſi in benè valentibus reficere illas poteſt.

*LIBRI II.*

## SECTIONIS QVARTÆ
*De*
## Læſionibus Muſculorum

## *CAPUT I.*
De
## Inſtrumento Motus Voluntarii.

*Scribendi occaſio.*

NOn rarò evenit ut illato *vulnere*, nec dum tamen ejus eventu ſatis perſpecto, noſtra interim à judice poſtuletur ſententia: nimirùm, ut manca, ut functionibus imperfecta indè evaſura ſit corporis particula. Ad qvæ qvidem interrogata non cujusvis eſt ex arte reſpondere, ac ſatisfacere: perito opùs eſt artifice, qvi & partium corporis ſtructuram uſumqve diligenter teneat: & varios

rios vulnerum eventûs ſtudioſè obſervârit. Sed utilisſima hæc etiam tractatio eſt, tametſi longè à foro diſcedas, nam dum magnorum vulnerum eventûs artificioſè prædicis, nullum reprehenſionis locum, ut ait *Galenus*, (*1. Anat. admin. cap. 3.*) qverulis iſtis hominibus relinqves: qvi functionis abolitionem Medicorum curationi non vulneri prius impacto ferunt acceptam. Hujus etiam rei cognitio plurimùm adhuc neceſſaria *eidem* reputatur, (*2. Anat. admin. cap. 23.*) his præſertim, qvi manibus Medicinam exercent: ſive aculeos ac telorum cuſpides eximere: ſive aptè qvidpiam excindere: ſive ſinus abſceſſusve rectè curare, in animo eſt. Prætereà ſcire, à qvibus muſculis extendatur brachium, cubitus, brachiale, fœmur, tibia & pes: à qvibus rurſus inflectatur, tam eſt Medico ad cognoſcendum neceſſarium: ut ne ipſi qvidem Empirici ſcientiam hanc audeant damnare: ſed fateantur potiùs, omnium id genus eſſe utilisſimã. Sed hoc in loco lectores admonitos velim, me non de qvibusvis læſionibus agere impræſentiarum inſtituiſſe: ſed de his tantùm, qvæ ad animalia inſtrumenta præſertim ſpectant: nec illa qvidem omnia, ſed ad nonnulla tantùm inter externa, qvæ voluntarium in nobis conſpicuè exercent motum: nam qvæ offenſiones ac detrimenta vitalibus inſtrumentis ac naturalibus inferuntur, idcircò hîc præterivimus, qvòd convaleſcentibus nobis ad civilia negotia resqve agendas impedimentum

minu-

minimè relinqvant:& à qvibus aut mori fortaſſe homines, aut commodè in eo vitæ genere verſari deindè poſſint. Nam ſi cor pulmonesqve, ſi jecur ac ventriculus ,venæqve vulnus accipiant: illud ſanè aut hominem tollit, aut, ſi evadat, nihil tamen obſtat, qvò minùs voluntarias motiones exerceat, ac de more in civitate verſetur. Sed de hac etiam relationum materia mox integro capite acturus ſum : in qvo de lethalium vulnerum natura, ut vera mortis occaſio deprehendatur, ex inſtituto ediſſeram.

Ergò ut aliqvod noſtræ orationis fundamentum ante conſtituam, illud mihi conceſſum velim, *muſculum* ſcil. ejus motûs eſſe inſtrumentum, (*1. de uſu part. cap. 10. & 16. ejusdem cap. 2.*) qvi noſtræ voluntatis imperio ſubjicitur ; qvem ideò voluntarium & ſpontaneum dicere ſolemus. Nec ulla uſpiã in corpore particula eſt (modò talem ſortita ſit motum ) qvin in ſe muſculos habeat inſertos. *Tres* autem muſculi ſunt partes : extremæ duæ nervoſiores,media verò carnoſa. At *muſculi principium*, (*de ſucc. bonit. cap. 4. & primò de motu muſcul. cap. 1.*) qvod etiam caput, atqve exortum appellant, ex osſibus prodit : medium verò, qvem ventrem vocant, multasq; habet in ſe diſperſas fibras, qvæ ex ligamentis & nervis diducuntur. Extremum verò tendo nuncupatur,qvoniam ejus actio tendere eſt : tum etiam enervatio : nam in eum finire videtur muſculus. Ex multis autem ſimul commixtis fibris

ant. Ergò ſi fiat, ut in primis ætatis annis brachium frangatur, ac probè coalitum ſit, ſecurè tormentum fieri poteſt: ſin poſteà, ac nulla fracturæ nota tactu deprehendatur, ſuſpendi tantum ſines: adhibita tamen diligentia, ne intereà inſolens aliqvis livor brachium occupet: nam tunc ſtatim ſolvi hominem jubebis, veritus ne iterum brachium effringatur. Excuſare etiam reus certa aliqva brachiorum vitia jure poteſt, à qvibus contrahi illa ac diſtorqveri ſolent, ſitumqve naturalem immutare. Tales ſunt, qvi vulneratos habent articulos, aut qvibus interni muſculi tendinesqve excìſi fuerunt: horum enim brachia ægrè extendi poſſunt: qvòd ſi vi aliqvâ ad extenſionem compelles, obrumpantur tandem, atqve acerrimi dolores excitentur, neceſſe eſt. Inter hos etiam jure illos collocarim, qvi notabile vulnus transverſim inflictum in his muſculis acceperunt, qvi ab oſſe pectoris nati in brachia inſeruntur, atqve illa adducunt: iſtæ enim particulæ omnium maximè in tormento afficiuntur: ſentiuntq; qvi jam pendent, ac magis adhuc, qvi conqvaſſantur, illas dilacerari, ac vi maxima divelli: nam ſi fiat, ut ex vulnere aliqvo pacto contracta ea particula ſit, illam ſine dubio etiam abrumpi oportet.

Qvibus etiam in brachiis inuſti apertiqve ſunt vocati *fonticuli*: ac præſertim, ſi maciem aliqvam diuturno tempore particulæ attulere: hi ægerrimè tormentum ferunt, ac periculum

eſt,

eſt, ne brachia indè reddita imbecillia appenſa corporis mole dilacerentur: qvod cuidam fœminæ eveniſſe ſcio: qvæ binâ hujusmodi emiſſaria in brachiis gerebat.

Qvibus etiam utcunqve reſoluta ſunt brachia, hos ego à tormento facilè excluſerim: maximè enim invalida ſunt membra, qvæ paralyſis corripuerit, qvoniam enim animalis in illis functio deperiit: propterea diminutè & particula nutritur; *otioſis* enim atqve in exercitatis partibus, qvales reddit paralyſis, non ſatis alimenti ſubminiſtratur.

Tumores etiam in brachiis doloroſi, ac præſertim ad ipſas manûs: qva parte fune colligari ſolent, (nam in manu nullum negotium faceſſunt) & concuſſu & ſimplici ſuſpenſione homines vindicant. Sunt etiam, qvi poſt primam alligationem, cùm poſtridiè ad tormentum ducerentur, magnas in brachiis ac ſub axillis *echimoſes* oſtendant: ruptis nimirum heſterno tormento exiguis qvibusdam venulis, ac ſangvine ſub cutanea ſpatia effuſo. Sed hoc, (qvod ego obſervare potui) nihil obſtat, qvò minùs & ſuſpenſio & concuſſio tolerari poſſit. Vidi etiam nonnullos, qvibus poſt tormenta pectoralis muſculus, qvem diximus in hoc genere multùm pati, adeò qva præſertim parte in tendinem deſinit, ac brachium attingit, fuit extenuatus, ac redditus imbecillis: ut non ſolùm antiqvum illius robur fuerit imminutum, ſed frigida etiam particula

perpetuò ſentiretur, qvamobrem hos ego ſolâ tantùm ſuſpenſione cruciandos, atqve id etiam cautè, permitterem.

Hîc autem qværunt aliqvi, num, *qvibus diſrupta fuit furcula, aut ex coſtis aliqva, debeant tamen ad hoc tormentum admitti?* Ego qvidem id unum profiteri poſſum, cuidam, cui jam callus ad furculæ fracturam erat obductus, dum in tormento conqvaſſaretur, omnia fuiſſe ad ſuum locum reſtituta, impetu ſcil. ab internis foras facto: qvamobrem tantum abeſt, ut ille labor hominem offenderit, ut potiùs ſalutarem fuerit expertus. Nec abſimile eſt, qvod aliqvando eveniſſe *Benivenius* teſtatur, (*de mirand. morbor. cauſ. c.55.*) architectum ſcil. altero pede claudum, cùm de eminenti turri præceps ruiſſet: non ſolùm ex caſu incommodum non reportavit: ſed rectè deinceps ambulavit. Qvibus autem furcula fuit abrupta, illos ego ad ſimplicem ſuſpenſionem facilè admitto: non ita tamen ad concuſſionem: nam qvo impetu ad naturalem ſitum impelluntur effracta oſſa: eòdem etiam adeò ultra eum extendi poſſent, ut difficilis deindè futura ſit inſtauratio. Et qvod in uno feliciter aliqvando obſervatum eſt, haut ita in cœteris ſimiliter ſucceſſurum puto.

## *CAPUT IX.*

### Qvæ febres, qvi dolores, viriumqve imbecillitates à tormento excuſant?

*Febres*

FEbres etiam non ita admodum imbecilles, item vehementes qvicunqve corporis dolores, ac notabilis virium imbecillitas, homines ab hoc tormenti genere immunes facit. *Febres* qvidem, nam violento illo corporis motu laboreqve magis accenduntur: totaq; ſangvinis indè perturbata maſſa facilè majorem obſtructionem ac putredinem, & fortasſis malignitatem, acqvirit.

*Dolores* verò, nam eadem etiam de cauſa moleſtas fluxiones ad laborantes particulas convocare ſolent: hujusmodi autem ſunt vulnera ulceraqve, ſimilesqve continui ſolutiones, ac præſertim in brachiis, ſiqvidem effatu dignæ eſſe videantur. Imbecillitas verò nullos vehementes labores ſufferre unqvam poteſt. Nec tamen qvælibet hujusmodi fuerit imbecillitas, ſed qvæ planè notabilis eſt: ac præſertim poſt acutos morbos relicta.

Atqve hæc omnia diligenter aſſidens Medicus advertat, moneo: atqve interim illud etiam, ne temerè reorum qverelis ac clamoribus moveatur: vix enim qvempiam invenias, qvi tunc aut miniſtrorum non incuſet errores: aut brachiorum humerorumqve, ac cœteri corporis eminentia vitia non conqveratur, ſalubriter licèt atqve inculpatè tractetur. Sed de his judicandis, qvi tormento perferendo apti eſſe exiſtimantur, ſatis hæc dicta ſint.

## CAPUT X.

## Qvi corporum ſtatus ab itinere faciendo hominem excuſent.

SUnt, qvi judicum ſententiis iter facere procul compelluntur: cui qvidem peragendo qvoniam ſatis eſſe aliqvi non poſſunt: ac nonniſi magno diſcrimine illud aggrediuntur: ideò, qvæ ſint ea corporis vitia, qvæ indè homines excuſare ſoleant, ſi qvando de hoc ipſo referre Medicus debeat, opportunè jam dicam. Porrò iter facere aut terra, aut mari in univerſum ſolemus, & terra qvidem, aut pedibus, aut eqvo, aut vehiculo, aut lecticâ. Diverſa horum omnium eſt ratio: nam iter maritimum, ſive etiam per lacum aut flumina dicere velis, placidisſimum ferè eſt, nullisqve laboribus expoſitum: etenim tametſi à principio fortaſſe *ſtomachum* ſubvertit: (*Aët. tetr. 1. lib. 3. cap. 6.*) attamen paulò poſt non moleſtè illud fertur: multasqve præterea capitis ægritudines, oculorum ac pectoris, qvaſi motione illa commotas, depulſat, atqve non mediocriter juvat. Qvin etiam qvartanas & tertianas aliqvas extenſas, & acutorum morborum reliqvias plurimùm maritima adjuvat navigatio. Qvamobrem admiranda ea excuſatio non eſt, qvæ in hujusmodi morbis ac ſimilibus aliis adhibetur, ſi qvidem maritimum iter evitare contendant. Niſi tamen, cùm moleſtæ vomitiones mala aliqva innovare ac commovere per ſe ſolent,

ſolent. Tales fuerint, qvi ſangvinem rejectant, aut tumore aliqvo ventriculi laceſſuntur: hi enim niſi navigationibus anteà aſſveverint, maritimum iter ægerrimè ferre ſolent.

Eqvô autem vehi his præſertim moleſtum eſt, qvi renum aut veſicæ inflammatione, abſceſſu, ulcere laborant. Eqvitatio enim, ut memorat *Aëtius*, maximè ingvinum lasſitudinem facit: ac pectori prætereà inimica eſt. Qvamobrem, qvi ſangvinem ore rejectant, non parùm ab eqvitatione læduntur. Doloroſæ etiam omnes capitis affectiones, ſtomachi, ventris, articulorum, qvæ ſcil. vehementer hominem vexant, qvæqve præſertim à tenui ac calida fluxione originem ducunt, moleſtam eqvitationem experiri ſolent, atqve ad minùs periculoſas particulas pertinent, dentes, oculos, manûs, aut ſimiles alias non admodùm ab hujusmodi itinere lædi obſervamus. Excuſatos illos etiam ſimiliter velim, qvi morbis acutis detinentur, ac febres patiuntur continuas, nec omninò leves, nam qvæ mites ſunt, ac diuturnæ, atqve ex frigida viſcerum obſtructione ortum habent, nihil ab hoc labore excuſant. Non ſemel enim eſt obſervatum, qvi ſimilibus febribus detinentur, ſolitas vitæ actiones muniaqve non ægrè admodum exercere. Qvanqvam iſti etiam affectûs à locorum mutatione non modice adjuvantur.

Hernioſi autem, & qvi hæmorrhoidum fluxum patiuntur, non ita ab eqvitatione offendi

ſolent, nam hujusmodi affectos etiam longisſima itinera nullo incommodo confeciſſe non ſemel obſervavimus.

Qvi autem nimis obæſi ſunt, difficulter eqvidem itineris incommoda ſuſtinere poſſunt, non ob id tamen excuſatos eſſe illos referes. Etenim eqvitationis motio, ſuccuſſante licèt eqvo, excitat nativum calorem: qvi in illis qvaſi ſopitus, multa humoris copiâ obruitur: Fieri tamen poſſet, ut alter tibi *Nicomachus* Smirnæus obveniat, qvi, ceu teſtis eſt *Galenus, (de differ. morb. cap. 9.)* præ ingenti corporis mole loco moveri non poterat: & tunc qvidem qvid ſtatuendum ſit, ipſa neceſſitas ac periculi promptitudo dictabit.

*Lecticâ* autem geſtari, in qva qvietisſimum iter conficere ſolemus, & adhuc qvietiùs, cum ſellâ vehimur, etiam nonnullos febrientes ſalubriter poſſe, meminit *Aëtius*, ut jam in levioribus malis nulla admittenda excuſatio ſit. *In lectica enim decumbentes,* inqvit ille, *geſtamus febri lethargicâ, aut ſemitertianâ, aut qvotidiana correptos, ut hinc conſtet, nullum ferè eſſe morbi genus, qvod hujusmodi iter recuſare poſſit, ſiqvidem vires eam mutationem ſufferre valeant:* nam qvòd *Celſus* ſcripſit, (*Lib. 2. cap. 15.*) *nunqvam dolens corpus geſtari debere ſive id in toto, ſive in parte eſt, neqve unqvam in recenti febre*: aſt non explicat, de qva geſtatione intelligat: & ad valetudinis tutelam ſermonem direxit: nos autem non qvòd juvat: ſed qvòd non ita plurimùm nocet, hoc in

loco

loco contemplamur. Sed in his omnibus ſemper virium conſtantia ſpectanda eſt: nam ſi admodùm imbecilles ſint, aut talis ſit morbus, qvi ſua natura celeriter illas dejiciat, à qvocunqve itinere abſtineas jubeo: qvippe qvòd qvanqvam placidisſimæ exercitationis vicem præſtet: ſemper tamen vires exercet, nec niſi in benè valentibus reficere illas poteſt.

*LIBRI II.*

## SECTIONIS QVARTÆ

*De*

## Læſionibus Muſculorum

## *CAPUT I.*

De

## Inſtrumento Motus Voluntarii.

*Scribendi occaſio.*

NOn rarò evenit ut illato *vulnere*, nec dum tamen ejus eventu ſatis perſpecto, noſtra interim à judice poſtuletur ſententia: nimirùm, ut manca, ut functionibus imperfecta indè evaſura ſit corporis particula. Ad qvæ qvidem interrogata non cujusvis eſt ex arte reſpondere, ac ſatisfacere: perito opùs eſt artifice, qvi & partium corporis ſtructuram uſumqve diligenter teneat: & varios

rios vulnerum eventûs ſtudioſè obſervârit. Sed utilisſima hæc etiam tractatio eſt, tametſi longè à foro diſcedas, nam dum magnorum vulnerum eventûs artificioſè prædicis, nullum reprehenſionis locum, ut ait *Galenus*, (*1. Anat. admin. cap. 3.*) qverulis iſtis hominibus relinqves: qvi functionis abolitionem Medicorum curationi non vulneri priùs impacto ferunt acceptam. Hujus etiam rei cognitio plurimùm adhuc neceſſaria *eidem* reputatur, (*2. Anat. admin. cap. 23.*) his præſertim, qvi manibus Medicinam exercent: ſive aculeos ac telorum cuſpides eximere: ſive aptè qvidpiam excindere: ſive ſinus abſceſſusve rectè curare, in animo eſt. Præterea ſcire, à qvibus muſculis extendatur brachium, cubitus, brachiale, fœmur, tibia & pes: à qvibus rurſus inflectatur, tam eſt Medico ad cognoſcendum neceſſarium: ut ne ipſi qvidem Empirici ſcientiam hanc audeant damnare: ſed fateantur potiùs, omnium id genus eſſe utilisſimã. Sed hoc in loco lectores admonitos velim, me non de qvibusvis læſionibus agere impræſentiarum inſtituiſſe: ſed de his tantùm, qvæ ad animalia inſtrumenta præſertim ſpectant: nec illa qvidem omnia, ſed ad nonnulla tantùm inter externa, qvæ voluntarium in nobis conſpicuè exercent motum: nam qvæ offenſiones ac detrimenta vitalibus inſtrumentis ac naturalibus inferuntur, idcircò hic præterivimus, qvòd convaleſcentibus nobis ad civilia negotia resqve agendas impedimentum mini-

minimè relinqvant:& à qvibus aut mori fortaſſe homines, aut commodè in eo vitæ genere verſari deindè poſſint. Nam ſi cor pulmonesqve, ſi jecur ac ventriculus ,venæqve vulnus accipiant: illud ſanè aut hominem tollit, aut, ſi evadat, nihil tamen obſtat, qvò minùs voluntarias motiones exerceat, ac de more in civitate verſetur. Sed de hac etiam relationum materia mox integro capite acturus ſum : in qvo de lethalium vulnerum natura, ut vera mortis occaſio deprehendatur, ex inſtituto ediſſeram.

Ergò ut aliqvod noſtræ orationis fundamentum ante conſtituam, illud mihi conceſſum velim, *muſculum* ſcil. ejus motûs eſſe inſtrumentum, (*1. de uſu part. cap. 10. & 16. ejusdem cap. 2.*) qvi noſtræ voluntatis imperio ſubjicitur : qvem ideò voluntarium & ſpontaneum dicere ſolemus. Nec ulla uſpiã in corpore particula eſt (modò talem ſortita ſit motum ) qvin in ſe muſculos habeat inſertos. *Tres* autem muſculi ſunt partes : extremæ duæ nervoſiores, media verò carnoſa. At *muſculi principium*, (*de ſucc. bonit. cap. 4. & primô de motu muſcul. cap. 1.*) qvod etiam caput, atqve exortum appellant, ex osſibus prodit : medium verò, qvem ventrem vocant, multasq; habet in ſe diſperſas fibras, qvæ ex ligamentis & nervis diducuntur. Extremum verò tendo nuncupatur, qvoniam ejus actio tendere eſt : tum etiam enervatio : nam in eum finire videtur muſculus. Ex multis autem ſimul commixtis

fibris conſtituitur, inſeriturqve aut in os, aut in alium muſculum ejus ſcil. particulæ, qvæ movenda eſt. Nec obſtat, qvòd aliqvando dixerit *Galenus*, (*10. de uſu part. 9. & 12. ejusdam c. 3.* tendonem, non muſculum voluntarii motûs eſſe inſtrumentum, ac muſculum tendonis gratia fuiſſe conſtitutum: nam & tendo reverà eſt muſculi pars, & cui actio ante alia debeatur: ac muſculus integrum eſt inſtrumentum, ut parum interſit, huic ne, an illi functionis proprietas tribuatur. *Sic* oculus nulli non viſionis inſtrumentum reputatur: omnis tamen videndi actio ad *cryſtallinum* humorē, ut ad potiſſimā inſtrumenti partem, veriſſimè refertur.

## CAPUT II.

### Qvæ muſculorum ſectiones, qvas motuum læſiones in univerſum faciant?

Cum igitur ſatis conſtet, *muſculum* voluntarii motûs inſtrumentū eſſe: neceſſe etiam fuerit, muſculis utcunqve læſis lædi etiam ejus particulæ motum, qvi illi muſculo fuerit familiaris. *Ergò* totis muſculis per transverſum abſcisſis (*1. de motu muſc. 4.*) penitùs etiam in ſubjectis particulis motum perire neceſſe eſt: inciſis autem læditur tantùm: læſionis autem qvantitas qvantitatem ſectionis ſeqvitur: magis qvidem pereunte motu in majoribus ſectionibus: minus autem in minoribus: qvæ omnia etiam de tendonibus mihi dicta intellige; etenim & hos ſi totos abſci-

abſcideris, omnem diſſolves particulæ motum, ſi verò incideris, tantum lædes, qvantum incidiſti : nec minùs etiam de illorum capitibus: nam cujusqve capite diſſecto, inqvit *Galenus*, ( *Anatom. admin. 8.* ) non ampliùs functionem obit, itaqve ſi muſculus capite ſimplici unoqve conſtat, facillimum eſt, illud ſecantem motu ipſo privare: ſin autem pluribus, omnia ipſa incidere oportet.

Qvod autẽ paulò antè dictũ à nobis eſt, debere totos muſculos per transverſum incidi, ut pereat particulæ actus, non negligenter intelligas velim: non enim qvæcunqve muſculorum inciſio, aut etiam tendinum particulæ, functionem tollit: ſed tantùm, qvæ transverſa eſt, & qvam *Galenus* ad rectos angulos fieri docet. ( *1. Anatom. admin 3.*) Qvod qvidem ut noviſſe neceſſarium eſt Medico, qvi futuras partium læſiones advertere debet, ita difficile eſt: non enim omnes fibræ, ut ait *Galenus*, ſecundùm muſculi longitudinem perpetuò ſimiles exiſtunt: ſed variam internam compoſitionem ſortiri ſolent: ſic qvidam muſculi ſimplicem habent fibrarum naturam: nonnulli duplicem: ut pluribus ſibi mutuò incumbentibus muſculis ſimiles eſſe videantur. Qvin & fibras inter ſe longitudine contrarias continent. Hæc autem etſi diligenter hi intueri debet, qvi exactam harum rerum ſcientiam tenere deſiderant : Attamen multiplex iſta fibrarum varietas hautqvaqvam plurimùm fatigare nos debet.

Omnes

Omnes enim muſculi fibras habent, plurimum, ſecundùm ſuam longitudinem correctas: raroqve in eis reperies transverſas, aut obliqvas: ſi eorum ſpectes multitudinem, qvi ſecundùm longitudinem habent. Etenim *Veſalius (de fabr. hum. c. 3.)* tribus tantùm muſculorum generibus multiplices tribuit fibras: his nimirum, qvi brachium pectori adducunt: tum ei qvi ſcapulam movet: qvi duplices habent fibras, tum qvi genas, ac labra. Hæc igitur admonere interim lectores volui, ut qvæ in plerisqve muſculorum vulneribus ſæpè communia præcepta obtingunt, ne eadem ſæpiùs repetere ulla occaſione compellat.

## *CAPUT III.*

### Inſtitutiones qvædam univerſales, Medico ad prædicendum in hoc genere utiliſſimæ.

Anteqvam de vulneratis particulis ſpeciatim ſermonem inſtituam, qvædam in univerſum præfari lubet, qvæ non exiguam opem his, qvæ poſteà dicentur, ſunt allatura. Ergò illud ante alia admonebo: nimirùm vulnera omnia, qvæ in externa prioreqve corporis regione accipiuntur, extenſioni ſemper officere, qvæ vero interna, flexioni. Internos enim muſculos flectendæ particulæ authores eſſe: externos verò extendendæ, ipſe abundè demonſtravit *Galenus.* (*1. de motu muſc.*

*muſc.5. 3 de fractur. com 42. 1. de muſc motus 5.*) Muſculus enim hactenus operatur, dum ſuum initium versùs *contrahitur*: ac particulam, qvæ movetur, ad ſeipſum adducit: ſive id fiat toto muſculo adverſus caput attracto: ſive potiùs, dum *ille* inſeipſum qvaſi conglobatur, ac cogitur: nam & hoc etiam aliqvando ſignificavit *Galenus*, (*6. Met. 5. 12. de uſu part. 8.*) dum muſculos in agendo tendi, ac veluti contractos rotundari adfirmat, dumqve *alibi* muſculi actionem non aliam eſſe, inqvit, qvàm coitum in ſeſe contractionemqve.

Prætereà diligenter illud eſt adnotadum, ſive *externi* tantùm, (*1. de motu. muſc. 5. & 3. anat. admin. cap. 9.*) ſive interni reſecentur muſculi, in utraqve figura immobilem ſemper particulam remanere: nam nec ſola extenſio, nec ſola flexio, in particula otiari poteſt, ſed utramqve ſimul vigere, aut perire neceſſe eſt: non qvòd ea, qvæ ſuos integros habet muſculos, reverà pereat operatio: ſed qvòd hi motûs invicem ſibi ſuccedunt: nam ſi internus muſculus, qvi particulam flectit, ſanus ſit, cæſo interim externo, qvi eundem ſolebat extendere: flectet ille qvidem primo: poſteà vero non ampliùs flectet: niſi partem rursùs ipſe extenderis: extenſæ enim flexio eſt. Nec abſimilis etiam eſt ratio, ſi cæſo interno muſculo, qvi flexionis eſt opifex, reſtet illæſus externus: extendet enim hic primò, poſteà verò non ampliùs extendet; niſi forſitan

tuis

tuis ipſe manibus perditam vulnerati muſculi operationem ſupplens, aut extendas flexam, aut flectas extenſam, tunc enim ſanus muſculus ſuam operationem denuò aggredietur. Illud etiam ſilentio prætereundum non eſt, qvòd cùm nonnullæ corporis particulæ multis articulis diſtingvantur, non, ubicunqve inciſio facta eſt, ejus particulæ functio propriè laborabit: ſed illius, qvæ ſubjicitur, ac vulneratæ particulæ per articulum colligatur. Ducuntur enim muſculi ex ſuperjacentibus oſſibus, in qvibus ſunt cotylæ: inſerta autem ſunt poſt principia ſubjacentium, qvæ erant movenda: & per hos in tenſos capitibus ſursùm tractis, ſimul cum eis totum membrum ſursùm trahitur, qvod uberrimè nos docuit Galenus. (*Cap. 9. lib. de Mot. Muſc.*)

Qvocircà ſi functiones, qvæ in cubito ſunt, læſurum ſit vulnus, illud qvidem in brachio infligatur neceſſe eſt, ſi verò, qvæ in brachio, profectò vulnus ad ſcapulam vicinasqve regiones acceptum ſit oportet.

Prætereà hoc etiam memoriæ mandandum, non ſemper ex unius muſculi integrâ exciſione, ſtatim etiam propriam particulæ functionem interituram: nam ſi *hæc* ita certo alicui muſculo ſit peculiaris, ut nulli prætereà alii conveniat: credendum eqvidem fuerit, totam particulam inutilem reddi, ſiqvidem illius actione privetur. At ſi plures muſculi in communem actionem conſpirent,

ſpirent, haut ſatis unius detrimentum fuerit, ut univerſa particulæ actio depereat.

## CAPUT IV.

## Frontis ac palpebræ ſuperioris vulnera qvidnam detrimenti relinqvant?

SI qvis in fronte vulnus accipiat, præſertim juxta ſupercilia, ubi carnoſiores ſunt fibræ: ſiqvidem in longitudinem illatum ſit: ac ſecundùm fibrarum rectitudinem, nullum inductâ cicatrice ſubeſſe functionis detrimentum ſolet. Si verò transverſum, nec omninò in ſuperficie: dices, ipſa *ſupercilia*, & cutim omnem contiguam, deorsùm convulſuram: atqve oculis, qvibus iſtæ particulæ incumbunt, non exiguam indè moleſtiam affuturam: oculosqve nec liberè aperiri: nec integrè ſuo munere poſthac fungi licere. Atqve hæc ſimplex fuerit, & qvantum ad judicum pertinet poſtulata, veriſſima qvoqve relatio. Sed ne tantum vera retuliſſe: at cum aliqvo etiam artificio videaris: præſtabit aliqvando, inſtrumenti, h. e. muſculi actionis opificis exortum ipſamqve inſertionem, ac fibrarum ductum exponere: nonnullaqve prætereà alia, qvæ tibi ad præſentem occaſionem opportuna eſſe videbuntur. Si igitur de hoc tibi frontis vulnere enarrare aliqvando neceſſe ſit, hæc etiam his, qvæ modò dicta ſunt, accommodabis.

Nimirùm ſubſtantiam hanc, qvæ frontiſubjecta eſt, ipſiqve tenaciſſimè adhæret, *Galenum*

(*4. Anatom. admin. 6.*) non muſculum, ſed muſculoſam cutem nuncupaſſe, ac *Veſalium* ne muſculoſam qvidem, ſed carneam planè membranam, qvæ pluribus carneis fibris exaucta ſit. Aliter autem ſenſiſſe *Fallopium*, qvi prorsùs muſculum appellavit, hoc ipſum enim & motum & fibras atteſtari. Duos etiam infronte muſculos agnoſcit *Realdus*: viditqve aliqvando, altera frontis parte convulſa, ſanam aliam ac ſui muneris integram ſuperſuiſſe: qvod in ipſa etiam ſectione non rarò deprehendit, aitqve prætereà, terminari hos muſculos in communem illam ſuturam, qvæ oſſi capitis à ſuperioris maxillæ oſſibus interſtingvit. *Nullo* etiam tendine hi muſculi donati ſunt: qvòd ſcil. non os aliqvod, ſed cutis tantùm erat movenda.

Fibras autem, qvarum ratio nobis præcipuè habenda eſt, *Veſalius* rectô tramite percurrere ait, à naſi ſummo usqve ad dimidiam frontis ſedem. *Columbus* verò non rectas, ſed obliqvas obſervat: à ſummo ſcil. naſo versùs tempora. Uſus verò inſtrumenti eſt, ut ſupercilia attollat. Atqve hæc, qvæ de frontis vulnere attulimus, tu ipſe oblatæ occaſioni variè accommodabis. Qvanqvam hoc in loco prætereundum non eſt, qvòd *Hippocrates* in coacis prædictionibus memoriæ prodidit: nimirùm ex vulneribus, qvæ vel ſupercilio, vel paulò altiùs infliguntur viſum obſcurari: & qvantò vulnus fuerit recentius, eò magis videre homines, ac tardiùs evaneſcēte cicatrice,

trice, magis obſcurari viſum. Etenim, ut declarat *Hollerius*, propter viciniam & conſenſum in vicino oſſe communibus membranis, & qvibusdam venis laborant oculi, atqve obſcurantur: magis qvidem procedente morbo, difficiliore ſcil. ulcere, ac tardiùs cicatricem ducente. Atqve hæc Hippocrates, cui qvidem ut ſummam autoritatem non detraho: ita id ingenuè fateor, mihi ſcil. hoc ipſum ſæpiùs in qvotidianis obſervationibus perqvirenti nihil tale hactenus compertum eſſe potuiſſe. Superior etiam palpebra (nam inferior planè eſt immobilis,) ſi ſaucia ſit, illo ſcil. toto ſpatio, qvòd inter majorem minoremqve angulum qvos canthos appellant, interponitur, haut difficilè fuerit, ex natura ac ſitu muſculorum prædicere, ſi transverſa ea inciderit percuſſio, univerſam palpebræ functionem eſſe perituram: ſiqvidem omnem illius profunditatem enſis attigerit, qvod ſi non adeò magna inciſio eſt, dices, illud tantùm palpebræ defuturum, ne liberè claudi poſſit. Qvanqvam vix fieri arbitror, qvin utriusqve muſculi pereat functio nam ea, qvæcunqve eſt, tenuis eſt ſubſtantia, & fibris non parum commixta. Verùm *duo* in ſuperiore palpebra efformati ſunt muſculi, alter qvidem in majore angulo aqud naſum obliqvus, ad dimidiam tarſi partem adveniens, & hic palpebram flectit: alter verò & ipſe obliqvus, à ſupercilio propè minorem angulum exoriens ad eſs qvam tarſi partem dimidiam accedit: cujus

eſt munus, ſursùm palpebram attollere: ita enim conſtitutos eſſe utriusqve muſculi exortus decebat: nam & muſculos omnes versùs proprium principium tendi neceſſe eſt. Qvanqvam hîc notat *Fallopius* priorem ſcil. muſculum non omninò ex media majoris anguli ſede, ut ſenſiſſe, inqvit, *Galenum* & *Veſalium*, *enaſci*: ſæpè enim illum locum incidi exuriqve, ut in ſanando Ægilope conſvevit: nec indè tamen ullam palpebræ læſionem ſeqvi. Advertit ergò, ab interiore parte eum muſculum originem ducere: undè etiam alius procedit, qui ad ſuperiora oculum attollit. Sed hoc ipſum omnium primus obſervavit *Galenus*, (*10. de uſu part. 1.*) ut turpiter proptereà Magiſtri diligentiam ille ſibi adſcripſerit.

## CAPUT V.

### Buccarum ac labiorum: itemqve inferioris maxillæ & maſticationis functiones, qvarum partium vulneribus impediantur.

UT autem ad *buccarum* læſiones deſcendam: latus qvidem muſculus ſub cute in collo exiſtit: qvem omnium primus advertit *Galenus*: (*de ſect. muſcul. cap. 1.*) tenuis ille ac membranoſus: qvem etiam, ſi lubet, muſculoſam ſubſtantiam aut dilatationem muſculoſam appellabis. Univerſæ autem cuti, qvæ circa collum eſt, in orbem ſubtenditur: atqve in priori qvidem parte deor-

deorſum fertur usqve ad claviculas: in poſterio-ri verò juxta ſcapularum ſpinas ad Metaphreni i. e. dorſi principium. Horum autem uſus eſt, buccas à ſeipſis mutuò ad latera, citra inferioris maxillæ motionem, orisqve apertionem, abducere: qvas qvidem functiones ex hujus muſculi vulnere lædi neceſſe eſt. Hujusmodi enim actio in *ſpaſmo*, qvi cynicus dicitur, clariſſimè inſpicitur: in hoc enim prædictus muſculus maximè intenditur, atqve ad ſuam originem contrahitur.

Verùm ne in referenda ſententia aliqvid prætermittas: hujus muſculi fibræ non eundem ubiqve ductum ſervant: nam partim rectà ſurſum ad labra deferuntur, ut in ea muſculi parte, qvæ ab oſſe pectoris, ac media claviculæ regionem ſursùm aſcendunt, partim verò obliqvè ab eadem contendunt: ut in ea portione, qvæ ex reliqva clavicula, ſummoqve humero ac ſcapulis cervicisqve ſedibus exoritur. Ut jam videas, qvò versùs tendere debeat ſectio, ſi per transverſum fibræ ſint diſſecandæ, qvalia duntaxat vulnera functionibus officere, dictum eſt anteà. Atq; hæc ex *Galeno*, cui tamen *Columbus*, diligens Anatomicus, neqvaqvam aſſentitur: putat enim, buccarum motionum artifices muſculos inter utramqve maxillam ſitos, eſſe, naſciqve à gingivis, atqve in gingivas deſinere ac latum illum muſculum labia tantùm deorſum obliqve trahere, orisqve apertioni deſervire affirmat. *Labrorum*

autem motiones ita ex vulnere offendi ſolent: cùm enim duo muſculi à malis obliqvè deſcendant, totidemqve adſcendant ab extrema maxilla, ubi eſt mentum: illi ſuperius labrum, hi verò inferius & conſtituunt & movent. Si igitur hæs ſpatia, qvæ prædictis finibus continentur, conſaucies, enarratos motûs ſine dubio offendes.

Sed diligenter advertendum hîc eſt, horum muſculorum fibras variè eſſe contextas, inter ſe enim commiſceri ac complicari, qvamobrem qvoqvò versùm vulnus inferatur, ſemper eſſe transverſum, ac fibras diſrumpere. Inferioris autem maxillæ functionum læſiones, qvibus læſis particulas deprehendas, non erit admodum difficile. Si cui enim in ea regione plagam infligas, qvæ inter aurem & frontem osqve jugale, qvaſi imperfectus qvidam circulus interjacet: (temporus appellant) jam inferioris maxillæ atqve oris ad ſuperiora attractionem, clauſionemqve offendes. Subeſt enim muſculus temporalis, (*11. de uſu part. 4.*) qvem etiam rotaphitem vocant, qvi à verticis, frontis ac temporis oſſe enatus, curvo acumini maxillæ inferioris affigitur: illamqve ſursùm trahit, atqve os claudit. Hujus autem muſculi fibræ à circumferentia ad centrum pro grediuntur, cujusmodi nulli prætereà inſunt muſculo.

Sed hîc cautè prædicas velim: *nam* hujus muſculi læſiones non ſolùm inferioris maxillæ expoſitam

poſitam actionem labefactant: ſed ſi *Hippocrati* ac *Galeno* credimus, convulſionem prætereà, febres, ſopores, ac deliria inferunt: qvòd nimirum nervorum principio proximi illi ſint muſculi. Si verò ab oſſe jugali radiceqve auris ad inferioris maxillæ initium inferas vulnus, maſticationi non obſcurè incommodabis: ibi enim *muſculus* adeſt manſorius, maſſeter dictus: (*11. de uſu part. 4.*) ille qvidem, qvem aperto ore haut difficilè digitis apprehendere potes: qviqve expoſitiore capitis parte, ubi ſunt proceſſus ſtyloides, exortus, totam inferioris maxillæ ſummam amplitudinem amplectitur: ipſamqve in circulum agit. Sed Galeni ſententia eſt, tum hos ipſos muſculos, tum etiam, qvos temporales antè appellavimus, maſticatorios æqvè nuncupari poſſe: nam in commune maſticationis munus ambo conſpirant.

## Capitis motiones qvarum partium vulneribus offendantur.

CApitis motus, qvibus oblæſis muſculis noxam ſentiant, ſic habe. Septem ſunt muſculorum paria; qvæ propriis capitis motibus deſtinantur, atqve ex *his* unum duntaxat antrorſum caput adducit, (*ex Veſalio., ſed vide 4. anatom. admin. 6. 7.*) reliqva retrorsùm trahunt, omnes tamen externis qvibusdam aliis muſculis ſubſtrati, anteriores qvidem muſculoſæ dictæ dilationi,

undè buccas moveri dictum fuit: poſteriores verò muſculo ſcapulari- Qvocircà non ita in ſuperficie conſiſtere debet vulnus, qvod capitis motiones impediat.

Horum autem origines progeſſusqve ignorandi etiam non ſunt, priores enim duo, qvi caput antrorsùm inclinant, à ſummo pectore atqve à claviculæ extremo exoriuntur, longi illi, teretes ac validi; ſatisqve etiam non excoriato cadavere apparentes, inſeruntúrqve in proceſſum mammillarem: ac ſi fiat, ut ſimul ambo moveantur: ad anteriora caput movetur: ſin alter agat duntaxat, in latus adducitur. A parte autem poſteriori ſex muſculorum paria Anatomici obſervarunt: omnesqve à ſpinis qvinqve primarum vertebrarum ad medium ferè occipitium contendunt. Ergò ſi tota colli regione altiùs deſcenderit vulnus, ut jam proximè ſubjecta attigerit loca, capitis motiones manifeſtè lædes, prout hi aut illi muſculi convulnerantur.

## CAPUT VII.

## Brachiorum vulnera qvibus functionibus incommodent?

Brachiorum vulnera & freqventia ſunt, & functiones maximè homini opportunas oblædunt. Ergò ut ſingulorum eventûs proſpicias, præſtat priùs muſculorum, qvi univerſas brachii partes diversè movent, proprias functiones recenſere:

cenſere: ſic enim vel ex teipſo, qvæ læſiones indè futuræ ſint, facilè cognoſces.

Ut igitur ab extrema brachii parte incipiam *undecim* in univerſum ſunt muſculi (*de diſſect. muſc. 18. & 19. de uſu part. cap. 13. de oſſibus c. 16. 17.*) qvi humeri articulum movent (*humerum* nunc voco, qvicqvid à jugulo uſqve ad cubiti articulum intercedit, uti etiam cubitum, partem omnem, qvæ inter cubitum ac palmæ principium ſita eſt: tres à pectore in brachium adſcendentes: duo ab ilium regionibus: & qvinqve ex ipſa ſcapula prodeuntes: undecimus autem, qvi epomida, i. e. ſuperhumeralem occupat. Atqve hi omnes muſculi ſimul connati atqve implantati ſunt, qvo locō humeraria eſt vera. Sed horum omnium motiones hæ ſunt: nam qvi epomida occupat, brachium ſursùm rectà attollit: qvi autem ab hujus lateribus utrinq; duo à ſcapula prodeunt, hi etiam ſurſum brachium erigunt: ſed non rectà, verùm vel ad poſteriora, vel anteriora magis vergunt: prout hunc vel illum locum ſortiuntur. Qvi verò à pectore enati ſunt muſculi, eodem etiam brachium adducunt, reliqvi autem ad poſteriora convertunt: & præſertim, qvi ex inferiori fine imæ in ſcapula coſtæ proficiſcitur. Vides igitur, qvarum regionum vulnera qvas motiones impediant: nam ſi muſculi, qvi ſurſum erigunt, vulnerentur: nulli dubium eſt, eidem functioni nocumentum futurum: atqve eadem qvoqve in reliqvis ratio habenda eſt.

 *Cubitus*

*Cubitus* autem à qvatuor muſculis moventur, qvi totum os brachii in orbem ambiunt: ac priores duo articulum flectunt, non qvidem rectà, ſed alter introrſum, extrorsùm alter inclinando. Extenditur autem à priore, qvi juxta humeralem venam manifeſtè apparet, ac maximè in gymnaſticis, duoqve habet capita: unum ad ſcapularum cervicis ſupercilium, alterum ad proceſſum: ipſe autem brachii oſſi cohærens tandem radio adnaſcitur: habetqve alium ſub ſe ejusdem actionis comitem. Illo igitur muſculo vulnerato, haut commodè flecti cubitus poteſt: ſi verò in poſteriore brachii parte, qvæ enarratis muſculis ferè exadverſo opponitur, eorumqve fines attingit, plaga accipiatur, tunc extendendi cubiti munus offenditur: totum enim hoc ſpatium muſculus occupat, qvi cubitum extendit, & qvem ſive unum, ſive duos appelles, nihil intereſſe, verisſimè putat *Veſalius*. Præterea ſi à ſuperiore anterioreqve cubiti parte ferè ad extremum radii, longo illo qvidem, ſed anguſto ſpatio vulnus accipias, radium in ſupinum liberè duci prohibebis: ſubeſt enim longus muſculus ab humeri oſſe enatus, ac tandem in inferiori radii appendice implantatus, ac ſecundus inter hos enumeratur, qvi radium in ſupinum ducunt. Si autem inferiorem ulnæ longitudinem ſauciaveris, usqve ad os brachialis inferius, omnes carpi motûs facilè offendes: ibi enim extenſi ſunt qvatuor muſculi: omnium brachialis

motu-

motuum autores: qvorum tamen externi duo, qvi promptius vulnerum injuriis objecti ſunt, ab externo humeri tubere exorti, in primum & ſecundum os carpi inſeruntur, eiqve extendendo deſerviunt: ideoqve hanc præſertim functionem illis læſis lædi neceſſe eſt. *Verum* ſi cubitum ad carpum usqve interna qvidem parte, ſed qvæ modicè retro vergat, vulnere offendas: tum qvidem ſecunda qvatuor digitorum internodia flexionis munere deſtituentur. Unicus enim ibi ſubjectus eſt muſculus, ac primus inter internos, qvi ſummam manum movent, qviqve ex inferiori humeri tubere natus, usqve ad cubiti articulum ſub aliis qvibusdam eatenùs deliteſcit. Ex eo autem loco qvaſi emergens, ſub cute conſpicitur: niſi qvantum prior muſculus, qvi latum tendinem efformat, qvâ parte tenuis eſt, atqve in nerveam propaginem deſinit, ſupergreditur. Ille ergò brachiale tandem prætergrediens in qvatuor tendines ſecatur, qvi ſinguli ſecundis oſſibus digitorum affixi eorundem flexionis opifices ſunt: ſed qvoscunqve etiam in externis muſculis ſecueris, qvi ſcil. cum enarrato primo ad brachiale contendunt, ejus contrahendi functionem manifeſtè offendes.

Ab externis autem muſculis, id eſt, qvi in poſtica cubiti parte locati ſunt, manus manifeſtè extenditur. Illorum primus poſteaqvam cubiti articulum prætergrediens, qvaſi ab alto emergit, ſub cute conſpicuus redditur, ac, ſi alium remove-

moveas, qvi huic ſuperſtans, tandem brachiale extendit, in ſuperiore prioreqve parte ſpinam illum dicentes. Hic freqventiſſimè in qvatuor ſcinditur tendines, qvi omnes omnium digitorum articulos, præterqvam indices, attingunt, distantqve. Secundus autem muſculus, à qvo minimus digitus à reliqvis abducitur, ac palmæ efformatur, eundem cum primo ſortitus exortum, ſpectabilis & ipſe ſub cute cum primo, ſed tamen infernè ad manum procedit. Ergò qvocunqve in loco enarrata hæc muſculi ſedes vulneretur: aut minimi digiti functio lædetur, ſi inferiorem regionem vulnus attingat: aut trium ſeqventium, ſi paulò ſuprà infligatur. Atqve hæc de brachiorum vulneribus ſatis ſint.

## *CAPUT VIII.*

### Manuum vulnera qvibus functionibus incommodent?

IN *manu* verò ſi vulnus accipiatur, poſticâ ſcil. parte: ubi non qvidem muſculi, ſed ipſimet tendines jamjam ſuos articulos adituri perreptant: non erit difficile proſpicere, qvæ læſio digitis ſit indè affutura. Ille enim digitus ante alios laborabit, ſub qvo proximè ſuppoſitus muſculus aut tendo offendetur. Sæpè tamen eveniſſe memini, ut exterioribus his tendinibus abſciſſis nihilo tamen minùs digiti extendantur: qvamqvam paulò debiliores in opere exercendo permanſe-

manſerint: præſto enim ſunt alii qvidam muſculi in palma enaſcentes, qvi cum prædictis tendinibus idem extenſionis munus exercentes faciunt, ut priorum jacturam non moleſtè admodùm ferant digiti.

Palma etiam manûs, qvam volam appellant, identidem vulneratur: nec raro videas, offendi indè digitorum motus. Tu vero ita omnia prævidebis; ſub eo enim tendine, qvem latum appellant, qviqve proximè cuti ſubjectus eſt, qvatuor exiſtunt muſculi, qvos à dimidia palmæ regione uſque ad digitorum exortum ſerſi promptum eſt. Hos autem obſervat *Columbus*, extendere qvatuor digitos, præter pollicem, ſine licet interni: ut mirari plerunqve ſoleant quidam Chirurgi, qvî fiat, ut exterioribus inciſis tendinibus extendantur nihilominùs digiti: neſcii, ſubeſſe eos etiam, ejusdem functionis participes. Hi verò à tendinibus ejus muſculi naſcuntur: qvem tertium articulum omnium quatuor digitorum flectere, dictum eſt anteà: atque in externam tandem emergentes, & in tertium articulum implantati ipſam extendunt. Si vero ſub auricularem digitum hominem vulneres, facilè is offendetur muſculus, qvi ex qvarto oſſe metacarpi enaſcens eum digitum ab aliis abducit. Qvòd ſi carnoſam volæ partem, qvæ propriè ſub pollice eſt, vulneraveris, eos muſculos lædis (tres illi ſunt) qvi pollicem flectunt. Hoc enim privatim, ac ſupra cœteros habet eximium major

digi-

digitus, inqvit *Galenus*, (*1. Anatom. admin. 5.*) qvod nihil ex altioribus ad ipſum devenit, qvamobrem aut in ipſomet digito, aut non longe acceptum ſit vulnus oportet, ut ejus functio præpediatur.

# CAPUT IX.

## Fœmoris ac tibiarum vulnera qvas functiones impediant?

SEd ut jam ad fœmoris vulnera accedamus, ſi qvis tota eâ regione, qvæ è dimidia oſſis ilium appendice, ab oſſe ſacro coccygeqve per univerſam natem vulneretur: niſi levis ſit inciſio, fœmori erit impedimento, ne libere extendi poſſit. Porrò hic muſculus, cùm ab enarratis principiis ortum ducat, deſinit tandem in majorem trochanterem, ac natem ex ſe efformat. Adverte tamen, huic muneri, qvod robuſtiſſimas alioqvin exigebat vires, alios qvoqve ſubjectos muſculos in eandem functionem famulari: nimirum ne unius muſculi læſio totius particulæ functionem aboleret. Reliqvos autem fœmoris motus alii qvidam muſculi abſolvunt: qvi, qvoniam ab interna lumborum parte per univerſam nobis regionem deferuntur: idcircò prætereundi nobis tantiſper ſunt.

Fœmoris autem vulnera tibiarum motibus non plurimùm adverſantur, hos enim ſupernè deſcendentes muſculi adminiſtrant, abſolvuntqve.

Ergò

Ergo ut rem penitiùs attingas, ſi fœmur à ſuperiore parte anterioreqve usqve ad patellam vulneres, tibiarum extenſioni non modicè incommodabis. Subeſt enim eo loco ſeptimus muſculus ex iis, qvi tibiam movent, ac ſub hoc etiam octavus ſupra genu conſpicuus: illi tamen, qvia alii qvoqve in communem hanc actionem conſpirant, haut planè ex unius muſculi detrimento integra extenſionis jactura in tota particula timenda eſt. At verò, ſi eam partem vulneres, qvæ ferè ex ingvine qvaſi *inſitu* qvædam obliqvè deſcendit, ac per fœmoris interiora ad anteriorem tandem deſinit tibiam, haut leve ſentiet tibia impedimentum, eo nimirum tempore, cum ad alterius cruris ingven, aut ad fœmur adducitur. Poſtica autem pars fœmoris ſi plagam accipiat, qvo ſcil. loco natis deſinit, ad poplitem usqve, jam tibiæ contractionem lædere hoc vulnus ſolet: præſertim ſi ad tendines pertingat exciſio, qvi qvidem in ipſo poplite ad latera ita ſunt manifeſti, ut contracto crure non obſcurè etiam digitis apprehendi poſſint.

Sed hîc prætereunda non eſt *Galeni* de curſore qvodam hiſtoria: (*1 Anatom. admin. 4.*) qvam ego, tum qvia memoranda, tum etiam qvòd aliqvos habeat diversè ſentientes, haut gravatè recenſebo. Ipſe igitur, dum de qvarto muſculo, qvi tibiæ motor eſt, ſermonem facit, qvi qvidem non internâ ipſius parte, verùm externa ſolis aliis tribus opponitur, extremumqve ipſius carnoſum

noſum ſimul & manifeſta latitudine conſpicuum tibiæ extrinſecus connectitur, & cujus functio eſt, ut totam tibiam in obliqvum torqveat. hunc, inqvit ille, muſculum, ſpectavimus curſori cuidam haut vulgari abruptum: certamineqve homine in ipſius medio avulſum: cujus deinde ſedis inanis erat & concava, & qvam partes avulſi muſculi relinqverent, hæc qvidem ad caput revulſa, altera verò ad tibiam detracta. Curſor tamen ille poſtqvam dolor ceſſaſſet, & inflammatio deſtitiſſet, deambulãdo nihil offendebatur, adeo ut audacter curſum iteraret, in qvo etiam nihil ſentiens incommodi, rurſus certavit, iterumqve ceu prius victoriam reportavit: qvod illi obtigiſſe non erat veriſimile: nam in curſu non eſt opus articulos in obliqvum torqvere: verum ſufficit, eos extendere atqve inflectere. *Realdus* vero ſaucios nonnullos in hoc muſculo obſervavit, neqve magno admodum vulnere, qvi licet ad ſanitatem redacti eſſent, non ſine labore tibiam flectebant, qvamobrem contra, ac ſenſit *Galenus*, tribuit illi flectendi munus.

Tu verò intereà, qvoniam res tota in obſervatione poſita eſt, aut captata occaſione de re ipſa oculatim judicabis, aut fidem tuo arbitratu utcunqve libet adhibebis.

Sed jam tandem ad pedis incommoda. Nam ſi eos vulneres muſculos, qvi poſt ſuum exortum ſupra genu emergentes, ac ſuis ventribus in-

utro-

utroqve tibiæ latere ſuram conſtituunt: & qvi tandem omnium totius corporis robuſtisſimum formant tendinem, qvi ad calcaneum attingit, tunc haut liberè ipſe pes ſeſe extendere valebit. Verùm hujus unius muſculi læſio non ſatis ad totius functionis jacturam fuerit: nam qvatuor præterea alii auxiliares illi copias ſubminiſtrant. Inter ſuram verò ac tibiæ os, priore ſcil. ejus parte, duo muſculi in conſpectum veniunt; alter ſuræ propior, cujus eſt munus, qvatuor pedis digitos extendere: alter verò, qvi jam eò loci tendineam acqviſivit naturam, vergit ad os tibiæ: ejusqve ſunt partes, ut extremum flectat pedem, utrumlibet ſi vulneres, nemini dubium eſt, propriam cujusqve functionem te eſſe læſurum.

## CAPUT X.

### Qvorum nervorum, ac cujus ſpinæ partis vulnera, qvas partium motiones impediant?

SEd jam ſingula ferè loca attigiſſe videor, qvæ extrinſecùs læſa ſpontaneum partium motum pervertere identidem ſolent: ut ſuſceptum qvoqve munus penè me abſolviſſe putem: ſi hoc unum præterea addidero: nimirum non ſolùm vulneratis cæſisqve muſculis particularum motum offendi: ſed illis etiam nervis, qvi per muſculos diſtributi, primi ſunt illius functionis au-

tores. Nam de omnibus muſculis hoc commune ſentiendum eſt: inqvit *Galenus*, (*8. Anatom. admin. 5.*) qvod *ſive nervos ipſorum læſeris, ſive fibras omnes transverſas amputaveris, totos [illegible] muſculos motu privabis.* Qvare neceſſarium tibi fuerit, principia nervorum, qvi in ipſos diſtribuuntur, & fibrarum ſitum pernoſcere. Ergò notiſſimum illud eſt: muſculis nimirùm vires ac facultatem movendi à cerebro, ceu ex qvodam fonte, per nervos, rivorum in morem, deduci: qvi qvidem qvoniam ad movendum ſatis eſſe non poterant: muſculos qvaſi *vectes* qvosdam fabrefecit natura: ut promptius etiam pondera movere poſſimus. Ergò qvilibet muſculus nervum in ſe habet inſertum, undè ſortitur, qvod moveatur. Illum autem ſi incidas, opprimas, contundas, aut aliter tranſitum ſpiritibus interceperis, auferetur muſculo omnis motus & ſenſus. Præterea qvantum ſuperius eſt inciſione continuum cerebro: id qvidem adhuc conſervabit principii vires: omne autem qvod inferius eſt, neqve ſenſum, neqve motum ulli præbere potuerit.

Sed de hac re pleniorem etiam à Galeno habes demonſtrationem (*cap. 1. l. 1. d. Motu Muſc.*) Ut igitur læſas muſculorum functiones, qvæ ex ſuorum nervorum vulnere proficiſcantur, minimè ignores, qvi nervi, qvibus originibus, qvas in partes deriventur, paucis modò tradendum eſt: nec de omnibus qvidem, nimis enim hoc longum.

gum, ac ultra noſtri conſilii modum foret: ſed qvantum ſuſcepto à nobis inſtituto ſatis eſſe videbitur. Hoc igitur in univerſum dicam, obſervatum ſcil. eſſe: nervos rarò per extima corporis ad muſculos pervenire: ſed potiùs tutelam qvandam ac protectionem affectantes, per interna diſcurrere. Attamen, qvi ad *manus* accedunt: (*16. de uſu part. 8.*) per internum brachium contendere deprehenduntur, non ita tamen, qvi in crure, nam omnes per parteſ fœmoris poſteriores deorſum feruntur, nullum igitur nervum neqve ad curvaturam cubiti, propterea qvòd ea eſt ex-carnis, invenias expoſitum: neqve ad genu & tibiam anteriorem, ſed ubiqve in profundo inter oſſium propugnacula, aut cartilaginum, aut ligamentorum, aut carnium.

Qvantum verò ad nervorum origines ſpectat, qvi ad brachium, cubitum ac ſummam manum deveniunt, à qvinta, ſexta, ſeptimave cervicis vertebra per axillam perreptant nervi, ac proptereà à prima ſecundaqve thoracis: qvas tamen ſi à principio enumeres, octavam ac nonam dixeris. Sed hi nervi ſtatim ab ipſo ortu tam variè invicem commiſcentur, ac confunduntur, ut non ineptè cordulis illis, qvæ Cardinalium galeris appenduntur, poſſes adſimilare. Hæc ergò omnia nervorum paria, ſi qvæqve à ſuis vertebris prodeuntia conſauciabis, certum eſt, non modicè brachiorum, ac manuum motui pro vulneris magnitudine obfuturum: ita tamen, ut

ſtatuere minimè poſſis, qvòd præſertim nervorum par in ſua exiſtens origine, qvibus muſculis nociturum ſit: nam ut multiplex eſt illorum contextus, ita incertum qvoqve, qvi muſculorum nervi, qvónam vertebrarum foramine dependeant. Satis tamen noviſſe ſit, juxta eminentas vertebras illata vulnera brachiis manibusqve promiſcuè nocumentum afferre ſolere. Ad fœmur autem tibiamqve ac pedem ab omnibus lumbrorum vertebris, atqve ex oſſe ſacro procedunt nervi, eodem implexu, confuſioneqve, qvâ in brachiorum nervis anteà meminimus. Qvocircà qvodcunqve nervorum par è prædictis procedens vertebris offenderis, omnibus muſculis è directo ſuppoſitis æqvè incommodabis. Præterea verò (nam hoc qvoqve cognitu non erit inutile:) nervos ipſos, qvi ad extremæ manus muſculos contendunt, haut obſcurè etiam in vivente homine ita poteris ex *Veſalio* deprehendere: nam ſi inter poſteriorem ulnæ proceſſum, & extremum humeri tuber non ita leviter digito preſſeris, tunc qvartum nervum, qvi pollicem, indicem ac medium movet, ex qvodam eorundem digitorum torpore, ibi ſubeſſe ſenties. Qvod ſi poſteriorem interioris tuberis locum comprimes, qvintum ibi nervum eodem argumento contigiſſe animadvertes: qvi ſcil. minimum digitum annularem ac medium, diviſis ad manum ramis moventes facit. Qvòd ſi anteriorem ſedem, qvæ in interiori humeri eſt tubere, ſimiliter

licet premes, jam eqvidem tertium nervum, qvi ad internum pollicem, internumqve indicem ac medium ſimiliter pertingit, facilè deprehendes: conſulto, ut diximus, eorundem digitorum torpore. Ergo prædictis in locis ſi ad cubitum nervi fortaſſe vulnus accipiant, non ita arduum fuerit Medico prædicere, qvi digiti indè lædendi ſint.

Cœterùm circa Spinalis medullæ ſectionem reſtant adhuc nonnulla explicanda, qvæ *Galenus* (*Cap. 9. l. 8. d. adminiſtr. anatom.*) noſtro inſtituto opportunè memoriæ mandavit. *Si in media*, inqvit ille, *tertiæ & qvartæ vertebræ regione totam ipſam medullam perſecueris, ſpiratione confeſtim animal deſtituetur: non ſolùm thorace, verum etiam infra ſectionem toto corpore facto immobili.* Atqvi perſpicuum eſt, qvod ſi poſt ſecundam aut primam vertebram, aut in ipſo ſpinalis medullæ principio ſectionem ducas, repente animal corrumpetur. Verum, ſi poſt ſextam vertebram medullæ ſpinam totam ſecueris transverſam, (ſemper enim hoc ipſum ſubaudiendum,) toti qvidem thoracis muſculi ſtatim motum amittunt; Solius autem diaphragmatis beneficio tunc animal ſpirat. Inferiores verò hac vertebra ſectiones ſpinalis medullæ permultis ipſius partibus thoracem moveri concedunt: nam maxima ſublimium ipſius muſculorum conjugatio duplicem utrorumqve nervorum originem ſortita, proceſſum alterius conjugii majoris

 plu-

plurimùm poſt ſextam vertebram Spinalis ſectiones, utraqve muſculorum conjugia functionem obire non impediunt. His magis ſectiones poſt octavam aut nonam factæ, ſiqvidem & alia nervorum principia aſſumunt: & muſculorum membraneorum actionem retrorſum abſcindunt: atqve inſpirare animal videtur ambabus thoracis partibus, ſuperiore & inferiore: præterqvam ſi parvâ reſpiratione indigeat: nam tunc e[illegible] diaphragma ſolum ei ſufficit. Cœterùm, qvantò magis ad humiliores vertebras proceſſeris, tantò plures thoracis muſculos actiones obeuntes habebis. Idem etiam *Galenus*, (*Cap. 6.*) *Spinalis*, inqvit, *medulla cum juxta longitudinem supernè deorſum versùs per medium recta linea diſſecatur, nullum ex intercoſtalium nervis reſolvit: neqve eos, qvi in dextra parte aut altera habentur, neqve eos, qvi in lumbis vel cruribus exiſtunt. Transverſa autem, cùm dimidia duntaxat pars ipſa diviſa fuerit, ſive ſiniſtra, ſive dextra, omnes ordine juxta rectum inciſæ partis tramitem nervi reſolvuntur.* Sed hæc qvanqvam vera ſint, ſciendum tamen eſt, in ſpinalis medullæ vulneribus ne qvidqvam fortaſſe Medicum de futura particularum læſione conſultare. Eſt enim cur potiùs de vitæ diſcrimine tunc timeas. Ita enim indè homines intereunt plurimùm, ac ſauciato ſolent cerebro. Et reverà *ſpinalis* medulla velut alterum eſt cerebrum, his ſcil. partibus, qvæ ſub capite ſunt: ideoqve etiam illius vulnus inter inſanabilia numeravit

*Celſus*,

*Celſus*, (*Lib.* 5. *c.* 26.) qvod ipſum & omnium antiqviſſimus *Hippocrates* in Coacis prædictionibus ſcriptum reliqvit.

## CAPUT XI.

### Non ſemper diſciſſis muſculis nervisvé, propria illorum ceſſat functio.

CUm hæc ex *Galeni* & communi Medicorum conſenſu ſcripta ſint: ac ſatis jam demonſtratum: diſſectis muſculis nervisvé ipſis integram etiam particulæ functionem interire. Attamen ſilentio prætereundum non eſt, qvod mihi diligenter in hæc ſtudia incumbenti ſæpè eſt obſervatum, poſſe nimirum magna ex parte incidi ac diſcindi muſculos, qvi certæ alicujus functionis autores ſunt: integra tamen illorum functione, aut non ita admodùm læſa, remanente. Memini complures me vidiſſe, qvibus in fronte magnum vulnus transversè acceptum usqve ad os latè muſculum diſſecuit: attamen ſano jam ulcere ita inculpatè ſupercilia ſursum trahebantur: ut nulla aut exigua ejus functionis eſſet difficultas.

Præterea diu non eſt, cùm ingens vulnus cuidam ſub cubito in externa parte illatum fuit: cumqve prædictum fuiſſet, digitos aliqvos ſola extenſione deſtituendos eſſe: coalito jam vulnere præter expectationem nulla ſuperfuit in manu læſio. Multiqve etiam hujusmodi mihi ſeſe caſûs diverſis temporibus obtulerunt: qvi me

multa hæſitatione diu ſuſpenſum tenuere, qvi ſcil. pro *Galeno* dici poſſet: qvi, ut abundè antea monſtratum eſt, ex magna muſculi abſciſſione, aut integram prorsùs particulæ actionem perire, aut certè magna ex parte lædi, clariſſimè docuit. Ut igitur ingenuè dicam, qvod ſentio: non nego, muſculum voluntarii motus eſſe inſtrumentum: ac facultatem moventem per fibras transmitti: qvæ denique in tendinem deſinentes ſuum munus exerceant. Nec illud etiam, ne ſeſſe inficiarum eſſe, excifis fibris, nec amplius coaleſcentibus ipſam omninò actionem intercipi. Attamen nihil puto impoſſibile, fibras ipſas ſemel diſciſſas coaleſcere integrè aliqvando poſſe: atqve ad naturalem ferè habitum redire. Nam etſi ſpermaticæ partes ſunt fibræ: ex nervis ſcil. & ligamentis deductæ: tenuiſſima tamen illa ſunt filamenta, ac ſangvine circumfuſa: ut apti abunde ſeſe ſuggerente materiâ, nihil prohibeat, poſſe ipſas jam diviſas denuò conglutinari: nam venas etiam arteriasqve diſſectas aliqvando tamen agglutinatas vidit *Galenus*, (*5. Met. 7.*) præſertim in pueris ac mulieribus: qvamvis nervæ illæ etiam ſint tunicæ, ac plurimùm craſſæ, & fibris planè majores, ac, qvod magis admirabere, cavitatem habent.

Adde his etiam, graves aliqvos Medicos, ſæpè obſervaſſe, muſculos & nervos ipſos penitus diſſectos, fuiſſe tamen interdum agglutinatos: an facilis jam propterea fibrarum agglutinatio:

non

non tantum poſſibilis aliqvando eſſe videri poſſit. Etenim *Realdus Columbus*, ( *8. de re anatom. c. 5.* ) Anatomicus præſtantiſſimus, dum de illa nervorum diſſectione ſermonem inſtituit, qvæ & ſenſum & motum tollit. *Hæc*, inqvit, *noxa intelligitur illata nervo priusqvam muſculum adeat, qvi in loco retrahi poſſit contrahiq́;: qvo facto uniri & coaleſcere nullo modo poteſt: Si autem nervi læſio contingat in ea parte, qva jam muſculum ingreſſa eſt*, uniri *poteſt, neqve ſenſus motusq́. amiſſo perſeverabit*: qvemadmodum ego ſæpe numero expertus ſum in multis ægris, qvi mihi indies innumerabili multitudine curandi proponuntur: qvod etiam *Ludovico Philippino*, viro docto, Anatomes ſtudioſo lubens oſtendi. Sentit igitur vir clariſſimus, ſi nervi, anteqvam ex ſe muſculos efforment, vulnerentur, coire qvidem invicem amplius non poſſe: cùm vero in fibras jam diviſi per carneam illam ſubſtantiam diſtribuuntur: omninò poſſe. Qvamobrem fibras & tendines ipſos, reparari diſciſſos non negat. Sed hoc ipſum clariùs adhuc alii peritiſſimi viri obſervarunt, docueruntqve. Vidi ego, inqvit *Gvido*, ( *Tra.2.doc.1.cap.4.* ) magni vir experimenti, atqve audivi, in multis nervos & tendines inciſos eſſe, & eos ita reſtauratos, ut fuerit incredibile, illos fuiſſe inciſos. *Theodorus* ( *Lib. 2. cap. 16.* ) antiqviſſimus etiam Medicus, errant, inqvit, qvi dicunt, *nervum conſolidari non poſſe*. Et *Lanfrancus* ita aſſerit, (*in Chirurg. cap. 4* )nervum aliqvan-

do conſolidari: ut motus, qvi ex ejus [illegible] ne ita erat periturus: eo deindè coëunte penitus repararetur: nam qvanqvam aliena qvædam ſubſtantia in ſectionis intercapedine reponitur, haut tamen prohibetur, qvin per eam ſpiritus permeet, atqve illuceat facultas, nam ejusdem ferè ſubſtantiæ eſt, atqve ex proprio alimento facta. Et qvanqvam carnoſæ tantum partes diſſectæ eadem prorsùs affusâ ſecretâqve ſubſtantiâ: qvod per primam intentionem fieri dicunt, reparari videantur: ſeminales autem non eadem, ſed ſimili potius repoſita, qvæ ſecunda nuncupatur intentio; Attamen fieri poteſt aliqvando, ut tam valida particulæ fabricatrix facultas reperiatur: tantumqve ſuppetat ſeminalis materiæ, ut ab increſcente carne opus minimè impediatur: ac in nervo etiam verus coalitus, aut certè qvam ſimillimus fiat.

Satis igitur conſtat, non ſolùm diſſectas muſculorum fibras: ſed ipſos etiam tendines nervosqve coaleſcere iterum poſſe: ac propriam illorum functionem, qvam diſſectis perire erat neceſſe, tandem reſtitui: nam & *Gentilis, (in Avic. ibi de ſignis Paralyſis.)* graviſſimus Medicus, mirabilia, ut ipſe narrat, de nervis inciſis obſervavit. Nec eſt, cur *Hippocratem (6. Aphor. 19.)* objicias mihi, qvi diſſectos nervos nec augeri, nec coaleſcere *affirmavit*: nam ſi de eo coalitu loqventem illum intelligas, qvi intercedente alia ſubſtan-

ſubſtantia fieri ſolet: cujusmodi duo ligna glutine aliqvo interpoſito uniri videmus: indignum hoc *Hippocrate* fuerit,nam vel duriſſima oſſa per vocatum callum concreſcunt. Si autem verum mihi partium coalitum proponas, qvi nulla fit intercedente aliena ſubſtantia: ſed illis ipſis fuſis ac concreſcentibus ſimul, qvemadmodùm cera ceræ,aut plumbum plumbo coaleſcit: ſæpè etiam in nervo falſum hoc etiam deprehenditur: nam,qvoniam omnis hujus coalitus ratio in duritie poſita eſt: non rarò certæ inveniri poſſunt naturæ,ætates, temperamenta, ut nervi verum illum coalitum non difficultèr admittant: neqve enim omnes particulæ ſolidæ æqvè duræ ſunt: neqve in omni natura & ætate.

Ergò magnâ tantùm ex parte Hippocraticam ſententiam veram arbitror: nam qvod nunqvam aliter eveniat: res ipſa penitus reclamat. Fibrarum igitur coalitio difficilis, fateor, plerunqve eſt, ac non rarò impoſſibilis: verùm aliqvando & poſſibilis & facilis qvoqve, ſi allatæ rationes qvidqvam valent,mihi videtur. Sed hactenus de his partium offenſionibus, qvæ ex vulnere muſculos & nervos diſſecante proveniunt:nam de cœteris aliis,qvæ poſt vulnera etiam remanent: at non cæſis ruptisvé fibris: ſed durata inibi inhærente fluxione: qvæ ſcil. præ dolore ad laborantem particulam fuerit concitata: aut propriis etiam particulæ concretis excremen-

mentis, nihil hic narro: qvod ſcil non difficulter id malum emendari ac corrigi licet, præſertim in juvene optimoqve temperamento.

Sed jam hîc præſentis enarrationis finis eſto!

### LIBRI II.
## Sectionis Qvartæ
### De
## Artuum Læſionibus
## CAPUT I.

### Manuum functiones præſtare cœteris, &, qvomodo digitorum actiones inter ſe diſtingvantur?

*Scribendi occaſio.*

DE prævidendis partium offenſionibus ſatis in ſuperiori capite dictum eſt. Nunc autem, qvia illud etiam a nobis interdum perqvirunt judices, qvam gravis nimirum ea ſit offenſio, qvam ex vulnere futuram eſſe utcunqve prædiximus: & qvam corpori illud officiat detrimentum: idcirco opportuna hoc in loco tractatio fuerit: qvæ ſcil. inter externas corporis particulas magis nobis in uſu ſint. Et qvanqvam difficile eſſe videtur inter

tam

tam multa hominum ſtudia, variasqve profeſſiones invenire ſatis poſſe, qvænam corporis hujusmodi inſtrumenta magis nobis ad exteriora vitæ munia exercenda ſint opportuna: nam his fortaſsè manus, aliis pedes, nonnullis oculi magis uſui pro variis vitæ muneribus comprobantur. Ego tamen hæc ſcribens non privata cujusqve officia, non peculiares hominum ſortes intueor. Communiſſimos omnium uſus ante oculos mihi ſubjeci, qvocircà non qvòd huic aut illi melius deteriusve, ſed qvod homini in civitate agenti univerſim magis deſerviat, perſpicio, atqve eſſe communia qvædam, qvorum uſus æqvè omnibus ipsa dictante natura ſit expetitus, nemo unqvam negabit.

Manuum functiones, ſiqvidem externas omnes contempleris particulas homini omnium maximè neceſſarias eſſe mihi videntur. Nam *Ariſtoteles* (*4. de part. anim. cap. 10. & 3. de anim. 38.*) inſtrumentum ante inſtrumenta manum appellavit. Ac *Galenus* doctiſſimos illos de uſu partium libros à manuum functionibus eſt auſpicatus: qvòd ſcil. inter corporis inſtrumenta principem illæ locum obtineant. Et reverà, ut qvàm neceſſariæ mortalibus illæ ſint, paucis exponam. *Homini*, inqvit *Galenus*, (*1. de uſu part. 2 &c.*) *manus dedit natura inſtrumentum ad omnes artes neceſſarium: nec minùs paci, qvàm bello idoneum: nam cùm cœtera animalia innata ſibi qvædam habeant propugnacula, atqve arma, qvibus plurimùm*

*rimùm poſſe videntur: ut cornua, dentes, ungulæ & hujusmodi multa, homini tantum pro omnibus ſimul armis manûs datæ ſunt: quæ, inſtar omnium ſibi eſſent futuræ: nam ope manuum ſibi arma omnia fabricavit: diverſi illa quidem generis: ut non ſolùm his, quæ in terra ſunt animalibus: ſed his etiam, quæ in mari & aëre, dominaretur. In pace vero dum tranquillè agit homo manibus leges ſcribit: aras & ſimulacra Diis erigit: navem, fiſtulam, ſcalpellum, & alia univerſa artium inſtrumenta apte conſtituit. Tibiq; licet manuum beneficio etiam nunc colloqui cum Platone, cum Ariſtotele, cum Hippocrate, & aliis veteribus.*

Qvocircà veriſſimè etiam ab *eodem* dictum eſt: manum homini maximè proprium inſtrumentum exiſtere. Atqve *Ariſtoteles* (*17. de uſu part. cap. 1. 3. de anima tex. 38.*) adeò in earum laudatione proceſſit, ut ipſam animam, qvæ divina planè res eſt, manui, nulliqve præterea membro clariſſimè comparavit. Sed qvàm excellens, qvàm multiplex ab humana opera vis manibus tributa ſit, omnium luculentiſſimè atqve eloqventiſſimè *Cicero* (*2. de natura Deorum.*) ad hunc modum explicavit. *Qvàm aptas,* ait, *quam multarum artium miniſtras manus natura homini dedit? digitorum contractio facilis, faciliſq; correctio propter molles commiſſuras & artûs: nullo in motu laborat: itaqve ad pingendum, ad fingendum, ad ſculpendum, ad nervorum eliciendos ſonos, ac tibiarum apta manus eſt admotione digitorum. Atque*

hac

*hæc oblectationis, illa neceſſitatis cultus alios, agrorum & tectorum extructiones, tegumenta corporum, vel texta, vel ſuta, omnemq; fabricam æris & ferri. Ex qvo intelligitur, ad inventa animo, percepta ſenſibus, adhibitis opificum manibus, omnia nos conſecutos, ut tecti, ut veſtiti, ut ſalvi eſſe poſſemus, urbes, muros, domicilia, delubra haberemus. Jamverò operibus hominum, id eſt, manibus, cibi etiam varietas invenitur & copia: nam & agri multa ferunt manu qvæſita, qvæ vel ſtatim conſummantur, vel mandentur condita vetuſtati: & præterea veſcimur beſtiis, & terrenis, & aqvatilibus, & volatilibus, partim capiendo, partim alendo. Efficimus etiam domitu noſtro quadrupedum vectiones: qvorum celeritas atq; vis nobis ipſis affert vim & celeritatem: nos onera qvibusdam beſtiis, nos juga imponimus: nos elephantorum acutiſſimis ſenſibus: nos ſagacitate canum ad utilitatem noſtram abutimur: nos è terræ cavernis ferrum elicimus: rem ad colendos agros neceſſariam: nos æris, argenti, auri venas penitus abditas invenimus, ut ad uſum aptas, ita ad ornatum decoras. Arborum autem confectione, omniq; materia, & culta, & ſylveſtri, partim ad calefaciendum corpus igni adhibita, & ad mitigandum cibum utimur, partim ad ædificandum: ut tectis ſepti frigora, caloresq; pellamus.* Magnos verò uſus affert ad navigia facienda: qvorum curſibus ſuppeditantur omnes undiqve ad vitam copiæ, qvasqve res violentiſſimas natura genuit: earum moderationem nos ſoli habemus, maris, atqve ventorum propter nauti-

nauticarum rerum ſcientiam: plurimisqve maritimis rebus fruimur atqve utimur. Terrenorum item commodorum omnis eſt in homine dominatus. Nos campis, nos montibus fruimur: noſtri ſunt amnes, noſtri lacûs: nos fruges ſerimus, nos arbores, nos aqvarum inductionibus terris fœcunditatem damus: nos flumina arcemus, dirigimus, avertimus: noſtris deniqve manibus in rerum natura qvaſi alteram naturam efficere conamur.

Præterea manuum officia tam multa ſunt tam nobis neceſſaria, ut non ſolum apprehendendo: qvam illarum propriam eſſe functionem ſcripſit *Galenus*, (*12. de uſu part. 5.*) ſed non raro etiam aliarum partium vicem præſtando, utiliſſimas omnium illas eſſe conſpicimus. Nonnullos ſcio, qvi pedum fulcimento deſtituti, manibus tamen ita commodè utebantur, ut & ſcalas & eqvum adſcendere, per urbē repere, ac multa alia perficere manuum munera non omnino incommodè valebant. Cæcos videas manuum duntaxat exploratu multa cernentium officia ſedulliſſimè exercere: nam & nos etiam in tenebris, cum nullus eſt oculorum uſus, manibus tamen illis & ſolis utimur ductoribus. Qvàm commodè præterea lingvæ partes exerceant manus, cum in mutis hominibus intueri licet: vix enim qvippiam eſt, qvod lingvâ ſermoneqve exprimi ſolet, qvin variâ manuum geſticulatione ſignificare abundè poſſint. Ac nihil unqvam animo meditamur,

tamur, nihil cogitatione comprehendimus, qvod ipſæ manus certis qvibusdam motionum indiciis, qvaſi præcipuæ animi miniſtræ, non identidem inſinuent atqve exprimant. Veriſſimè etiam *Qvintilianus*, (*11. Inſtit. Orat. cap. 3.*) *cùm cæteræ*, inqvit, *partes loqventem adjuvent*, *manus propè ipſæ loqvuntur*: *ac in tanta per omnes gentes nationesq; lingvæ diverſitate*: *communis omnium hominum videtur ſermo eſſe manus.* Cùm igitur & propriis functionibus exercendis, & cæteris qvoqve aliis tam plurimùm præſtet manus; merito etiam cunctis aliis in hoc genere præſtabunt. Et qvanqvam *Ariſtoteles*, (*1. Metaph. cap. 1.*) cernendi uſum cæteris aliqvando ante ponit, ille tamen de rerum notionibus comparandis eû diſputat loci, aliter qvidem dicturus, ſi de externis exercendis operibus, politicoqve vivendi genere dicere inſtituiſſet. Et reverà oculi (ut hoc uno diſcrimine manuum præſtantia amplius innoteſcat) juvant qvidem in agendo plurimùm, at vix aliqvid agunt ipſi. Sed manus omnia juvant, omnia agunt, omnia perficiunt: nihilqve eſt, qvod præſtare non poſſint, ſive adjutrices illas, ſive artifices velis.

Juris autem periti, qvorum ſententiis hæc noſtra ſemper aptare volumus, ipſam manum non ſolum corporis membrum, ſed etiam per excellentiam qvandam, membrum appellant. Nam cùm ſtatuitur, (*Angel. de malef. verſ. membrum prædictum.*) ut membrum alicui ad ſupplicium

amputetur: nec tamen apertius [illegible] catur ſententia, de manu omnium [illegible] gendum putant: usqve adeò inter humanis [illegible] tes illa excellit. Satis igitur demonſtratum pu- to, primam agendi neceſſitatem dignitatemq; [illegible] inter corporis partes manibus eſſe [illegible] jure etiam omnium graviſſimum illud haben- dum ſit detrimentum, qvod ab illarum [illegible] accipere ſolemus: ac tum etiam maximè, cum ambarum uſu qvispiam eſt deſtitutus. Sed cum hæc ita ſint conſtituta, ignorandum tamen non eſt, qvoniam manus nuncupatione apud præci- puos *autores (de æqval. intemp. 2.)* totum illud uſurpari ſolet, qvod ab humero infra tenditur & cujus tres ſunt partes: brachium, cubitus & ſumma manus: nos modo ultimam hanc particulam pro manu præſertim intelligimus, atqve ante alia ipſos etiam digitos.

Qvocirca ſi ipſi tantum digiti reſecantur, ni- hilo tamen minus univerſam manum deſiderari affirmo: etenim præcipua manûs actio, ut eru- ditè ait *Galenus, (3. de uſu part. 10.)* in digitis ſita [illegible] ſed horum etiam ipſorum non ea- dem dignitas eſt, atqve in agendo [illegible] [illegible], & [illegible] in [illegible] plurimum juvat. [illegible] huc [illegible], *(1. de uſu par- [illegible])* in qvo abundè ſatis de hoc argumento diſſeruit. *Magnus digitus*, inqvit *ille, qvaliter reli- [illegible] ſimul oppoſitu utilitatem æqv[illegible] [illegible], ideoq; promanum vocatum fuiſſe [illegible]*

[illegible]

*quia unum hic pro tota manu eſſet.* Atqve etiam actiones manus ſibi ipſi perditam vident, ſive ipſi qvatuor abſcindantur, ſive hic ſolus: Si verò & ipſa dimidia pars magni digiti qvoqvo corrumpatur modo, ipſa manus in actionibus incommoditatem & turpitudinem habet, æqvalem ſimili noxæ omnium aliorum digitorum.

Reliqvorum verò index & medius, in ordine ſunt poſt magnum ſecundi, ita utilitate. Parvorum enim corporum omnium apprehenſio, & omnium propè artium opera, & ſi qvid violentum agere oportet, his omnibus agere videntur. Ille verò, qvi medio ſuccedit, atqve etiam parvus, minorem qvidem habent utilitatem, ſed ea tamen manifeſtò in his apparet, in qvibus apprehenſibile circulo apprehendi oportet. Qvamobrem cujus digiti major cenſenda jactura ſit, hinc facilè conſtat, à pollice ſcil. principio deducto: cujus cùm potiſſima dignitas ſit, minor in reliqvis conſpicitur, ordine ad minimum usqve progreſſo.

## CAPUT II.

### Pedum functiones qvo dignitatis loco conſtituantur: & qvæ ratio ſit particularis læſionis:

PRoximum eſt pedum functionis detrimentum, qvos fulciendi ſtabiliendiqve ac firmandi corporis gratiâ factos eſſe, prodidit *Galenus,*

(*3. de uſu part. 5. 6.*) neſcio verò, qvid etiam aptitudinis ad apprehendendũ præ ſe ferre illi videantur. Nonnullis enim ita comparatos pedes, atqve edoctos fuiſſe ſcio: ut in qvibusdam actionibus nihilo eſſe manibus inferiores diceres. Reverà, ſi tantùm ſtabilimenti gratiâ efformati ſunt pedes, cur multifidi? cur articulis etiam diſtincti? Ergò veriſſimè dictum eſt à *Galeno*, (*3. de uſu part. 5.*) humanum pedem, qvoad ejus maximè fieri poteſt, manum fuiſſe imitatum. Qvocircà cum apprehenſorium organum ſit manus: fuerit & pes ipſe aliqvo modo hujuſmodi.

Lingvæ autem uſum poſt hæc diſpono: nam ſine ſermone, ſi cœtera integer homo ſit, haud ita incommodè illum in civitate acturum puto. Neqve enim admodùm difficilè fuerit ſenſa animi noſtri & ſcriptis & notis aliis compluribus utcunqve prodere, ſi lingvâ caremus.

Oculorum verò jacturam, ſi manus excipias, cœteris omnibus graviorem puto. Nec eſt modo, cur oculorum excellentiam ſummamqve dignitatem pluribus narrem: nam ſi miram partium conſtructionem atqve artificium ac naturam inſpicias: longè etiam manibus digniores oculi utiqve videntur. Sed qvia civilia negotia rerumqve opificia in præſentia contemplamur, qvæ melius à manibus perfici demonſtratum eſt: ideo ſecundo dignitatis loco illos locavimus.

Et hactenus de integra functionum dependitione dictum ſit: nec diſpar etiam ratio fuerit, ſi

par

particulæ uſus non prorſus, ſed ex dimidio pereat. nam qvemadmodum functio ambarum manuum nobilior multò eſt, qvàm qvæ utriusqve eſt pedis: ita æqvum etiam fuerit, unius ad manus jacturam deteriorem eſſe, qvam pedis unius. Ac ſimiliter etiam de cœteris inſtrumentis ſtatuendum puto: qvorum ſcil. actio dimidia tantùm ex parte ablata ſit. Qvanqvam eſt, cur aliqvando paulo aliter referas, nam ſi cui oculi unius actio depereat, minus hoc eſt detrimentum, qvàm ſi pes alter ſuâ functione privetur: nam ſi alter ſuperſtes ſit oculus: ferè integrè cernere poteſt homo. non ſic autem integrè incedet unius tantum pedis fultus adminiculo. Ergò ſi pes alter abſciſſus ſit, major corpori emerget jactura, qvam ſi alterius oculi actio depereat. Verum qvoniam non ſemper integrè læſarum particularum actio aboletur: ſed *interdum* imminuitur duntaxat, ſæpe etiam alieno modo perverſeqve exercetur: notandum propterea omnium gravisſimam illam offenſam eſſe, qvæ actionem penitus ſuſtulit: ut cum ita crus ſit vulneratum, ut ambulare nullo modo posſit: proximam vero eſſe, ubi actio ipſa depravatè exercetur: atqve aliter, qvam prò naturæ inſtituto ſolet: ut ſi crus ex vulnere ita afficiatur, ut ambulare qvidem, ac nonniſi diſtortè posſit. Poſtremam verò actionis læſionem eſſe, cùm ea tantùm imminuitur, ut ſi recta qvidem exerceatur ambulatio, ſed exiguo tamen robore, ac plane debilis.

debilis. Secundam tamen offenſam ter illâ graviorem eſſe cenſuimus; nam illa etiam imbecillem aliqvando reddit particulam; ac propterea qvoqve in agendo deformem. Atque hæc de qvarundam partium præſtantia, qvantum ſcil. Medico relaturo convenire videtur.

*LIBRI II.*

# Sectionis Qvintæ

*De*

# MUTILATIONE

## *CAPUT I.*

De

## Mutilis variæ ſententiæ.

*Scribendi occaſio*

HAud parva difficultas qvibusdam Medicis interdum offertur, ſi qvando illis ad judices de *mutilis* eſt referendum: ſcio enim multos eſſe, qvi cum ſcientiarum titulis ſe venditent, qvid tamen ipſa ſit *mutilatio*, planè ignorent: qvamobrem qvàm multa ineptè efficiant: non eſt, qvòd pluribus dicam. Utiliſſimum ergò eſſe arbitror, de hoc argumento paucis ex profeſſo agere: ac ſi qva obſcuritas hactenus

tus ineramus ſtudioſis oblata eſt, eam clariſſimâ doctrinâ nostri inde pro viribus depellere.

*Mutilum ſeu mutilatum, curtum, decurtatum ac deciſſum*, vel etiam *truncatum*, ſive, ut apud Græcos κολοβὸν: ſynonymæ ſunt voces: nam in eandem ſignificationem omnes conſentiunt. Res ipſa autem quæ ſit, haud ſatis apud omnes conſtat. *Ariſtoteles* (5. *Metaphyſ. cap.* 27.) cum multa de hac materia jam diſſeruerit: *mutila*, inqvit, *ſunt non quæque particulæ privationes: nam ſi carnem aut ſplenem tollas, non propterea mutilum reddetur: ſed ſi extremum quid atque hanc non omnem, ſed quæ tota ablata generationem non habet.* Ut jam videas Ariſtotelem, mutili naturam in extremarum partium defectu conſtituiſſe, ſiqvidem reparari illæ denuo non posſint. *Galenus* vero, (*de differ. morb. cap.* 8.) id eſſe *mutilum*, ſcripſit, cui pars aliqva corporis eſt præciſa, atqve, *mutilationes eſſe labiorum, aurium, narium, & qvæcunqve partes carnoſæ, vel vi avulſæ, aut putrefactæ, aut toto reſectæ ſunt.* Mutilatam etiam vocat linguam, cui dimidia pars fuerit adempta, & mutilum vocavit omentum, obſcenasqve particulas. *Idem* etiam, *curta*, inqvit, (14. *Meth.cap.*16.) qvæ colobomata Græci vocant, *ſunt quæ in labiis, aut narium alis, aut aure deficiunt.*

Qvamobrem ſi ſeqvi Galenum velis, mutilum dices, cuicunqve pars aliqva corporis diſſecta eſt, ſed præſertim tres illæ, qvæ in facie eminent, nam & *Cornelius Celſus* (*Lib.*7. *cap.*9) *curta*, inqvit, *ſunt*

*in auribus, labiis & naribus, aut ſi qvæ* [illegible] *ſunt.* Neqve aliter video apud *autores* Latinæ linguæ, (*Colum. Lib. 7. cap. 9.*) *mutilum* [illegible] capras dici, qvæ ſine cornibus ſunt. Nec ineleganter à qvibusdam dictum eſt: *fœminam* [illegible] *mutilum marem à natura eſſe productam.* [illegible] hæc ex variis ac præcipuis autoribus ſelegimus, in qvibus tamen, qvia adhuc nihil conſtitui poteſt: ideò ita rem omnem ſtatuendam puto.

## *CAPUT II.*

## De triplici mutilationum differentia: ac de mancis: & qvòd non ipſa abſciſſa particula, ſed qvæ remanet, mutila dicenda ſit.

Mihi igitur ſuper hoc multum diuqve cogitanti triplex omninò *mutilatio* eſſe videtur: qvarum *prima* vera & exqviſita, lucidioris doctrinæ cauſa nunc dicetur: *ſecunda* vera qvidem, non exqviſita tamen: *tertia* vero impropria nuncupabitur. Vera autem & exqviſita tribus his conditionibus donata eſt: nimirum, (1) *ut abſciſſa ſit extrema aliqva faciei particula:* (2) *ut deformitas indè reſultet:* (3) ut actio abſciſſæ particulæ utcunq; offendatur. Hujusmodi eſt, ſi cartilaginea naſi pars reſecetur: item ſi labia aut aures qvoqve, qvibus etiam ſuperiorem palpebram addit *Conciliator.* (*Diff. 37*) In his enim, niſi exigua admodùm fuerit ſubſtantiæ jactura, primi

mi generis mutilatio ſive verſatur : nam adeò il-ſum eſt aliqvid extremum : multa inducta eſt deformitas : qvippe in facie & actionibus etiam nonnulla acceſſit læſio.

Cur autem hanc præſertim veram & exqviſitam *mutilationem* nuncupaverim, facilis eſt reſponſio : nam cùm in *mutilatione* pulchritudo ante alia offendi debeat : ut optimè monſtrat *Conciliator*, claraqve extant aliorum authorum loca, ſine dubio qvæ in facie accepta eſt, omnium potiſſima fuerit: qvippe qvæ omnium pulcherrimam partem deturpavit. De hac *Galenus in Libro de morborum differentiis*, & in *Methodo* etiam locutus eſt : *Cornelius Celſus*, denique *Paulus Æginetæ.* (*Lib. 6. cap. 1.*) Et denique illud obſervo, cum preſſè ſevereqve autores de *mutilo* loqvuntur, in his duntaxat particulis illud collocaſſe. Verùm cum tria iſta *mutilatione* reqvirantur : omnium tamen maximè neceſſaria eſt pulchritudinis læſio : qvemadmodum in ſecunda, actionis offenſio. Si igitur auris pars aliqva, aut naſi etiam cuſpis abſciſſa ſit : ut minima inde in olfaciendo audiendoqve noxa percipiatur, qvia tamen manifeſta reſultat deformitas, exqviſita tamen ac potiſſima fuerit *mutilatio*. Cæterùm vera, non tamen exqviſita mutilatio eſt illa, qvæ non qvidem in facie, ſed in extremis reliqvi corporis particulis accepta eſt : nimirum in *manibus, pedibus, lingva, ſcroto, pene, atqve etiam mammis* : Dicitur autem non exqviſita, qvia cer-

tas illas faciei particulis, in qvibus propter decus ac leporem exqviſita conſiſtit, minimè contingit, idqve habet potius, ut aliqvo pacto homines offendat, penes qvas aut graviùs aut leviùs ea eſſe dicetur *mutilatio*. Tertia autem impropriè ideò dicta eſt, qvia nullam extremarum partium abſcidit; qvæ qvidem communiſſima eſt ratio *mutilationis veræ*: tum etiam, qvia nullam affert deformitatem: imò aliqvando nec homines offendit, ſed ſatis hoc habet, ut pars aliqva utcunqve abſciſſa ſit, qvo modo *Galenus (4. de diff. morb. 8) mutilum* vocavit *omentum*.

Qvamobrem non poſſum interea celebres qvosdam medicos non admirari, qvi in mutili officii tantum ceſſationem, privationemqve, tametſi nulla deſit particula, reqvirunt: hoc enim, qvantum à Philoſophorum ac Medicorum placitis diſſentiat: à qvibus nimirum hoc judicii genus petendum eſt, non obſcurè ex iis, qvæ modò retulimus, qvivis intelliget. Qvod ſi etiam Latinæ vocis ſignificationem acqvius conſideres, id ipſum nihilominùs facilè comperies. Et *Galenus (1. de diff. pulſ. 11.)* mutilatos ac decurtatos pulſus illos vocavit, qvibus de priore magnitudine aliqvid deeſt. Ergò cùm hæc ita ſint, ſciendum eſt, non qvamcunqve ſubſtantiæ jacturam mutilum conſtituere: nam ſi qvis à proximo partu aut ſine manu prodierit, aut aure aut parte aliqva ſimiliter fuerit deſtitutus: non *mutilum* illum, ſed *mancum* propriè nuncupabimus.

Qvod

Qvod ſi nulla pars deſit, inutile tamen ad actiones membrum reddatur, debile illud aut imbecille infirmumve planè dicam. Præterea mutilam particulam nuncupare ſolet *Galenus* (& hoc in eorum gratiam, qvi accuratiùs de rebus judicare ac dicere ſtudent,) non qvæ jam eſt abſciſſa, ſed qvæ jam ſupereſt imperfecta (*1. de morb. cauſ. 8.* *Nemo*, inqvit, *ambigit, qvod ejus, qvod ſupereſt partis, eſt ægritudo*: non ejus, qvæ amplius non eſt. Ergò, ſi lingvæ dimidia pars abſcindatur, parti, qvæ ſuperfuerit, ea mutilatio eſt ægritudo; idem in obſcœnis inſtrumento, atqve omnibus particulis ita affectis evenerit. Atqve his etiam partibus hoc pacto mutilatis erit qvædam aliqva magnitudinis diminutio: ipſum verò animal non adeò neceſſariò diminuetur, ut mutilum eſſe dicatur.

Ex qvibus hoc etiam colligo, qvòd ſi pars aliqva corporis deſciſſa ſit, nempe digitus, manum ipſam mutilam dici debere, non digitum; at ſi fiat, ut tota extrema manus ſit amputata, tunc in mutilati membri nuncupatione nullum eſſe locum: nam manus, qvæ verè membrum eſt, qvoniam deſideratur, mutila eſſe non poteſt, at ne brachium qvidem, qvippe cui nulla propria functio per ſe competat, ſed manuum tantùm functionibus uſui eſſe. Ergò abſciſſa tantùm eſſe manus dicetur, neqvaqvam mutila. Qvod ſi aliter dici poſſe contendas, nihil repugno: nam de nomine tantùm diſceptatio eſt, & qvæ exiguo impendio præteriri poteſt. Sed hæc pauca de mutilis!

*LIBRI*

*LIBRI II.*

# Sectionis Sextæ

De

# MEMBRIS

## *CAPUT I.*

De

## Membri ſignificatione diverſa Medicorum Loca.

*Scribendi occaſio*

SÆpè etiam judices de membri appellatione conſulere nos ſolent: ſive de mutilis, ſive de imbecillibus, aut aliter læſis particulis agendum ſit. Proinde ne hoc in loco nos errare contingat: aut ea à nobis [illegible], qvæ Juriſperiti minimè admittant: præſtat, de hac re etiam ſeorſum agere. Porrò membrum, ſi *Medicos* conſulas, qvoqve pro qvalibet parte corporis, nullo diſcrimine ſæpè uſurpatur: nam & caro ipſa, nervusqve & vena, cœteræqve partes, qvas recepto nomine ſimilares appellamus, membri appellatione continentur. Verùm alienum fuerit, ſi judex nos de membri nuncupatione percontatur: mutilum tunc, aut aliter læſum membrum fuiſſe reſpondere, cùm fruſtum carnis abſciſſum cæſumqve duntaxat fuerit. Reverà enim Juriſconſulti compoſitas tantùm cor-

pori

periſpicientes intelligunt, qvandocunq; de membris interrogant.

In qva re *Ariſtotelem* ſeqvi videntur: (*cap. 1. l. 1. H. A.*) qvi compoſitas partes, & qvæ, cum ipſæ totius integritate deſcribantur, habent tamen intra ſe partes diverſas, ac ſui generis opificia, membra vocat duntaxat, ut caput, & pes, & manus. *Galenus* vero (*1. de uſu part. 1.*) hoc ipſum, qvod *Ariſtoteles* membrum particulam appellavit: nam qvæcunqve, inqvit, corpora nec undeqvaqve circumſcriptionem habent propriam, nec undeqvaqve conjunctæ ſunt aliis, hæ particulæ vocantur. Atqve ideo has qvoqve membra ſive articulos, qvos nos ſtrictiori appellatione nuncupamus, non eadem ubiqve apud Medicos expoſita invenies. Nam videas aliqvando illam particulam inſtrumentum *dici*, qvæcunqve ex ſimilaribus partibus qvovis modo conſtituta eſt: atqve hac ratione muſculum, venam item & digitum inſtrumenta appellavit *Galenus*. Præterea ea pars inſtrumentum eodem dicitur, qvæ potiſſima actionis alicujus eſt cauſa. Sic primum viſionis inſtrumentum cryſtallinum humorem dixit *Galenus*. (*1. Met. cap. 6.*) Verum de his inſtrumentis in membri appellatione nullam apud Juriſperitos rationem habitam eſſe video.

Ergo ne te pluribus morer, illam animalis particulam (de externis loqvor) qvantum ad præſens inſtitutum pertinet, inſtrumentum eſſe, ac

ac verè membrum nunc puta, qvæ perfectam edere actionem poſſit. Sic enim (*primo Lib. de Methodi Cap. 6.*) clariſſimè deſcripſit Galenus. Atqve ita oculus propriè dicetur animalis inſtrumentum, qvoniam viſionis actionem ſolus atqve integrè edit: ſic lingva, qvoniam loqvelæ opifex eſt: item & crura, qvoniam inceſſum efficiunt: & manûs, qvibus apprehendere proprium eſt munus.

## CAPUT II.

### Qvæ vera ſit membri ſignificatio, exactiùs oſtenditur.

SEd ut membri natura exqviſitius, ac magis ad juriſconſultorum placita intelligatur, ſciendum eſt, actionem, qvam etiam operationem vocare ſolet *Galenus, (6. de Decr. cap. 1. 17. de uſu part. 1. 11. de uſu part. 13.)* nihil aliud *eſſe*, niſi motum illum, qvem exercet particula, dum in agendo verſatur, atqve operi incumbit. Sic manus, dum ad apprehendendum movetur, ille motus actio: *finis* autem actionis, in qvo jam manus motio qvieſcit, uſus dicitur atqve utilitas: qvamobrem uſus finis eſt corporis actionum. Proinde qvæcunqve particula hujusmodi eſt, ut perfectam hanc actionem per ſe, nec alterius gratiâ in animali edere poſſit: illa verè membrum nuncupabitur. Tales præcipuè ſunt oculus, lingva, manus, pes.

Hoc etiam diligenter advertendum: mutas esse particulas, qvæ in actionibus edendis authores eſſe videntur: nihilo tamen minus membra non erunt: nam famulitium potius [illegible] tum vero inſtrumento ad præcipuas actiones præſtant. *Multa*, inqvit *Galenus*, (*1. de uſu part. 8.*) *in actionibus obeundis partes reqviruntur* [illegible] *magna dicuntur: ut manus, pedes, oculi, lingva: qvæ totius animalis actionum gratiâ factæ ſunt. aliæ verò minores: qvæ ſcil. dictis nunc partibus deſerviunt: nam cum oculus ipſe ſit organum præcipuum: qvod tamen* [illegible] *habet partes, per qvas videt: partes* [illegible] *qvibus videre non poteſt;* [illegible] *vid*[illegible] *conſervationem.* Ergo illæ omnes particulæ, qvæ præcipuo inſtrumento famulantur, vera inſtrumenta non ſunt: ſed inſtrumenti tantum partes.

Atqve hæc omnia ſi tecum diligenter verſes: non fuerit difficile deprehendere, qvæ pars in noſtro corpore vere inſtrumentum ſit: ac membrum propterea apud juriſconſultos dicendum: qvæve ab hoc numero removenda. Nam cum veriſſime dictum ſit à *Galeno*, lingvam eſſe inſtrumentum, qvoniam loqvelæ opifex eſt, nunqvam ille tamen aut labia, aut dentes inſtrumenta ſimiliter appellavit: iſtæ enim particulæ ad melius agendum lingvæ deſerviunt: nullam ipſæ per ſe integram actionem præſtantes. Nam labia, inqvit *Ariſtoteles*, (*2. de part. anim. 16.*) ad dentium tutelam præcipuè ſunt fabricata: ac

non-

nonnihil etiam ad uſum ſermonis proficiunt. Dentes verò ventriculi coctioni præſertim conferunt, dum cibum comminuunt ac molunt. Item cùm crura itionem per ſe exerceant, verè inſtrumentum appellatur: pedes tamen ac digiti qvia adjuvant tantum actionem iſtam, particulæ cruribus famulantes fuerint. Hic etiam cùm manus veriſſimum ſint apprehendendi inſtrumentum: digiti partes duntaxat eſſe cenſentur. Qvamobrem abſciſſo digito, nullum ego membrum amputatum affirmabo: non enim aufertur indè manus functio, ſed tantùm imminuitur. eadem etiam ratione nec aures, nec naſum membra nuncupaverim: non *enim* (*de ſimpt. cauſ 3*) aures ſunt inſtrumentum audiendi, ſed ille potiùs meatus finis, ubi nervo dilatato jungitur; nam cætera, qvæ extra hunc in anfractus meatus ſunt, juvant tantū audiendi inſtrumentum. Naſus præterea nec ipſe olfactus inſtrumentum, nam odoris ſenſus, ut ipſe etiam monſtravit *Galenus*, (*de inſtrum. odorat. 4*) in anterioribus cerebri ventriculis continentur. Etenim cartilaginea naſi pars osqve ipſum, aut etiam interior oris tunica, hoc tantum præſtant animali, ut melius odores percipiantur. Ergo ſi dentes, aut labia, aut aures, aut naſum reſcindas, neqvaqvam membrum te abſtuliſſe dicam: nam ut illæ deſint particulæ: nulla tamen propterea actione animal privabitur. Mammæ autem mulierum, perſpicuum eſt, qvod lactis perficiendi inſtru-

inſtrumentum ſunt: qvocircà jure etiam membra appellabuntur: ut etiam & teſtes, qvi non ſolùm efficiendi ſeminis *opifices* (*1. de ſem. cap. 6.*) ſunt: ſed etiam propriæ cujusdam facultatis, qvæ marem à fœmina diſtingvat, originem præſtant. Non ita autem penem inſtrumentum aut membrum dicam: nam ſeminis ejaculatio, ac venerea erectio, primaria atqve abſoluta actio non eſt: ſed qvæ tantum conceptioni famuletur. Qvanqvam ſi hujus operis neceſſitatem contemplemur, atqve antiqvam dicendi conſvetudinem, qvæ abſolutè ſub membri appellatione hanc partem eſſe voluit, hactenus non alienè penem qvoqve inter membra locare poſſe.

*LIBRI II.*

## SECTIONIS SEPTIMÆ

*De*

# Læſionibus, qvæ poſt Vulnera remanent,

## *CAPUT I.*

## Utrum qvispiam integrè à vulnere convaluerit?

*Scribendi occaſio.*

EST & occaſio alia, qvæ à Medicorum ſententia freqventer exigitur: cùm nimirum certiores fieri judices volunt, *num, qvi vulneratus jam fuerat, à vulnere convaluerit?* Ad

qvædam interrogata reſpondere, & ſi exigvi artificii qvibusdam eſſe videtur: nec omnino plurimùm noſtri reqviri diligentia. Eſt tamen aliqvid, ut conſtabit, qvod non qvilibet ex medicorum vulgô norit: ut propterea operæ pretium me facturum putem, ſi hoc qvoqve argumentum paucis de more abſolvam. *Duplicem ad judices in hoc genere referendi rationem eſſe.* Cum à nobis judices petunt: *num ex vulnere convaluerit?* duplex Medico reſpondendi ratio proponitur: *altera* ſi talis accepta propoſitio ſit. *Utrum ſcil. optimè vulnus coaluerit? illiq; inducta ſit cicatrix? Altera verò: num tam integrè qviſpiam à vulnere degat, ut conſolidatum illud ſit, ſed ne ulla qvidem alia inde noxa ſuperſit: aut, ſi ſuperſit, perpetuane illa ſit, ac permanſura, an talis potius, qvæ aliqvando emendari poſſit, ac membrum ad naturalem habitum reverti?*

Prima autem ratio ut facillima eſt (qvis enim neſciat, an ipſum vulnus ſanatum ſit, ac cute obtectum;) ita etiam ſuſpecta eſſe ſolet, ac fallaciam habet: nam etſi judices de vulnere aliqvando ruditer à nobis ſciſcitantur ac petunt: Revera tamen illorum mens eſt, ut de cœteris etiam læſionibus, qvæ ſupereſſe ex vulnere conſveverunt, mentio à Medicis fiat. Eqvidem ingenui artificis eſt, liberè omnia, ac ſine fuco proferre, nihil ſubdolè, nihil tectè loqvi: nam ut nihil tale perqvirant judices: noſtra tamen fides atqve integritas poſcit, ut ſingula planè doceamus: qvæ ſcil. noſtrâ interſit referre.

CA-

# CAPUT II.

## Num læſio ex vulnere remanſura ſit, ac perpetuò duratura.

UTrum ſolidato vulnere integra ſanitas ſecutura ſit, his, qvi in artis operibus diligenter verſantur, haut difficile fuerit deprehendere: nam ſi nec viſcera vulnus attigerit: nec nervoſas omninò læſerit partes, aut nimiam hæmorrhagiam excitarit, ferè ſemper à vulneribus benè ſperandum eſt. Quod ſi læſæ alicujus functionis ſuſpicio ſit, hoc uno propoſito vulneratæ partis exemplo, qvod te facilè ad cœtera deducat, ita judicabis. *Articulorum vulnera* partium motiones, extenſionem ſcil. contractionemqve, & cœteras alias utplurimùm impedire ſolent: tum qvia tendines ac capita muſculorum nerviqve ac ligamenta reſcinduntur: tum qvia magnæ etiam fluxiones concitantur: qvæ talem duritiem contrahant, ut libero motui manifeſto impedimento ſint.

Exangvis enim pars eſt articulus, ac frigida: in eaqve ab ipſa natura *viſcoſus* qvidam humor eſt circumfuſus: qvi ex ejus alimento remannes, promptiorem loci motionem facit: ut jam facile ſit, confluentes illuc humores concreſcere, ac durari, ut ægrè deindè diſſolvi poſſint. Cœterùm certum ſit, nervos aut muſculos eſſe reſciſſos, vix ulla ſperanda eſt læſæ functionis reſtauratio. Hoc enim nos alio capite ex *Galeni* ſententia ab-

undè demonſtravimus. Qvanqvam ibi etiam oſtendimus, fieri plerunqve, ut non ſolum muſculorum reſciſſæ fibræ ad habitum redeant naturalem: ſed ipſi etiam nervi, ut, qvæ functio planè eſſe peritura videatur, jam remanere integra poſſit. Si verò ex compacta tantum fluxione contractaqve duritie motionem eſſe impeditam proſpexeris: ſolet particula, modò idoneis medicamentis des operam ad naturalem ſtatum redire.

Qvocircà licebit tunc qvidem impeditam ſuo motu eſſe particulam profiteri: ſed qvidqvid id eſt noxæ, aliqvo tantùm tempore duraturum: diſcuſſis nimirum diſſolutisqve illis ſuccis, unde durities effecta eſt: qvos etiam non tantum mollientia medicamenta: ſed ſola ipſa interdum natura ſuperare adſvevit: in pueris præſertim, & qvi bono inculpatoqve habitu ſunt. Hæc ergo, qvæ hactenùs adduximus, ſi tecum ipſe diligenter verſabis haut difficulter: de cœteris referes, qvæ in brachiis, manibus, cruribus, pedibusqve ac cœteris articulis eveniunt nocumenta: ac de his deniqve omnibus, in qvibus voluntarii motûs noxa aliqva metuenda eſt.

At verò ſi cerebro vulnerato referenda tibi ſententia eſt, ſiqvidem ſenſus aliqvis externus læſus eſſe videatur (ſæpè enim cœci ſurdiqve, nonnunqvam & muti ad id genus vulneribus evadunt) aut ex principibus etiam functionibus qvæpiam offendatur: cui etiam injuriæ facilè objecta

objecta memoria eſt: nam ex *Plinio*, (*lib. 7. cap. 26*) nihil æqvè in homine fragile eſt, nec rarò etiam ſtupor qvidam mentis indè emergit: ſciendum eſt, hæc omnia mala perpetuò, atqve ad mortē usqve, eſſe duratura. Cerebrum enim, tum qvia princeps eſt inſtrumentum, tum qvia exangue: ſive propria temperies ſeu naturalis confirmatio ex vulnere offendatur, vix ullam ſanationem admittit. Cum enim ipſum ſit animalis facultatis principium atqve origo: ægrè aliundè niſi à ſeipſo ſuppetias expectat Præterea nonnullos ſcio ita graviter capite percuſſos fuiſſe: ut cum membranæ, ipſaqve etiam cerebri ſubſtantia à vulnere, ipſoqve ambiente fuiſſet offenſa: ſuperſtites qvidem evaſerunt. ſed ita tamen, ut poſteà levibus etiam occaſionibus, ab externis injuriis promptiſſimè offenderentur.

Proindè ſi effracta calvaria, ac notabilis membranæ portio detecta, ac malè habita ſit: fieri vix poteſt, qvin imbecille atqve invalidum indè reddatur cerebrum, ut jam nec ſoliti labores, vitæqve munia exerceri commodè poſſint: cùm ſcilicet intentio aliqva in agendo reqviritur: aut ab aëre nocumentum timeri poſſit: qvale in plenilunniis, humidiſſimo nimirum cœlo, freqventer ab his perſentiri ſolet. Qvapropter ſi utcunqve læſo cerebro, aut ſenſuum, aut principum functionum læſio aliqva ſeqvatur: reparari vix unqvam ſolet: ac plurimùm hominem ad interitum usqve comitatur. De oculis verò vulnera-

tis varias eſſe video Medicorum ſententias. [illegible] *Galenus*, (*1. ſympt. cauſ. 2.*) cum aliquid aqvei humoris foras effunditur, in ſummum cæcitatis diſcrimen hominem adduci: magna enim ex parte eos occæcari, qvi in parte corneæ, qvæ pupillæ prætenditur, vulnus acceperint, ſi [illegible]trorſum deſcenderit. Contra verò multi alii, (*Marc. Donat. lib. 5. cap. 5.*) qvi notabiliſſimas rerum hiſtorias collegerunt, non paucos obſervaverunt, qvos vulneratis oculis, humore ipſo haud mediocriter effuſo, integros tamen ac bene cernentes medica reddidit diligentia. Et Antonius *Benivenius* (*de mirab. rerum cauſ. cap. 14.*) non ſolum puellæ, cui perforata oculi tunica, plurimus inde fluxit humor, amiſſam viſionem revocavit, *ſed tanta*, inqvit, *vis eſt tenellæ ætatis, ut hunc ipſum oculi humorem, qvod ſæpè accidit, in integrum reficere poſſit.* Atqve ipſe etiam *Galenus* reſtauratam oculi valetudinem in puero ſe vidiſſe affirmat, qvi ſtylo in pupillæ loco fuerat compunctus, unde aqvoſus humor effluxerat, ac pupilla minor reddita, & cornea rugoſior facta fuerat.

Qvod facit, ut veriſſimam eſſe putem *Realdi* ſententiam, (*Lib. 10. de re anatom. cap. 1.*) qui aqveum humorem inſtar excrementi eſſe affirmavit, ac bis ſe vidiſſe totum prorſùs effuſum, in vulnere tamen ſpatio temporis renatum, ac viſionem reſtitutam fuiſſe. Ergò ſiqvando hujusmodi referendi occaſio ſeſe obtulerit, diligenter ætatem ac temperamentum conſiderabit: ac ſi puer-

ſi puerum boniqve habitus oſtenderit, dicat, do-
lo percuſſo, aliqvo temporis ſpatio vulnus ſepa-
rari poſſe; ſed nihilominus difficile hoc opus fo-
re: aut etiam impoſſibile. Atqve hæc, arbitror,
ſuſpectura ſunt medico, qvi relicta vulnerum no-
cumenta, an ſint duratura, & qvantô
tempore, ex arte eſt cogni-
turus.

---

*LIBRI II.*

## SECTIONIS OCTAVÆ

*De*

## Erroribus eorum, qvi faciunt Medicinam.

## *CAPUT I.*

### Qva ratione tueri Medicum, aut culpare juſtè liceat: ſiqvidem erroris, aut criminis ſuſpicione in judicium vocetur?

*Scribendi occaſio.*

NOnnulli tam alieni ingenii ſunt, perverſiqve judicii, qvi, ſi qvando ægrotantium res & medicorum opera ex animi ſententia minime cedat, culpam omnem in *Medicos* referant: ipſosqve propterea multis calumniis exagitent; audeantqve etiam

in judicium vocare: qvasi impertiendæ valetudinis debitô continuò Medici teneantur. Magna igitur atqve immerita illis Medicis injuria fit, qvorum honeſtam, qvanqvam non ita felicem operam falsò alii incuſant, ac damnant: ut juſtiſſimo etiam digni ſint patrocinio, ſi qvando hujusmodi coram judice agitantur.

Contrà autem ſæviſſimè illos Medicos plectendos puto, qvorum tanta temeritas eſt, ut longè ab omni fide officioqve medicinam exercentes, nulla juris honeſtiqve reverentiâ ſervatâ, noxia qvædam atqve exitioſa remedia impiè adhibent: qvibus & necem langventibus, & graviſſima damna moliuntur ac parant. Nec impunè etiam dimittendos illos puto, qvi ſine methodo atqve artificio agentes inconſultè Medicinam faciunt: ac multa ægrotantibus detrimenta pariunt, ut ſatiùs fuerit, amotis illorum conſiliis, ſoli naturæ morborum expulſionem committere. Et licèt Romæ aliqvando *cautum* fuerit, (*L. Medicos. C. de profeſſor.*) ne unqvam invitus Medicus in judicium deduceretur: attamen recentum erat depulſæ peſtis memoria: gratiqve Numinis beneficium illis adhuc animo verſabatur. Reverà autem in Republica optimè conſtitutâ ſua qvidem bonis civibus habenda eſt gratia: ac crimina etiam punienda, ut juſtitiæ æqvilibrium ubiqve ſervetur. Qvapropter qvoniam in his erroribus advertendis aliorum medicorum ſententiæ adhiberi ſolent: qvorum ſcil. integra fa-

tis ac ſpectata eſt autoritas, artisqve præſtantia: ideò nonnulla in medium afferenda ſunt mihi, qvæ ſibi ante oculos conſtituens Medicus, rectè judicare poſſit juréne, an injuriâ Medici arguantur, itemq; an dolus, an inſcitia, culpanda ſit.

## CAPUT II.

### De Phyſicorum erroribus judicandis.

UT igitur rem omnem prudenter decernas, ſiqvidem *clinici* in judicium vocentur (ita medicos vocant, qvi dieteticam ac pharmacevticam medicinam exercent) propoſita jam ægrotantis hiſtoria, qvæ vel negligentiam, vel dolum in medico ſuſpectum reddit: primo tibi diligenter verſanda ſunt animo, qvæ remedia uſurpata, & qvæ poſtea mala ſubſecuta ſunt. Qvæ omnia ſi ita inter ſe cohæreant, ac veluti qvadam ordinis dependentia conjuncta ſint, ut ab intempeſtivô illorum remediorum uſu objecta mala prodire & poſſint, & ſoleant: hoc tanqvam fundamento, ac totius disqviſitionis ſumpto principio, jam ad cœtera paratiùs te conferes. Sin verò aliena inter ſe ſint, nec ullâ communione ordineqve conſtituta, nihil diutiùs laborandum eſt tibi, nec fruſtrà in his conterendum eſt tempus, qvæ nullo pacto conſtare inter ſe poſſunt.

Ergò ſi qvis ſolvente hauſto medicamento,

paulò poſt intereat: ideò necis reus Medicus ſi-
at: tu qvidem, cùm judicium demandatur, di-
ligenter adverte, nimiáne fuerit ea purgatio ſit,
( hypercatharſin vocant ) an exigua, aut planè
nulla: ſic enim intempeſtivè datum eſſe medica-
mentum videri poteſt. Qvod ſi mediocris pro-
ceſſit evacuatio, ſuſpectum eſſe medicamentum
intereà non poteſt, qvantum ſcil. ad [illegible]
naturam ſpectat. Sed hæc qvanqvam vera ſunt:
haut tamen ad rem ſatis: nam ſolet omnino ali-
qvando præſcribi medicamentum, qvod tamen
fine fruſtretur ſuo: ac præſertim, ſi medicus la-
borantis naturam minimè aliàs expertus ſit:
ideoqve vel plus juſto evacuabit: vel nullo pacto:
ut igitur jure medicum damnes: aut nimis vali-
dum fuiſſe medicamentum in nimia purgatio-
ne neceſſe eſt: aut nimis imbecille in nulla.
Qvanqvam ultimus hic error non tam cauſa,
qvàm occaſio mortis eſſe videtur. plus enim
peccat, qvi rem noxiam admovet, qvàm qvi
eandem non removet: fortaſſè enim natura per
ſe morbum depellat, ſi obicem non inveniat.
Qvòd ſi præter nimiam purgationem moleſtiſ-
ſima aliqva ſupervenerint ſymptomata, qvalia
venenatæ interdùm potiones parere ſolent: ut
cùm de hoc etiam diligentius conſideres. Sed de
venenorum notis juſtam alibi tractationem
fecimus.

Cœterùm, ſi qviſpiam ſectâ venâ paulò poſt
aut intereat, aut deterrimè indè ſeſe habuiſſe

ſentiat:

ſenſerit : ita tu judicabis, nam ſi in magna imbecillitate, qvæ exolutis fit viribus, multum ſangvinis tuo juſſu detractum ſit. ac ſtatim homo deficiat : ſine dubio in te iſta referenda eſt culpa : ſiqve etiam in magna plenitudine nihil tamen eduxeris, cùm nulla intereà res obſtiterit, atqve indè magna reſultet offenſio : nihilo etiam minùs aut ignorantia, aut dolus medici eſt inculpandus. Eſt etiam, cur ex uſu qvorundam aliorum remediorum eadem oriatur ſuſpicio : ſiqvidem valida ea ſint, ac vim naturæ poſſent inferre; ut ſi acre aliqvod Enema nimius ſeqvatur alvi fluor : aut moleſta inteſtinorum excoriatio : ſi calidum qvodpiam, ac validæ actionis aſſumtum, aut ſingultum, aut cardialgiam, aut ſimile qvidpiam attulerit. Item ſi ſomnifero hauſto medicamento magnus ſtupor ac ſomnus profundisſimus, ac deniqve extinctio ſeqvatur : eſt, cur de Medici ignorantia, aut crimine ſuſpiceris.

Exhibent temerarii qvidam *aborſum facientia pharmaca*, a qvibus qvidem nonnullas interiiſſe, ſatis ſcio. Ergò in his hauſtis medicamentis ſine dubio univerſa poſita eſt culpa : nam qvæcunqve fœtum verè corrumpunt, venenoſa planè ſunt omnia, qvæ verò utcunqve depellunt, vehementia ſunt, ac periculi plena. Sed nota, qvæ de his aliqvando ſcripſit *Hippocrates* : *(5. Epidem tex. 5.) Qvæ pharmacum*, inqvit, *corruptorium biberat, accidit labor, vomitus bilioſorum, mul-*

*torum*

*torum, pallidorum & porraceorum , cùm biduò [illegible] convulſio tenebat: lingvam mandebat, cùm ad qvartam veniret: & ipſa lingva erat nigra: oculorum autem alba rubra: inſomnis, qvarta die mortua eſt ad noctem.* Vide igitur, qvi fœtum in utero enecare audent, qvàm graviter peccent, qvàm acriter puniendi ſint : nam & matri qvoqve interim exitium parant. Tanti igitur refert, abortiva remedia prægnantibus exhibere, ut vel ſola interdum illorum juramenti expectatio, atqve inde enata ſpes immaturi partus ſatis ad abortum ſit : in iis ſcil. qvæ in animi paſſionibus facilè valdeqve permoventur. Puellam novi, florenti ætate, qvæ cùm de fœtu ante tempus abjiciendo Medicum conſuleret : hic, ut impium illius inſtitutum falleret : piâ ſimulatione promittit, ſe daturum qvidem, qvod ſuam expectationem abundè expleret, verùm antidotum ex iis miſcuit, qvæ fœtui robur, ac firmitudinem adjicerent. Puella tamen dum illo hauſto jam tum pariendi deſiderio vehementer incenſa eſſet, ac certò ſibi, qvod falsò promittebat, eventurum ſperans, tota in hanc curam incumbens, non multò poſt elapſum eſſe fœtum ſenſit : ac non ſine Medici ignominia abortivit : pharmaco qvantumlibet adverſante : nam vehemens illa abortus concepta imago, & medicamenti vim vicit, & Medici operam eluſit.

Sed ut jam ad affectuum ac remediorum convenientiam revertar : ſi longè alia adverterem eſſe ſym-

ſe ſymptomata; & qvæ aſſumta medicamenta, producere non ſoleant: qvanqvam malè indè res ceſſerit; non tamen Medico culpa eſt tribuenda: ſed potiùs errores alii incuſandi. Sic ſi ſumto cordiali electuario, aut ex iis aliqvo, qvæ facultatem roborandi habent: alvi tamen fluxus ſucceſſerit, aut hæmorrhoides ſupervenerint: aut ſi acri immiſſo clyſteri, ſopor malè habeat. Qvoniam nullus inter hæc ordo, nulla eſt colligatio: ideo aliunde qværenda eſt mali eventus cauſa. *Medicus* qvidam (*Amat. Luſit. cent. 2. curat. 20.*) cùm puellæ ſævis torminibus, morbisqve pituitoſis laboranti, ænema ex his præſcripſiſſet, qvæ cruda, craſſaqve excrementa incidere, ac flatus diſſolvere conſveverunt; illoqve mox ab accepto ænemate apoplectica interiiſſet; Conſultus *Amatus* nullam in medico, qvi in judicium erat vocatus, culpam agnovit. Nam & ſi fortaſſe ejus remedii occaſione attenuata pituitæ copia promptius cerebrum petere ac exitium afferre potuerit; attamen divina potius, qvàm medica conjectura eſſe hæc debuit. Qvanqvam etiam ſine ænemate fortaſſis gravis illa apoplexia jam tum erat puellam enecatura.

Præterea ſi levia tantum adhibita ſint morborum auxilia: ſive qvid ore aſſumatur, ſive extrinſecus admotum ſit: ſuccedatqve vel mors, vel grave aliqvod nocumentum, qvod præter expectationem eſſe videatur: nulla eſſe debet tam multa in remediis ſuſpicio. Talia enim ut parum

juvare,

juvare, ſi recte uſurpes: ita parum qvoqve nocere, ſi minus rectè, ſolent. Nec me latet, nonnullos præſcriptis vocatis fonticulis: aut ſimilibus etiam nonnullis remediis, qvæ non niſi longo tempore proficere conſveverunt: aut in deterius degeneraſſe, aut etiam mortuos fuiſſe. In qva qvidem re ſive cita mors eveniat, ſive multo poſt tempore, nullus error medici reprehendi poteſt: nam hæc auxiliorum genera imbecillia fortaſſe reddere: mortem tamen non niſi aliorum morborum interventu afferre neqvaqvam poſſunt. Qvanqvam, fateor, ſi fonticuli extra reqviſitam ſedem, ubi nervi, tendinesqve, aut vulnere, aut convocata fluxione aliter offendi poſſent, meritò, qvi locum aperuit, reprehendi poſſe: ſiqvidem aut inflammatio, aut convulſio, aut ſimilia qvædam ſymptomata inde excitentur. Cum igitur in levibus his, ac lentis remediis inſcitia aliqva in medico deprehendi poſſit: exitii tamen in cauſa illum fuiſſe, neqvaqvam probare licet.

De his autem erroribus, qvi in cibis intempeſtivè exhibendis committuntur, nihil dico: nam ea perſvaſa eſt hominum opinio, ut putent in acutis morbis vix ex nimio alimento, poſſe ulla periclitari ratione ægrotantes: ac potius ſi qvando medicos vident parco victu ægros continentes, ultro hortantur, ut uberius alant, ac nutrimentis indulgeant. Qvanqvam damnoſiſſimum ſit in hac parte delinqvere:

poſſit.

poteſtqve medicus ſive ignorantia, ſive dolo inductus, intempeſtivo cibi uſu mortem aliqvando, aut graviſſimum damnum apportare: & præſertim ſi copioſiore, qvàm par ſit, cibo ægrum exoneret, qvales ſunt, qvi in acutiſſima febre, ac doloroſis affectionibus carnem, viniqve potum libenter nullo diſcrimine præſcribunt. Hunc ergo errorem ſiqvando ad Judices referendum ſit, nihilo minorem exiſtimabo: qvàm qvi expurgante medicamento, aut qvovis alio malè adminiſtrato remedio, committitur.

## CAPUT III.

### Chirurgorum errores qvomodò in judicio examinandi?

FReqventius in chirurgos iſta cadit qverela atqve ſuſpicio, qvippe qvi nec animum philoſophicis ſtudiis excultum habeant: nec artis peritia plurimum præſtent. Illi enim incidendo, ſecando, urendoqve: atqve omninò manuum opera exercendo, ægrotantes non raro in maxima adducunt diſcrimina. In hoc hominum genus invehitur aliqvando *Galenus* (*3. Anatom. adminiſt. 1.*) *aitq; ſexcenta errata evenire, dum chirurgi iſti oſſa excidentes, atq; abſceſſus ſecantes, inſignes perſecant venas: aut magnas arterias dividunt: aut profluvium ſangvinis excitant, qvod ſupprimi neqvit. Et qvidam etiam, ait, venam ferientes, arteriam diviſerunt: ignari qvibus artuum venis arteria*

tis varias eſſe video Medicorum ſententias. [illegible] *Galenus*, (*1. ſympt. cauſ. 2.*) cum aliqvid aqvei humoris forâs effunditur, in ſummum cæcitatis diſcrimen hominem adduci : magna enim ex parte eos occœcari, qvi in parte corneæ, qvæ pupillæ prætenditur, vulnus acceperint, ſi humorum deſcenderit. Contra verò multi alii, (*Marc. Donat. lib. 5. cap. 5.*) qvi nobiliſſimarum rerum hiſtorias collegerunt, non paucos [illegible]verunt, qvos vulneratis oculis, humoreque haud mediocriter effuſo, integros tamen ac bene cernentes medica reddidit diligentia. Et Antonius *Benivenius* (*de mirab. rerum cauſ. cap. 14.*) notabilium puellæ, cui perforata oculi tunica, plurimus indè fluxit humor, amiſſam viſionem revocavit: *ſed tanta*, inqvit, *vis eſt tenellæ ætatis, ut huic ipſum oculi humorem, qvod ſæpè accidit, in integrum reficere poſſit.* Atqve ipſe etiam *Galenus*, reſtauratam oculi valetudinem in puero ſe vidiſſe affirmat, qvi ſtylo in pupillæ loco fuerat compunctus, unde aqvoſus humor effluxerat, ac pupilla minor reddita, & cornea rugoſior facta fuerat.

Qvod facit, ut veriſſimam eſſe putem *Realdi* ſententiam, (*Lib. 10. de re anatom. cap. 1.*) qvi aqveum humorem inſtar excrementi eſſe affirmavit, ac bis ſe vidiſſe totum prorsùs effuſum in vulnere tamen ſpatio temporis renatum, & adviſionem reſtitutam fuiſſe. Ergò ſiqvando hujusmodi referendi occaſio ſeſe obtulerit, diligenter ætatem ac temperamentum conſiderabit: ac

ſi pue-

ſi puerum boniqve habitus oſtenderis, dices, quando percurato, aliqvo temporis ſpatio viſum recuperari poſſe: ſed utplurimum difficile hoc opus fore; aut etiam impoſſibile. Atqve hæc, arbitror, ſubjecta ſunt medico, qvi relicta vulnerum nocumenta, an ſint duratura, & qvantô tempore, ex arte eſt cogniturus.

*LIBRI II*

## Sectionis Octavæ

*De*

## Erroribus eorum, qvi faciunt Medicinam.

## *CAPUT I.*

### Qva ratione tueri Medicum, aut culpare juſtè liceat: ſiqvidem erroris, aut criminis ſuſpicione in judicium vocetur?

*Scribendi occaſio.*

NOnnulli tam alieni ingenii ſunt, perverſiqve judicii, qvi, ſi qvando ægrotantium res & medicorum opera ex animi ſententia minimè cedat, culpam omnem in *Medicos* referant: ipſosqve propterea multis calumniis exagitent; audeantqve etiam

in judicium vocare;qvaſi impertiendæ valetudinis debitô continuò Medici teneantur. Magna igitur atqve immerita illis Medicis injuria fit, qvorum honeſtam, qvanqvam non ita felicem operam falsò alii inculant,ac damnant:ut juſtiſſimo etiam digni ſint patrocinio, ſi qvando hujusmodi coram judice agitantur.

Contrà autem ſæviſſimè illos Medicos plectendos puto,qvorum tanta temeritas eſt,ut longè ab omni fide officioqve medicinam exercentes,nulla juris honeſtiqve reverentiâ ſervatâ, noxia qvædam atqve exitioſa remedia impiè adhibent: qvibus & necem langventibus, & graviſſima damna moliuntur ac parant. Nec impunè etiam dimittendos illos puto,qvi ſine methodo atqve artificio agentes inconſultè Medicinam faciunt: ac multa ægrotantibus detrimenta pariunt, ut ſatiùs fuerit, amotis illorum conſiliis, ſoli naturæ morborum expulſionem committere. Et licèt Romæ aliqvando *cautum* fuerit, (*L. Medicos, C. de profeſſor.*) ne unqvam invitus Medicus in judicium deduceretur: attamen recens tum erat depulſæ peſtis memoria: gratiqve Numinis beneficium illis adhuc animo verſabatur. Reverà autem in Republica optimè conſtitutâ ſua qvidem bonis civibus habenda eſt gratia: ac crimina etiam punienda,ut juſtitiæ æqvilibrium ubiqve ſervetur. Qvapropter qvoniam in his erroribus advertendis aliorum medicorum ſententiæ adhiberi ſolent: qvorum ſcil. integra la-

tio

tis ac ſpectata eſt autoritas, artisqve præſtantia: ideò nonnulla in medium afferenda ſunt mihi, qvæ ſibi ante oculos conſtituens Medicus, rectè judicare poſſit: juréne, an injuriâ Medici arguantur, itemq; an dolus, an inſcitia, culpanda ſit.

# CAPUT II.

## De Phyſicorum erroribus judicandis.

UT igitur rem omnem prudenter decernas, ſiqvidem *clinici* in judicium vocentur (ita medicos vocant, qvi dieteticam ac pharmacevticam medicinam exercent) propoſita jam ægrotantis hiſtoria, qvæ vel negligentiam, vel dolum in medico ſuſpectum reddit: primo tibi diligenter verſanda ſunt animo, qvæ remedia uſurpata, & qvæ poſteà mala ſubſecuta ſunt. Qvæ omnia ſi ita inter ſe cohæreant, ac veluti qvadam ordinis dependentia conjuncta ſint, ut ab intempeſtivô illorum remediorum uſu objecta mala prodire & poſſint, & ſoleant: hoc tanqvam fundamento, ac totius disqviſitionis ſumpto principio, jam ad cœtera paratiùs te conferes. Sin verò aliena inter ſe ſint, nec ullâ communione ordineqve conſtituta, nihil diutiùs laborandum eſt tibi, nec fruſtrà in his contendendum eſt tempus, qvæ nullo pacto conſtare inter ſe poſſunt.

Ergò ſi qvis ſolvente hauſto medicamento,

paulò poſt intereat: ideo necis reus Medicus ſi-
et; tu quidem, cui judicium demandatum, id di-
ligenter adverte, nimiâne ſubſecuta purgatio ſit,
(hypercatharſin vocant) an exigua, aut planè
nulla: ſic enim intempeſtivè datum eſſe medica-
mentum videri poteſt. Quod ſi mediocris pro-
ceſſit evacuatio, ſuſpectum eſſe medicamentum
intereà non poteſt, qvantum ſcil. ad purgationem
naturam ſpectat. Sed hæc qvanqvam vera ſunt:
haut tamen ad rem ſatis: nam ſolet omnino ali-
qvando præſcribi medicamentum, qvod tamen
fine fruſtretur ſuo: ac præſertim ſi medicus la-
borantis naturam minimè alias expertus ſit,
ideoqve vel plus juſto vacuabit: vel nullo pacto;
ut igitur jure medicum damnes: aut nimis vali-
dum fuiſſe medicamentum in nimia purgatio-
ne neceſſe eſt: aut nimis imbecille in nulla.
Qvanqvam ultimus hic error non tam cauſa,
qvàm occaſio mortis eſſe videtur: plus enim
peccat, qvi rem noxiam admovet, qvàm qvi
eandem non removet: fortaſſè enim natura per
ſe morbum depellat, ſi obicem non invenit.
Qvòd ſi præter nimiam purgationem moleſtiſ-
ſima aliqva ſupervenerint ſymptomata, qvalia
venenatæ interdùm potiones parere ſolent: velis
tu de hoc etiam diligentius conſideres. Sed de
venenorum notis juſtam alibi tractationem
fecimus.

Cœterùm, ſi qviſpiam ſectâ venâ paulò poſt
aut intereat, aut deteriùs inde ſeſe habuiſſe

ſentiat:

[illegible]nt: ita tu judicabis, nam ſi in magna imbecillitate, qvæ exolutis fit viribus, multum ſangvinis tuo juſſu detractum ſit: ac ſtatim homo deficiat: ſine dubio in te iſta referenda eſt culpa. ſiqve etiam in magna plenitudine nihil tamen eduxeris, cùm nulla intereà res obſtiterit, atqve inde magna reſultet offenſio: nihilo etiam minus aut ignorantia, aut dolus medici eſt inculpandus. Eſt etiam, cur ex uſu qvorundam aliorum remediorum eadem oriatur ſuſpicio: ſiqvidem valida ea ſint, ac vim naturæ poſſint inferre: ut ſi acre aliqvod Enema [illegible] ſeqvatur alvi fluor: aut moleſtia inteſtinorum excoriatio: ſi calidum qvodpiam, ac valida [illegible]tum, aut ſingultum, aut cardialgiam, aut ſimile qvidpiam attulerit. Item ſi ſomnifero hauſto medicamento magnus ſtupor ac ſomnus profundisſimus, ac deniqve extinctio ſeqvatur: eſt, cur de Medici ignorantia, aut crimine ſuſpiceris.

Exhibent temerarii qvidam *aborſum facientia pharmaca*, à qvibus qvidem nonnullas interiiſſe, ſatis ſcio. Ergò in his hauſtis medicamentis ſine dubio univerſa poſita eſt culpa: nam qvæcunqve fœtum verè corrumpunt, venenoſa planè ſunt omnia, qvæ verò utcunqve depellunt, vehementia ſunt, ac periculi plena. Sed nota, qvæ de his aliqvando ſcripſit *Hippocrates*: (*5. Epidem tex. 5.*) *Qvæ pharmacum*, inqvit, *corruptorium biberat, accidit labor, vomitusallioſorum, multorum*

*torum, pallidorum & porraceorum, cùm bibiſſet: convulſio tenebat: lingvam mandebat, cùm ad qvam-tant veniret: & ipſa lingva erat nigra: oculorum autem alba rubra: inſomnis, qvarta die mortua eſt ad noctem.* Vide igitur, qvi fœtum in utero enecare audent, qvàm graviter peccent, qvàm acriter puniendi ſint: nam & matri qvoqve interim exitium parant. Tanti igitur refert, abortiva remedia prægnantibus exhibere, ut vel ſola interdum illorum juramenti expectatio, atqve inde enata ſpes immaturi partus ſatis ad abortum ſit: in iis ſcil. qvæ in animi paſſionibus facilè valdeqve permoventur. Puellam novi, florenti ætate, qvæ cùm de fœtu ante tempus abjiciendo Medicum conſuleret: hic, ut impium illius inſtitutum falleret: piâ ſimulatione promittit, ſe daturum qvidem, qvod ſuam expectationem abundè expleret, verùm antidotum ex iis miſcuit, qvæ fœtui robur, ac firmitudinem adjicerent. Puella tamen dum illo hauſto jam tum pariendi deſiderio vehementer incenſa eſſet, ac certò ſibi, qvod falsò promittebat, eventurum ſperans, tota in hanc curam incumbens, non multo poſt elapſum eſſe fœtum ſenſit: ac non ſine Medici ignominia abortivit: pharmaco qvantumlibet adverſante: nam vehemens illa abortus concepta imago, & medicamenti vim vicit, & Medici operam eluſit.

Sed ut jam ad affectuum ac remediorum convenientiam revertar: ſi longè alia adverteris ef-

fe ſym

ſe ſymptomata, & qvæ aſſumta medicamenta, producere non ſoleant: qvanqvam malè indè res ceſſerit; non tamen Medico culpa eſt tribuenda: ſed potius errores alii incuſandi. Sic ſi ſumto cordiali electuario, aut ex iis aliqvo, qvæ facultatem roborandi habent: alvi tamen fluxus ſucceſſerit, aut hæmorrhoides ſupervenerint: aut ſi acri immiſſo clyſteri, ſopor malè habeat: qvoniam nullus inter hæc ordo, nulla eſt colligatio. ideo aliunde qværenda eſt mali eventus cauſa. *Medicus* qvidam (*Amat. Luſit. cent. 2. curat. 20.*) cum puellæ ſævis torminibus, morbisqve pituitoſis laboranti, ænema ex his præſcripſiſſet, qvæ cruda, craſſaqve excrementa incidere, ac flatus diſſolvere conſveverunt; illoqve mox ab accepto ænemate apoplectica interiiſſet; Conſultus *Amatus* nullam in medico, qvi in judicium erat vocatus, culpam agnovit. Nam & ſi fortaſſe ejus remedii occaſione attenuata pituitæ copia promptius cerebrum petere ac exitium afferre potuerit; attamen divina potius, qvàm medica conjectura eſſe hæc debuit. Qvanqvam etiam ſine ænemate fortaſſis gravis illa apoplexia jam tum erat puellam enecatura.

Prætereà ſi levia tantum adhibita ſint morborum auxilia: ſive qvid ore aſſumatur, ſive extrinſecus admotum ſit: ſuccedatqve vel mors, vel grave aliqvod nocumentum, qvod præter expectationem eſſe videatur: nulla eſſe debet tam multa in remediis ſuſpicio. Talia enim ut parum juvare,

juvare, ſi rectè uſurpes: ita parum qvoqve nocere, ſi minus rectè, ſolent. Nec me latet, nonnullos præſcriptis vocatis fonticulis: aut ſimilibus etiam nonnullis remediis, qvæ non niſi longo tempore proficere conſveverunt: aut in deterius degeneraſſe, aut etiam mortuos fuiſſe. In qva qvidem re ſive cita mors eveniat, ſive multo poſt tempore, nullus error medici reprehendi poteſt: nam hæc auxiliorum genera imbecilliores fortaſſe reddere: mortem tamen non niſi diuturnum morborum interventu afferre neqvaqvam poſſunt. Qvanqvam, fateor, ſi fonticulus etiam reqviſitam ſedem, ubi nervi, tendinesqve, aut vulnere, aut convocata fluxione aliter offendi poſſent, meritò, qvi locum aperuit, reprehendi poſſe: ſiqvidem aut inflammatio, aut convulſio, aut ſimilia qvædam ſymptomata inde excitentur. Cum igitur in levibus his, ac lentis remediis inſcitia aliqva in medico deprehendi poſſit: exitii tamen in cauſa illum fuiſſe, neqvaqvam probare licet.

De his autem erroribus, qvi in cibis intempeſtivè exhibendis committuntur, nihil dico: nam ea perſvaſa eſt hominum opinio, ut putent in acutis morbis vix ex nimio alimento, poſſe ulla periclitari ratione ægrotantes: ac potius ſiqvando medicos vident parco victu ægros continentes, ultro hortantur, ut uberius alant, ac nutrimentis indulgeant. Qvanqvam damnoſiſſimum ſit in hac parte delinqvere, et

pote-

poſſit, ſive medici ſive ignorantia, ſive dolo ducti, intempeſtivo cibi uſu mortem afferendo, aut graviſſimum damnum apportare: & præſertim ſi copioſiore, qvàm par ſit, cibo ægrum exoneret; qvales ſunt, qvi in acutiſſima febre, ac doloroſis affectionibus carnem, viniqve potum libenter nullo diſcrimine præſcribunt. Hunc ergo errorem ſi qvis medico ad Judices referendum ſit, nihilo minorem exiſtimabo: qvàm qvi expurgante medicamento, aut qvovis alio malè adminiſtrato remedio, committitur.

## CAPUT III.

### Chirurgorum errores qvomodo in judicio examinandi?

FRequentius in chirurgos iſta cadit qverela atqve ſuſpicio, qvippe qui nec animum philoſophicis ſtudiis excultum habeant: nec artis peritia plurimum præſtent. Illi enim incidendo, ſecando, urendoqve: atqve omninò manuum opera exercendo, ægrotantes non raro in maxima adducunt diſcrimina. In hoc hominum genus invehitur aliqvando *Galenus* (*3. Anatom. adminiſt. 1.*) *atq; ſexcenta errata evenire, dum chirurgi iſti oſſa excidentes, atq; abſceſſus ſecantes, inſignes perſecant venas: aut magnas arterias dividunt: aut profluvium ſangvinis excitant, qvod ſupprimi neqveat. Et qvidam etiam, dum venam ferientes, arteriam diviſerunt: ignari qvibus artuum venis arte-*

*riæ*

adoleſcenti, abſceſſum ſub alâ ſecuiſſe : nec pro pure qvod exiturum ſperabant, ſpirituoſum ſangvinem cum ſtrepitu proſiliiſſe : nec multò poſt ægrotum exſpiraſſe. In qva re nihil dubito, turpiter illos erraſſe chirurgos : nam qvanqvam abſceſſum illum raro eveniſſe ſolitum eſſe ſcripſerit *Amatus*: mihi tamen haud temerè verum illud *anevriſma* fuiſſe videtur : cujus veram ille imaginem illic expreſſit. Proinde ejus rei ignoratio nullam excuſationem mereri unqvam debet.

Non in diſſimile etiam ſcelus incidunt chirurgii qvidam manuales medici : qui ſtrumam extirpare, aut incidere varices tumore aliqvando aggrediuntur : ſæpe enim aut repente ſub eorum manibus expiraſſe nonnullos vidi, aut certe non multò poſt tempore. Notum his enim eſt, qui partium conſtitutionem ac ſitum norunt, ſtrumæ jugulares arterias freqventer ſubeſſe, & inter varices arterias etiam aliqvas, neqve alias exiguas complicari : ut promptum ſit, his vulneratis ſubitum ſequi animalis interitum : corpore nimirum ſpiritibus exhauſto.

Qvidam etiam ocularius Medicus cum aliqvando ſuffuſionem deprimere, me vidente, aggrederetur : acu immiſſa dum illam trudere enititur, corneam imprudens dilaceravit : unde humor egreſſus turbavit oculum atqve omnem videndi facultatem ademit : jure optimo culpandus puniendusqve. Non ſic autem ſi effuſio illuc

iterum fuiſſet reverſa, unde dimota fuerat [illegible] hoc ſæpe ſine artificis errore contingit, ſed dila[illegible]rare tunicam: ac certam cœcitatem [illegible] valetudine inducere, nunqvam hoc ſine [illegible] committitur. Nam qvi veſicæ lapidem [illegible]hunt, qvoniam lubricum illud eſt [illegible] culpæ ſubjectos illos putabo, ſi moriatur [illegible]tus: ſed nec ulli reverà ſalutem illi polliceri [illegible]tum ſolent: verùm id tantùm præſtare, quod artificis eſſe arbitrãtur. Juvat auté huc etiam [illegible] orationem afferre: (*cap. 9. l. 3. A. A.*) qvi de ſimilibus qvibusdam chirurgorum [illegible] memoriæ prodidit. *Cognoſcere, inqvit, [illegible] muſſim convenit, cum aliorum [illegible]um, tum etiam præcipuè, qvi functionem [illegible] dignam obtinent: ut ſive telum, ſive ſpiculum [illegible] di[illegible]ſectione, vel præciſione alicujus oporteat [illegible] [illegible]s, nervisq. ab[illegible]: ſive [illegible] quampiam particulam: vel [illegible] [illegible]ctum præcidamus. novi enim quempiam [illegible] ſegniter manu [illegible]. qvi cum [illegible] exteriori brachii regione magnam [illegible] præcidiſſent, [illegible] inſignem [illegible] [illegible] temerè [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Hippocrate [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] adhæc [illegible] [illegible] hæc omnia habentur. [illegible]*

[illegible]

*ſubito propter ſangvinem profluvium veritus, hoc ſolum attendit, ſuniculis vaſa quæ amputata erant, circumdatis. Paulo poſt æger neqve manum movere potuit neqve [illegible] membri partibus ſentire.* Sic itaqve Medicus una ſectione totum membrum reddidit inutile.

Sed hic tamen cautè pronuncies velim, neqve qvamcunqve ex diſſectione noxam ſubſecutam ſtatim Medico imputabis. Narrat enim *Galenus*, (*ut ſupra*) eximios qvosdam medicos accuſatos fuiſſe, tanqvam nervum inciſiſſent, qvoniam poſt ſectionem acceperant ægri ſtupidum affectum per manus longitudinem ſtatim ſenſerunt: tempore vero inſecuto affectus ille, his qvibus vena fuit inciſa, permanſit. Qvapropter *ego*, inqvit, *accuſatoribus proprietatem ſtructuræ corporis nonnunqvam talem fieri indicans, medicos ab infamia liberavi. Sunt enim qvædam nervorum radices per ſumma exeuntium cuti, cohærentium, & qvi illi ſenſum præbent, qvæ incertis ac variis nec ſemper iiſdem producuntur: ut juſte illum excuſatum dixeris, qui ex his aliqvem cum vena inciderit.* Atqve hæc Galenus (*16. de uſu part. 2.*) Illud qvoqve ignorandum non eſt: plerumqve in vulneribus capitis percurandis chirurgorum incuriam reprehendi; ſiqvidem rupti oſſis, effractiqve manifeſta ſeſe exhibuerint indicia, nec ullum tamen exitui ſangvinis emiſſarium fecerint. Sed hoc tantum ubi aſſignari in capite locus qveat, qvi aperiri debeat: nam ſi his ipſe incertus ſit, ac longe

fortaſſe ab ea ſede excitetur [illegible] ubi [illegible] ſio eſt: (qvod eveniſſe aliqvando obſervatum fuit) aut ſi os integrum qvidem manet, [illegible] tamen ex ictu vena aliqva in cerebri membrana rupta aliqvid ſangvinis, ut *Celſus* [illegible] *c. 4.*) emittit, magna hæc fuerit chirurgi [illegible] ſatio, ſi non aperiat. Eadem etiam [illegible] jaculi læſio per ſuturæ aſperitatem [illegible] fuerit: in hunc enim errorem qvondam [illegible] aliqvando incidit *Hippocrates* (*in* [illegible] *l. 5 Epidem.*) ut ipſe de ſe narrat: [illegible] di etiam ſunt alii ſi qvi unqvam eodem [illegible] convincentur. Aperuiſſe autem Calvariam [illegible] nihil neceſſe ſit, qvanqvam damnandus eſt hoc miniſterio chirurgus: rem tamen [illegible] de periculoſam eſſe puto: nec [illegible] aperiat, cum opus ſit: nam hoc ipſum [illegible] perdit omninò: illud vero diutius [illegible] neris ſanationem proferre ſolet. Et *Celſus* (*l.* [illegible] *cap. 4.*) non magno, inqvit, negotio [illegible] ſit, etiam ſi ruſtica [illegible] ſit.

[illegible]

[illegible]

[illegible] imbecillius ſolet, qvod etiam [illegible] frequentiſſime uſu venit: contractioqve [illegible] difficulter deinde reparatur naturalis qvæ figura. Nec tantum manu intempeſtive, ac temere utentes errare poſſunt chirurgi, ſed nonnulli adhibendo etiam medicamenta: ſi nimirum aut in valido & præcipiti malo leviſſimum aliqvod & contemnendum remedium admoverint: aut ſi in exiguo validiſſimum: ut enim in illo vis mali nullo adverſante recrudeſcit, ideoqve vincit naturam: ita in hoc etiam violans remedium leviſſimam ægritudinem exacerbat, augetqve: ſic ſi gangrænæ, aut ſi qvod aliud malum præcipitem habet naturam, anodynum aliqvid qviſpiam admoviſſe contentus ſit: ac contra benignum ac parvum ereſypelas acri ac potentiſſimo linimento profuderit: nemo eſt, qvi illius medici imperitiam aut ſcelus [illegible] non debeat.

Sed in deligando etiam, ineptoqve faſciarum uſu plerumqve peccant chirurgi. qvam graviter autem [illegible] *Galenus* (*Libr. de* [illegible]) huc adducimus [illegible] auctoritate, qvendam, ait, cum variis vinculis cujusdam caput & faciem deligaſſe, ut illi oculi prociderint. Et *Paræus*, (*Lib. 9 cap. 25*) in curandis vulneribus ſupercilii eveniſſe aliqvando ait, ut palpebræ conſiderent, atqve oculos obducerent: non tam vulneris culpa, qvod transverſim inflictum fibras inciderat: qvam chirurgi [illegible]

 lin-

linteolorum appoſitione neglecta, inepta [illegible] adhibita faſcia.

## CAPUT IV.

### De qvibusdam corporis locis, in qvibus ferri adminiſtratio periculoſa eſt, chirurgi admonentur.

UT exactius chirurgorum opera, an recte peracta ſint, judicari poſſint: [illegible] aliquas particulas corporis ante oculos ponam, in qvibus multi ac graviſſimi errores committi ſolent: ſiqvidem inciſio aperto, [illegible] illis fiat. Sic enim qvi relatus eſt medicus, [illegible] ignorabit, qvod ad ferendam ſententiam [illegible] re valeat. Ergo, ut jam tandem incipiam, ſi qvando in oculo ſcalpellum adminiſtrare aut [illegible] cidere opus eſt: longe a pupilla ſemper agendum moneo: nam ſi hanc ipſam aperis, [illegible] vulnere manifeſtum imminet [illegible] lum. Tutius ergo, qua parte membrana [illegible] ſectionem adminiſtrabis: [illegible] lunæ, & qvæ a pupillæ circulo æqvo intervallo diſtabit, debebit. Qvod ſi fiat, ut venas [illegible] in majori ſunt angulo, aperiri neceſſe ſit, diligenter providendum, ne alte ſcalpellum ad ſubjectum adigatur: ita enim [illegible], ut non raro obſervavimus, in lacrimalem fiſtulam degenerabit.

Tempora etiam incidere, ac ſuperiori parte [illegible]

tam parte, plenum periculi eſt: ſubeſt enim muſculus temporalis; qui cerebro per multos nervos conſentit, ex cujus etiam *Læſione* (*Gal. 12. de uſu part. 13.*) convulſio, febris, ſopor, atque delirium facilè excitantur. Quod ſi tamen ſecandi neceſſitas* urgeat, fibrarum rectitudo ſpectanda eſt: quæ à centro ad circumferentiam extenduntur.

Colli autem ſectiones, niſi à perito chirurgo adminiſtrentur, magna incommoda identidem pariunt. *Quidam*, inquit, *Galenus*, (*7. Loc. aff. cap. 6.*) *dum è cervice ſtrumas in profundo immitentes excideret imprudens, ob ignorantiam ſitus recurrentes nervos abſciſſit, ac puerulum mutum reddit.* Sunt autem nervi recurrentes (ne ſitum ignores) ad latera aſperæ arteriæ, ſinguli utrinque poſiti: quo etiam in loco carotides arteriæ priores occurrunt: quas ſi temerè incidas, in ſummum periculum hominem adduces, magna ſcil. hæmorrhagia, & quam difficilè compeſcenda, excitata.

Hæc igitur loca aut nunquam ſecabis, aut certè in ſuperficie tantum, longâque ſectione. Per Sternum ſcilicet (ita vocant os pectoris) nervi ac vaſa decurrunt; ideoque in vomicis, quæ illic coëunt, ad latera manus vertenda eſt. In extremis verò [illegible]ibus multi ſunt tendines, & multa coëunt vaſa: ex quo hac parte manus ſedulo temperari debet. In genitalibus plurimæ coëunt arteriæ; hiantque majoribus

claudilis : ergo ne hæmorrhagia commoveatur, hic tibi abſtinendum à ſectione eſt: aut ſi enim neceſſitas eſt, in longum ſecabis. Sub mento etiam nervus eſt qvi ſi juxta ſuppurationem incidatur, aut nudatus violatur frigore, [illegible] crus ſtupidum relinqvitur. Locus autem longam exigit ſectionem : nam transverſa nimis ſuſpecta eſt.

In articulis verò evitanda omnis inciſio eſt: ubi tamen neceſſariò agendum, carnoſior pars ſemper eſt eligenda, ac longa ſectio [illegible]. Præterea non univerſæ corporis particulæ eandem exigunt ſectionis formam : nam abſceſſus qvi poſt aures ſunt: item qvi in tibia, brachio, ac fœmore & in imo ventre, perlongam & extenſam ſectionem poſtulant. Contra verò, qvi in dorſo, ingvine, ac ſub axillis, itemqve in [illegible] ac coſtis illam malunt, qvæ magis in latum pateat. Et qvi circa podicem aut etiam in oculo oriuntur, lunarem potius ſectionem exigunt.

In cœteris verò particulis ſemper ad muſculi longitudinem, qvi ferè eandem cum membro figuram ſervat, ſectio dirigenda eſt. Et ubicunq; nihil aliud obſtare animadverteris, rugarum longitudo, ac lineæ in particula naturaliter inſculptæ imitandæ. In capite verò ſitum pilorum opportunius eſt ſeqvi : nam inciſio transverſa qvoniam capillorum tegumento nudatur, deformem reddit aſpectum. Sed de hoc ipſo argumento plura adhuc Raſis cap. [illegible] lib. [illegible]

[illegible]

*item [illegible] l. 1. cap. 26. [illegible] Hollerius ſecundo de materia chirurgica me-minerunt.*

## *CAPUT V.*

## Phlebothomatorum errores qva ratione agnoſcendi?

SÆpe etiam Phlebotomatores in vena inci-denda turpiter errare deprehenduntur. Si igi-tur pro vena arteriam ſecuerint, factoqve anev-riſmate æger periclitabitur, ſecantis manifeſta eſt culpa. Teſtis eſt *Galenus*, (*[illegible] m. ſ. cap. 23.*) aliqvos ab inciſa arteria interiori in cubito venæ ſubjecta interiiſſe: nonnullos qvi-dem protinus ob vinculum circumpoſitum, vo-lentibus medicis ſiſtere ſangvinis eruptionem in gangrænam incidentes, alios poſtea in anevri-ſmate manu curando defunctos. *Nota* etiam illius Medici hiſtoria eſt, (*5 Meth. cap. 7.*) qui pro vena arteriam in brachio ſublatam incidit: qvem unum, qvotqvot curavit *Galenus*, ſine anev-riſmate perſanaſſe glorilatur. Si autem venam tundendo nihil exeat ſangvinis, ſed paulo poſt ingens dolor, inflammatio aut nervea ſimilia ſe-qvantur ſymptomata, ſiqvidem eo loci aut nervus aut tendo aliqvis lateat; qvemadmodum ſub vena axillari obſervatur: qvæ ſub ſe, ut ait *Galenus (3. anatom. admin. 5.)* & nervum & in-ſignem habet arteriam: nullam afferet excuſa-

tionem vulnerum, ſi male habeat ægrotus: ſiqvidem pupugiſſe jam nervum atqve [illegible] la omnia illum ſubſecuta credendum eſt.

Sic chirurgum illum (*Paræus Lib.* [illegible]) *Carolo nono* Galliarum regi venam ſecuit, ac pro vena nervum ferit: qvod ex ingenti dolore ſtatim percepto, deprehenſum fuit, nihil excuſare potuit, qvin criminis reus fieret. Et qvanqvam ſuam cauſam agere qvispiam ſic conetur: nihil à ſe peccatum fuiſſe dicat, qvodqve ſubſecutum ceſſerit, malignam fluxionem culpandam eſſe, qvæ illuc vitia omnia corporis detuliſſet: infirmum hoc illi fuerit patrocinium. Neſcio enim qvinam chirurgi illi egregie ſuo munere functos fuiſſe probare valeant: ſi adacto phlebotomo nihil eveat ſangvinis: aut inſolens dolor percipiatur, nam ex ſuo ipſi inſtituto, vel ferire venam, unde ſangvis prodeat, tenentur, aut illo vulnere penitus abſtinere: nam ſi ſangvine non exeunte, vulnus tamen inflictum ſit: tunc nec venam attigiſſe, atqve erraſſe propterea arguuntur.

Illos vero de crimine tantum removerim, qvibus plenum ac carnoſum brachium, pedem vel, in qvo nulla ſeſe conſpicuam exhibuerit vena incidenda offertur: tunc enim ſi venam qvæ non appareat, non ſecuerit: cum tamen ad id opus compellatur, multa eſt excuſatione dignus. At qvid illi dices: qvi cum angulo venam incideret qvæ ſub lingva eſt, ut ſangvinem illuc exprimeret, collum ſyndone obligavit, ac novus carnifex

Ballivus

ſtatim hominem jugulavit? Talionis hic eqvidem pœna plectendus eſſet, ut juſto ejus ſupplicio co[illegible]ſcerent alii.

Sed qvoniam multos phlebotomatorum errores hactenus advertimus: præſtiterit nunc illorum inſcitiam miſerti lubrica aliqva corporis loca illis ante oculos proponamus, in qvibus errare ſæpiſſime ſolent. Seqvitur qvoniam *Oribaſium (7. Collect. cap. 5. 6.)* [illegible] ante alios diligenter locutum fuiſſe animadverto, ſat fuerit, nunc ejus orationem tantum adferre. *In ſecanda [illegible], cubiti [illegible] triplex error [illegible] [illegible] nervus [illegible] muſculus [illegible]: in interiori autem arteria [illegible] [illegible].* Venam igitur humeralem ſecare omnibus modis ſine periculo licet: & tamen qvibusdam etiam ex hujus ſectione muſculus ſub radice conſtitutus indoluit, atqve inflammatione correptus fuit: ſed his non unico ictu diviſa fuit vena: verum cum primum fuiſſet aberratum, ſecundò, aut tertio aut qvarto fuit percuſſa, ut jam ſæpe muſculi caput ictum fuerit. Præterea in valde pingvibus tutò etiam hac ſuperior inciditur: nam & muſculus [illegible], qvi ſupra eſt, plurimum à vaſe abductus eſt, ac nervi plurimum ab hac parte ſunt disjuncti: qvamobrem etiam ſi qvispiam profundiſſimam ſectionem fecerit, ad eos non ſit perventurus. Interior autem vena cautè admodum & conſideratè ſecanda eſt: hoc enim in loco contingit, ut arteria pro vena ſecetur: tutius

tertius ergo inferior, ubi disjunctis ab arteriis eſt, ſcalpellum adigatur; Mediæ autem nullum ſubjicitur vas: ſed nervus eſt notabilis in medio flexu.

## CAPUT VI.

## Obſtetrices qvomodo in ſuo exercendo munere erraſſe deprehendi poſſint?

Obſtetrices vero qvanqvam agendo errare plurimum & poſſint, & ſolent; taleſque illarum errores ſunt, ut nihilo aliis minores eſſe videantur. Attamen qvoniam occulta ferè ea ſunt, qvæ illæ exercent miniſteria, longeqve ab hominum conſpectu remota; ideò non ita facile ac promptum eſt nobis, qvid illæ peccent, deprehendere. Verumenimvero pauca interim proponam, in qvibus non penitus [illegible] illarum errata ſolent. Ergo dum fœtu in lucem edito, ſecundæ in utero retinentur: partes ſunt [illegible] obſtetricis, umbilici vaſa, qvæ ſecundis adnexa ſunt, non prius abrumpere, qvàm illo [illegible] aut certè ſi diutius immorandum ſit, [illegible] alligare, donec illud [illegible]. Qvod ſi fiat, ut intempeſtivè vaſa illa præcidantur, aut utero relapſa omnem apprehenſionis ſpem adimant, ſiqvidem [illegible] partem [illegible]: magna ſine dubio obſtetricis ſit culpa.

Hæc

Nec minus etiam peccavit, ſi immaturè ac violenter ſecundas extraxerit: plerumqve enim etiam ipſum uterum laxatis undiqve vinculis, unà educi contingit. Meminiqve imperitam, qvandam obſtetricem, cum ita elapſum uterum ſecundarum involucrum temerè eſſe crediddiſſet, extracto eo præſens [illegible] enixæ abſtuliſſe. Atqve alia non minore digna ſupplicio, dum chorion ad uteri exitum pertinens unguibus lacerare ſtatuiſſet, pro eo os uteri, quod ſimul pendulum eſt exqviſito, graviter læſit: unde patiens edito gemitu expiravit. Sed dum etiam membranam [illegible] dictam abrumpere, at conventum aqvoſum humorem extrahere tentant obſtetrices, turpiter etiam allucinantur, nimirum dum citius qvàm neceſſe eſt, illud opus aggrediuntur: ſic enim fœtus in ipſo exitu ſiccos offendit locos, atqve illo humore deſtituitur, qvi facilem & lubricum præbere tranſitum ſolet: ut difficiles inde partus, malaqve alia timere debeamus.

Sed ne hæc temerè dicta eſſe exiſtimes, libet Galeni teſtimonium huc afferre, (l. 15. d. U. P. c. 5.) qui ſub hunc modum memoriæ mandavit: *Humorem iſtum, qui eſt [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] tempore animal parit, [illegible] [illegible] lius [illegible] elabitur, [illegible] ipſe humore [illegible] perfunditur: quod ei tum accidit propterea, quod neceſſe eſt, tum [illegible] rumpi. Non modo autem humor iſte fœtibus lubricandis confert; [illegible]*

*etiam*

*etiam matricum ad maximam dilatationem reddit facilem: à prædictis enim humoribus humectatum, mollius redditur, dilataturque facilius: Comprobavi autem quod diximus non minimum ipsa obstetrice: cum enim repente ac simul humor effluere [illegible] ipsa [illegible] imitari coactæ, humores quosdam habet, quibus collum matricum profundant, &c.* Unde aut ſponte abrumpi tunicam, quod ſæpe evenit, permittendum eſt: aut ſi ob duritiem illa integra conſiſtat, exiguum foramen ſummis duntaxat ungvibus parandum: ut quantum lubricandis locis humoris ſatis ſit, egrediatur: aliter enim non ſine errore egiſſe obſtetricem dicam.

Præterea verò in corrigendis qvibusdam capitis vitioſis figuris: cujusmodi ſunt, qvi capite longiore, aut nimis utrinqve compreſſo naſcuntur, ſedulam in obſtetrice diligentiam reqviro. Dum enim recens editi ſunt pueri: tenellaqve, ac penè cerea ſunt oſſa, facili negotio comprimendo naturalis amitti poteſt figura: comprimendo, inqvam: nam ultra hoc leve ac mollis manus miniſterium aſcendere illas neqvaqvam velim. Illi igitur aliter exſecare, incidere, perforare, aut aliud qvippiam hujusmodi opus abſolvere neceſſe ſit: hoc alterius artificii eſſe nunqvaqvam dubito.

CA-

## CAPUT VII.

### Animadverſiones qvædam medicis in referendo utilisſimæ.

Hæc igitur cum veriſſima ſint: illud tamen maximè advertendum eſt medico, qvi de judicium de his rebus ſententiam laturus eſt: nimirum tunc duntaxat jure damnandum eſſe Medicum: aut qvemvis alium rei medicæ profeſſorem: cum manifeſta doli aut inſcitiæ apparuerint argumenta: nam ſi ambigua res eſt: atqve in utramqve partem trahi ſine calumnia poteſt: favorabilis ſemper habenda eſt Medici cauſa, qvi reus poſtulatur: qvod & graviſſimi JCti memoriæ prodiderunt. (*Textus in l. Neminem & Cav. de Evillion. n. 29. problem. 19.*) & ipſe *Ariſtoteles* (vide, qvàm undiqve veritas pateat!) cum judicum ſententiæ pares adverſariis fiant, ſemper reum vincere affirmavit: ita enim à natura comparatum eſſe: ut nocentem potius liberare, qvàm condemnare innocentem liceat. Ergo temere *Amatus* (*Cent. 6. curat 57.*) medicum qvendam in judicio condemnat, qvi in colico cruciatu infelici ſucceſſu acetum propinavit: nam ut plerumqve illud nocet: eſt tamen aliqvando, cum incidendo craſſitiem ſuccorum, poſſit opem illi præſentem ferre, qvi idem ac ſalubriter illi aſſueverit.

Præterea verò magna eſſe poteſt Medici excuſatio, ſi æger non illius tantum unius opera, ſed alio-

aliorum etiam [illegible], periclitentur [illegible] manifeſta ſui erroris indicia fuerint, haud injuria in alios etiam culpa transferri poteſt; præſertim ſi vulgares aliqui atque artis imperiti, ad medelam adhibiti ſint.

Juſta etiam excuſatione ſe tueri poſſunt Medici: ſi periculoſis qvibusdam remediis decumbentibus ægris, periculum ipſi prædixerint: ac, qvam multum diſcriminis illud auxilium extiterit, cautè profeſſi ſint. Nam ſi cum ipſemet ægrotus, domeſticiqve viri [illegible] [illegible] bri-am illam exigant medelam: nullam in medicum jaci juſta poteſt qverela. Et Celſus (l. 2. c.10.) *ſi nullum*, inqvit, *appareat aliud auxilium, periturusque ſit, qvi laborat, niſi temeraria quoque via fuerit adjutus: in hoc ſtatu boni medici eſt, oſtendere qvam nulla ſpes ſine eo auxilio ſit, quantus in hoc ipſo ſit metus: & tum demum ſi exigatur, illud adminiſtrandum: de qvo dubitari in hujusmodi re non oportet: ſatius enim eſt anceps auxilium experiri, qvam nullum.* Qvanqvam [illegible] hic etiam ſummam medici diligentiam [illegible] ne qvis [illegible], in dubiis rebus omnia eſſe temere committenda. Nam qvod *Celſus* [illegible] [illegible] [illegible] ſit, [illegible] ſed de hoc diſſerendi generoſitatis.

FINIS LIBRI SECUNDI.

## *LIBRI III.*
## Sectionis Primæ
### *De*
# VIRGINITATE
## *CAPUT I.*
### De
## Vulgaribus Signis Virginitatis.

*Scribendi occaſio.*

RAra qvidem, ſed aliqvando tamen proponitur qvæſtio: num qvæ virgines ſint, aut defloratæ, certo deprehendi poſſint indicio? Nonnulli enim ſunt, qvi cum intactas ſe duxiſſe conjuges crederent: in devirginatas tamen incidiſſe ſuſpicentur, ac graviter ferant. Nec deſunt puellæ, qvæ ſe à qvibusdam violenter fuiſſe compreſſas ſpe fortaſſe conjugii, aut aliter dolo impulſæ profiteantur. Sed & ipſi etiam judices hoc ſedulò aliqvando perqvirunt: ſi, ad qvorundam crimina punienda, nulli, niſi in ipſa virginum defloratione teſtes proponantur.

Qvamobrem hac in re, etſi obſtetricum diligentia de more conſulitur: ſolent tamen incertæ fallacesqve eſſe fœminarum obſervationes: ut graviore opus ſit artifice, qvi diligentius omnia perqvirens, rem ipſam qvoad licet, deprehendat. Ut igitur hoc qvoqve argumentum

abſolvatur : primo vulgaria qvædam experimenta in medium afferam : deinde certiora propiam nonnulla indicia, qvæ plurimum habere in ſignificando efficaciam videantur: ac tandem qvid reverà ſentiendum ſit, explicabo.

Memoriæ proditum eſt, *Democritum* illum Philoſophum ſapientisſimum, (*Laërt. in vita Democriti.*) cum puellam *Hippocratis* comitem primo die virginem ſalutaſſet; poſtridie appellaſſe mulierem: nam puella nocte illa fuerat vitiata: ut credendum propterea ſit, certam qvandam eſſe notionem, ac regulam, qva dignoſci poſſit virginitas. Afferunt aliqvi, ſi virginis collum, filo circumdato commenſuretur; ſiqvidem illa poſtea virum experiatur, latius collum reddi, & cui prior menſura neqvaqvam ſit ſatis. Ajunt etiam virginis papillam atqve ejusdem corollam vivido colore ſemper vigere: in muliere verò, cui nimirum delibata virginitas fuit, in alienum verti colorem: & qvi planè ad nigredinem vergat; vocem etiam pleniorem reddere, ac inſolitam illius deponere claritatem illas teſtantur, qvæ viro aliqvando uſæ ſunt. In his etiam ſummum naſi apicem fieri latiorem, ac qvaſi [illegible]do qvodam diſtingvi: cùm tamen virgines nullum tale habeant inſigne. Pleriqve pulverem Xyloaloes potandum præbent, ac ſi incorrupta eſt, mox, ajunt, lotium excerni: qvod etiam in rumicis ſuffimentis obſervant: nam inde ſi non palleat fœmina, aut nihil mingat, defloratа eſt.

eſt. Purius etiam ut tenuius virginis lotium eſſe affirmant, aliarum turbidius & craſſius. Teſtis eſt Plinius Gagatis ſuffitu virginitatem deprehendi. Hunc ipſum lapidem experimentatores qvidam in pulverem redactum ex aqua, aut vino propinant: & ſi retineri tunc urina non poteſt, defloratam eſſe puellam, ſin minus, planè virginem; eandemqve vim ineſſe electro, ſi ſimili detur.

Atqve hæc qvorundam ſunt experimenta: qvibus ſe virgines poſſe dignoſcere vulgò profitentur: qvæ tamen qvantum habeant momenti, mox oſtendam.

## *CAPUT II.*

## De ſangvinis in primo concubitu profuſione, ac de hymene dicta membrana.

VErùm ut graviora qvædam huc afferam teſtimonia, & qvæ fidem poſſe facere videntur. Communis eſt, ac vulgatiſſima obſervatio, ut ſi in venereo congreſſu puella ſangvinem fundat, virgo illa æſtimetur: ſi verò non fluat, anteà fuiſſe compreſſam. Præterea illud multæ efficaciæ ſignum eſſe videtur, qvod in hoc fœminarum ſtatu deprehendendo omnium eſſe putant efficaciſſimum.

Nimirum panniculus qvidam ad vulvæ latera intus adnatus: qvem Hymenem aut etiam interſeptum, aut clauſtrum virginale appellant.

Eſt hæc carnea qvædam membrana, ſi [illegible] credimus: qvanqvam *Fallopius* nerveam volu- vat: qvæ non ita procul à pudendi ingreſſu circumpoſita viam claudit: niſi qvod exiguo qvodam pervia foramine aut rimula, ut advertit *Veſalius*: qva vix minimi digiti apex adhiberi poteſt, menſibus exitum præbet. Nonnulli ſunt, qvi hanc non circumpoſitam, aut undiqve pudendi internis lateribus adhæſam volunt: ſed in longum extenſam eſſe: ac medium vacuum in qvaſi imperfecti ſemicirculi ſpatium relinqvere. *Alii* (*Plater. de ſtruct. corpor. hum.*) unam tantùm uteri oſtii, qva anum ſpectat ſedem occupare affirmant: cum ſuperiori loco, ac [illegible] tum eſſet, pateat: Hanc igitur in virgine ſemper obſervant integram eſſe: ideoqve penem qvantum in ſe eſt, ingreſſu prohiberi: in primo autem veneris conflictu dilacerari illam, ac cruorem effundere: & propterea qvamdiu ſalva illa eſt, perpetuum incorruptæ ſignum eſſe videri: cum verò lacera, illius planè, qvæ virum experta ſit. Atqve hæc cum ſigna ſint omnia, qvæ virginem arguere poſſe videntur: nunc diligenter perqvirendum eſt, in qvantum fides illis ſit adhibenda.

## *CAPUT III.*

### Oſtenditur, vulgaria illa ſigna in virginitate deprehendenda nihil momenti habere.

MIhi qvidem, ut ingenuè fatear, nullum eſ-

ſe

tæ virginitatis neceſſariam indicium eſſe videtur. Nam qvod ajunt *Democritum* puellam proxima nocte devirginatam agnoviſſe, id qvidem ſi verum eſt (nam cur etiam fictum eſſe non poſſit?) dæmone aliqvo admonente cognovit; etenim hoc etiam de illo ſcripſit Laërtius: *nimirum Hippocrati (ut ſupra)* lac afferenti dixiſſe illum, & primi partus lac eſſe & nigræ etiam capellæ: Qvamobrem aut falsò de Democrito multa ſibi perſvaſiſſe homines contenderim: aut ſi vera ſunt, nullam tamen naturalem habuiſſe cauſam. Nam & illum Magorum poſt *Pythagoram* ſtudioſiſſimum fuiſſe, memorat *Plinius* (*Lib. 24. cap. 17.*)

Qvod vero in deflorata ajunt collum excreſcere, id ego non corruptæ virginitatis, ſed puberis, adultæqve ætatis proprium puto: qvo qvidem tempore membra omnia manifeſto creſcunt incremento; Ideoqve videas nonnunqvam virginibus, cum jam decimum qvartum ætatis annum attigerint, craſſius collum fieri: qvamvis nullum adhuc viri congreſſum paſſæ fuerint. Incipit enim corpus jullam eo tempore magnitudinem præ ſe ferre: qvam deinde tertio annorum ſeptenario perfectam eſt habiturum. Qvod autẽ papillæ etiam liveſcant ac majores fieri incipiant: hoc qvoqve puberum ætatem comitatur: nam cùm hoc tempore ſangvis ad uterum demandetur, illinc facilè per communia vaſa regurgitat ad mammas: qvæ etiam in tumorem

tunc creſcunt manifeſtum : ac papillæ menſtruo ſangvine oppletæ in alienum vertuntur colorem. Et ipſe qvoqve *Ariſtoteles*, ( *7. de hiſt. anim. 1.* ) fœminis, inqvit, per id tempus [illegible]gunt ubera, qvod fratrare dicitur: & qvæ menſtrua vocantur, erumpunt. Ea igitur mihi ſententia eſt, puellas, qvæ nondum ad pubertatem acceſſerunt, nunqvam has uberum mutationes perferre, licet viro aliqvando ſint uſæ: [illegible] qvas, qvamvis minimè vitiatas, il[illegible] eſſe integritas: ſiqvidem menſtruorum fluxui [illegible]

Licebit etiam aliud ſimile virginitatis argumentum afferre: vocem ſcilicet graviorem & à priori puritate diverſam. Sed & hoc ipſum adultæ ætatis nihilominus ſignum eſt: nam fere omnes ſecundo annorum ſeptenario, ut multa alia, ita vocem qvoqve ipſam in graviorem mutant: cujus rei rationem, ne nimius ſim, vid. Ariſtot. leges ( *probl. 34. ſ. 11.* ) Hujus etiam conditionis eſſe arbitror, ſi naſi acumen manifeſto aliqvo ſignetur interſtitio: illa enim cartilaginea naſi pars cum molliſſima ſit in puerili ætate, & qvaſi carnea: ſeqventibus annis ſiccéſcere incipit: ac naturale illud divortium, qvod antea præ mollitie latuerat, manifeſtè oſtendere.

Proinde nec hoc qvidem vitiatam virginitatem, ſed ætatem adultam planè arguit: nam qvod ajunt xyloaloen epotum miſtum virginibus provocare: ac rumicis ſuffitum pallorem inducere: hoc fallaciſſimum ſignum eſt deprehenſum.

De

De impuriore autẽ lotio ideo arbitror corruptæ virginitatis indicium dixiſſe aliqvas, qvod in his ſcil. ampliores viæ urinæ eſſe videantur, atqve ideo veſicæ recrementa omnia liberius excerni: qvæ deinde urinæ admixta, reddant illam turbidiorem. Verum veneris uſus non veſicæ meatum; ſed uteri collum amplificat. Qvanqvam illud etiam veriſſimè dictum eſt à *Galeno*, (*2 Prognoſt. com. 33.*) puerorum craſſiorem urinam eſſe: malumqve in acutis præſagium eſſe, ſi tenuis ſit. Gagatis autẽ ſuffitum ſi qvis unqvam expertus eſt, is nunc teſtem adhibeat: ego qvidem, ut multa alia, qvæ *Plinius* ex aliorum fide reſcripſit: ita hoc etiam fallax puto: qvod ſimiliter de electro, ac ſi qvid aliud eſt, qvod in hunc uſum adhiberi ſoleat, dictum eſſe velim.

Atqve hæc vulgaria ſunt, incertæqve notæ argumenta præſtare tamen duo reliqua videntur, ut vitiatas puellas arguere poſſis: nimirum ſi coëundo nihil effundatur ſangvinis, aut ſi reſciſſum hymenem ac penis ingreſſum nihil detinentem vir offenderit: de qvibus ſingulis jam tandem diligentius perqvirendum puto.

## *CAPUT IV.*

### Reliqvorum ſignorum examen: & qvid de re ipſa ſentiendum ſit, tandem ſtatuitur.

Effundi ſangvinem in primo illo congreſſu ſæpiſſimè, nec nego, obſervatum fuit: Hoc eve-

nit,ex doctiſſimorū virorum ſententia, ut poſtea edocebo, dum rugoſæ illæ anguſtiæ, quæ collum uteri in virgine conſtipant, ac coarctant, tunc vi qvadam dilatantur, explicanturqve. In his enim cum multæ venulæ arteriæqve ſint diſſeminatæ: nihil mirum diſruptas ſangvinem fundere.

Hoc igitur indicium ſi unqvam oſtenderit, hactenus ego incorruptæ virginitatis argumentum putabo: modo nec annoſa ſit ſponſa, nec vir nimis exiguo ſit pene: nā ſi fiat, ut hac minore aſſveta magnitudine ſit: fœmina vero annoſa jam ductibꝰ præ ætate aut certa corporis laxitura donata, ut facilem jam præbeat ingreſſum, nihil arbitror in coitu diſrumpi à viro coitu, ac propterea ne ſangvinem qvidem effundi, qvamvis nullum antea experta illa ſit virum.

At vero ſunt etiam ſalaces nonnullæ: qvæ à prurienti libidine excitatæ, cum nulla viri facultas detur, ſeſe aut digito aut aliter atterendo petulanter perfricant: ut jam qvicqvid intus obicem facit, dilacerent, ac ſangvinem profundant. Iſtæ ergo ſi qvando viro congrediuntur, nihil emiſſuras eſſe cruoris puto; qvanqvam nunqvam antea compreſſæ ſint. Nec tamen ſi tale qvidpiam effundatur, virginem propterea nullam putabo: ſatis enim compertum habeo, lotiones nonnullas parari, ac pulveres, qvibus adeò adſtringatur muliebre pudendum, ut angustiſſimum ita etiam exiguo propter peni

qvod

qvod ſi validius urgeas, nonnihil etiam ſangvi-nis elicias.

Sunt item nonnullæ, qvæ adſtricta jam per medicas lotiones uteri cervice, in vulvam utriculos piſcium, aut felleas veſiculas plenas ſangvine includunt: aut cruſtulâ etiam per affixam hirudinem inducta, qvæ diſrupta cruorem emittat. Aliqvæ etiam tithymalli lacte, aut alterius non abſimilis plantæ, panno lineo excepto, atqve in cervicis collum impoſito, internam illius ſuperficiem adeo in tumorem attollunt, ut non ſolùm arctas veneris vias amatoribus præbeant, ſed ſangvinem etiam educant.

His artibus credulis tyrunculis imponunt, dum ſe virgunculas tunc primum compreſſas fuiſſe affirmant. Ex his igitur ſatis conſtat, qvatenus hoc indicium vitiatas puellas arguere valeat. Et qvanqvam hoc in loco afferri ſolet Moyſis authoritas, qvæ in cruenta ſponſæ veſte efficaciſſimum deflorationis indicium ſtatuere videtur; attamen qvoniam in ea myſterium ſubeſſe arbitror, cujus noſtrâ impræſentiarum nihil intereſt, haudqvaqvam reſpondeo: medicis tantum, ac naturalibus obſervationibus intentus. Tametſi etiam non diſſimilem noſtris temporibus apud nonnullas nationes invaluiſſe conſvetudinem ſcio: nam ut certam nuptæ pudicitiæ notam parentes, ac domeſticæ mulieres oſtendant; ſiqvando nullam ſangvinis effuſionem ſperant: recenti cruore, jugulato pullo columbino, linteolum

teolum maculant: atqve ita virginem jam diu deſloratam eſſe cœteris perſvadent.

Hymeneum vero an ſemper virgines in pudendo habeant, non eadem eſt omnium opinio. [illegible]pus, & nonnulli ex antiqvis Anatomicis perpetuum hoc eſſe virginitatis inſigne meminerunt. *Veſalius*, (*Lib. 7. c. 15*) cui multa hac in re adhibetur fides, à tergo colli veſicæ inſertionis, paulo[illegible]ius, carneam occurrere membranam aſſerit, qvæ *hymen* & *epigion* appellatur, virginibus peculiarem, atqve hanc in veneris congreſſu lacerari, disrumpiqve non leve, rarumqve commendandæ virginitatis indicium eſſe. Qvam qvidem in loco aliorum authoritatem, obſervationesqve ſecutus eſt: ideoqve nihil propria inſpectione confirmatum aſſeruit: nam alio auctore, (*de re anatomica, poſt medium*) qvem poſtea in lucem edidit, nunqvam ait, virginem ſectioni adhibueram, præter puellam unam, qvæ tabe conſumta erat, in qva etſi hymenæum reperiſſem: nihil de ipſo affirmare auſus eram, cum omnia illo deſtitui cernerem; poſteà verò bis aut terum ſe hymenæum obſervaſſe, profeſſus eſt. *Fallopius* etiam magnæ obſervationis medicus (*leſt. anatom.*) hoc idem in virginibus obſervavit. Verum alii ſunt, qvorum non eſt minor authoritas, qvi aut nunqvam panniculum hunc virginalem agnoverunt, aut qvidem rariſſimè. Nunqvam hoc obſervavit *Ludovicus Vaſſæus* (*anat. anatom. lib. 1. c. 7. De Sacra Philoſ. 5.*) nunqvam

ſeme-

*Fernelius Vallisius* etiam qvanqvam huic rei indagandæ acriter incubuerit : memoriæ tamen prodidit nullam partem in uteri cervice exiſtere: qvæ virginitatis cuſtodia ſit. *Realdus Columbus*, (*Lib. 11. c. 16.*) inſignis Anatomicus, ſub nymphis, inqvit, in nonnullis virginibus, non omnibus, alia membrana cernitur, hymenem à veteribus appellata: qvæ cùm adeſt (raro autē adeſt) obſtat, qvò minus penis in uterum immittatur: & alibi, (*lib. 15. in medio.*) cum de his loqveretur, qvæ raro in anatome contingunt, licet, inqvit, vulgus hominum, nullam putet eſſe virginem, qvæ hymena non habeat: ter duntaxat illam inveni. *Carolus Stephanus*, (*lib. 3. c. 17.*) hymenem, inqvit, potius piè credimus in virginibus inveniri: qvàm ut certum qvid de ea afferre poſſimus. *Ambroſius Paræus*, (*lib. 23. Cap. 42.*) membranam, inqvit, in cervicis uteri orificio pleriqve non vulgares Medici virginibus omnibus tanqvam virginitatis clauſtrum ineſſe credunt: ſed illam ego cùm in pleriſq; virgunculis omnis ferè ætatis ſtudiosè exqvirerem, non potui reperire: ſemel obſervavi in virgine ſeptendecim annos nata, nervoſam ac tenuiſſimam ſub nymphis ac exiguo foramine perviam. *Sylvius* & *Valuerdus* ne verbum qvidem de hoc membrana fecerunt, magnopere alioqvin reprehendendi, ſi illam ab ſe aliqvando inventam, in tanta ſcriptorum controverſia, ſilentio obducere voluiſſent.

Vide

Vide igitur qvàm plurimum inter ſe [illegible] gravisſimi iſti medicinæ ſcriptores. Nam ſunt etiam, qvi ideò hymenem hunc negent, qvoniam nullum ejus naſcendi conſilium atqve inſtitutum naturæ conſpiciant, ac nullum illius [illegible] fœminis eſſe uſum. Etenim qvod alii [illegible] virginitatis cuſtodiam tanqvam clauſtrum [illegible] lum eſſe interpoſitum: fœminam, ajunt, à natura eſſe procreatam, ut viro miſceretur, & prolem ſuſciperet. Atqve alienum eſſe, fabre[illegible]rum à natura fuiſſe, ut conciperet, ac deinde obſtaculum ab eadem fuiſſe interpoſitum, qvo minus concipiat.

Qvocirca non ab re fortaſſe fuerit membranulam hanc, ſi qvando invenitur, non ſemper naturalem eſſe corporis particulam, hoc eſt, ex naturæ inſtituto ingenitam: ſed potius monſtroſam, atqve in compoſitione morbum, & ſortem illius generis, qvod *Albucaſis Alraticam*: *Avicennas* clauſuram (*L. 4. c. 72. 21. 3.* [illegible]) *Aetius* ac *Paulus* uterum non perforatum vocant. Hanc enim celebres iſti medicinæ ſcriptores membranam eſſe ajunt, (licet totam aliqvando aſſerit *Avicennas*) qvæ in mulierum genitalibus, aliàs in uno, aliàs in *aliis*, interdum in medio iter claudit, & qvæ ſæpe qvidem ingreſſum egreſſumqve omnium prohibeat, interſepiens undiqve pudendo: interdum tamen exiguo pervia foramine, atqve ita plane conſtituta, ut [illegible] impulſu effringi aliqvando poſſit. Vide igitur

qvàm

qvam penè nullo diſcrimine ab hymene vocato diſtincta fuerit membrana; ut posſit haud infreqvens error in iſta dignatione contingere. Nam & *Realdus Columbus* (*De re anatom. lib. 15.*) cum de hymene qvid obſervaſſet, explicaret hæc, inqvit, illa eſt eadem membrana, qvæ ingreſſum penis, qvamvis membroſi hominis prohibet: cujus etiam ſententiæ nonnullos ſuis temporibus fuiſſe memorat *Oribaſius* (*24. Collect. 1. 32 Trac. de renunciation. & lib. 23. c. 42.*) Et *Paræus* membranam hanc rem eſſe præter naturam, clariſſimè affirmavit. De qva etiam qvoniam narrat *Avicenna*, poſſe aliqvando per clauſuram hanc viri ſemen in uterum recipi, ac conceptionem fieri: non ita tamen egredi conceptum poſſe; idcirco ne integro qvidem hoc interſepto, cujuscunqve naturæ ſit, licebit ſemper de virginitate certi aliqvid ſtatuere. Proinde ut demus aliqvod ibi offendiculum inveniri: illud ego nec perpetuum eſſe, & rem qvandam præter naturam eſſe poſſe, liberè affirmabo. Qvanqvam has ipſas anguſtias, ac viarum coarctationem, plurima medicorum pars non in adnatum panniculum referunt: ſed in virginibus adeò uteri cervicem anguſtum eſſe, ac qvibusdam rugis coactum obſervant: ut plerumqve à virili membro, dum ſibi vi qvadam viam parat, dilaceretur, ac ſangvinem fundat. *Raſis* ad *Almanſorem* (*Tract. 1. cap. 26.*) ſcriptum reliqvit, vulvæ orificium in virgine cōſtrictum eſſe, & rugoſum; in his autem

rugis

rugis ſubtiles venas contexit: qvæ qvando virgo corrumpitur, dilacerantur. *Oribaſius* etiam, (*Col- lect. 24. c. 31.*) collum, inqvit, concidit, anguſtum usqve eſt in virginibus amiculis occultatum, conjunctis inter ſe per vaſa: qvæ productiones à vulva capiunt: qvæ qvidem concubitu dolorem afferunt, apertis ipſis amiculis: rumpuntur enim & ſangvis eò importatus de more excernitur. *Averroes* etiam, (*1. Collig. cap. ult. lib.* [illegible]) orificium, inqvit, vulvæ eſt criſpum, & in criſpitudine illa oriuntur venæ minutæ, habentes pelliculam unam contextam duabus texturis. *Veſalius*, uteri, inqvit, cervicem medio uteri progreſſu pleriqve tradunt in virginibus exili membrana dirimi, venulis conſperſa: qvæ primo concubitu profuſo ſangvine, disrumpi ſolet. At potius, inqvit, cenſeo, cervicis latera, nondum veneris expertis duntaxat, qvaſi conglutinata connivere, qvæ primus concubitus magna ex parte divellat. *Paræus*, (*ut ſuprà.*) qvi ſangvis, inqvit, primo concubitu effunditur, non ſemper eſt ab hac membrana rupta: ſed à venulis ruptis & violatis, qvæ ſecundum internam uteri ſuperficiem, in cervicem ejus deſcendentes, ipſis vaginis, qvæ venerem nondum expertæ, qvaſi conglutinatæ conniven, implicantur & attenuantur. Qvanqvam qvæ maturæ viro ſunt, & plenis annis nubiles, nullum neqve dolorem, neqve ſangvinis fluorem patiuntur: qvod qvidem diligenter advertas velim: ſcio enim nonnullos eſſe,

qvi

qvi grandioris ætatis virgines plus ſangvinis mittere affirmant: illa ſcilicet particula majoribus vaſis donata. *Valleſius*, (cap. 25. l. d. S. P.) cum nullum eſſe hymenem profeſſus eſſet: natam inqvit eſſe uteri anguſtiam in virginibus, & ſymphyſin ſ. coaleſcentiam labiorum: ut ſine dilaceratione partium, qvæ ſymphyſi cohærant, admittere virile membrum non poſſint.

Manifeſtæ igitur iſtæ ſunt authorum diſcrepantiæ: & qvæ ſtudioſorum animos in utramqve partem non mediocriter diſtrahant. Nec is ego ſum, qvi qvempiam ex iis reprehendere audeam: mihi enim certum eſt, qvicqvid illi obſervarunt, inſpexeruntqve id etiam fideliter poſteris reliquiſſe. Qvocirca neqvaqvam nego, in qvibusdam reperiri illam poſſe. Attamen perpetuam in virginibus hanc eſſe membranam, id falſum puto. Nam & ipſe *Veſalius*, qvi ex altera parte omnium princeps jure conſiſtit: putat tamen ſine hymene, & eſſe virgines, & naſci etiam poſſe: obſtetricum ſcil. & matronarum operâ. *Audivi*, inqvit, interdum ab obſtetricibus, & matronis qvibusdam: nonnullis morem eſſe, ut pelliculam hanc, perinde ac fruſtra mulieribus datam, ita effringant, ut Judæi præputium reſecare adhuc ſolent. Non ſecus autem lingvæ vinculum ſi fortè plus juſto in anteriora pertingat, dilacerant obſtetrices, ideoqve fit, ut puellæ absqve hymene naſcantur: ut Judæi pueri interdum recutiti in lucem prodeunt. Utqve raras qvas-

qvasdam figuras capitis, nonnullis nationibus veluti proprias jam eſſe factas non ambigimus: ſiqvidem obſtetrices nihil à principio efformant, coaptentqve. Ergò ſive hoc ipſum credas, qvod meminit Veſalius: ſive aliter, non eſſe perpetuum hymenem dicas, incertum ac fallax ab hoc panniculo ſumitur virginitatis indicium: nec prætereà aliud eſſe ſigni genus video, cui magnoperè fidendum ſit. Qvam etiam ſententiam tenuit *Capivaccius* Medicus celeberrimus: (*Lib.4.c.11.*) aitqve deflorationem vel naturæ legi vel arte ita occultari poſſe, ut interdum etiam periti Medici & obſtetrices fallantur. Idem etiam Doctiſſimus *Mercurialis* aſſeruit: (*2. Tomo conſ. 66.*) qvi de ea re aliqvando conſultus: usqve adeò, inquit, incerta virginitatis indicia habentur: ut tum vir tum fœmina vitiati, virgines apparere concubentibus tum medicis atque obſtetricibus poſſent: unde neqve inferre licet, puellam aliquam eſſe defloratam, qvod velamine careat, locosque latos habeat: neque eſſe virginem, quod membrana illa integra inipſa reperiatur. Idem quoque poſt multa ſtatuit *Augenius*: qvi nullo certo ſigno affirmat, virgines à mulieribus diſtingvi poſſe. Ergo pertinacis erit ingenii, tot celeberrimis medicinæ autoribus adverſari: atqve obſtinatè contendere, perpetuam hanc eſſe cunctis virginibus membranam: certumq; virginitatis indicium inde ſumi licere.

LXXXI

*LIBRI III.*

# SECTIONIS SECUNDÆ

*De*

# POTENTIA GENERANDI

## *CAPUT I.*

## Qvi conjuges ad Prolem ſuſcipiendam apti eſſe dijudicari debeant?

*Scribendi occaſio.*

Optatiſſimum cuicunqve eſt, inqvit *Ariſtot.* (*1. Polit. 1. 2. de anima, text 34.*) ac maximè naturale, facere alterum, qvale ipſum eſt: idcirco multi ſunt, qvibus liberorum expectatio ducendæ uxoris ſola occaſio, atqve impulſio eſt: qvæ qvidem ſi deſit: ſolutum potius ac liberum eligant torum. At omnium maximè *reges* ac Principes viri: ipſæqve civitates in conjugiis hoc diligenter ſtudent: ut nimirum permaneat genus, ad qvod vel civitatis, vel regis dignitas pertinet: ſuſcepta ſcilicet eorum virorum, aut mulierum prole: in qvibus ſolis genus conſiſtit. Sic olim cum venetiis ex ſæviſſima peſtilentia Illuſtris *Juſtinianorum* familia (*Sabell. Lib. 7. cap. 1.*) tota fuiſſet abſumta: uno tantum ſuperſtite: ſed qvi tunc ſacris Eccleſiæ ordinibus eſſet initiatus: impetratum à ſummo pontifice fuit, ut illi conjugii facultas

eſſet; ne nobilis familiæ memoria aboleretur. Ergò cùm tam multum ejus familiæ perpetuandæ ſtudium fuiſſet,neceſſe etiam erat, ne minor cura fuiſſet adhibita,ut talis uxor propoſita eſſet, qvæ vera fœcunditatis indicia, adhibito interim Medicorum judicio, præ ſe tuliſſet.

Tanti enim momenti ſemper fuit gentis ac familiæ propagatio,ut apud *Hebræos* (*Devt.cap.25.*) qvemcunqve licuerit fratris uxorem ducere: ſiqvidem ille ſine liberis mortuus eſſet. Sunt etiam qvi connubio ante conjuncti:poſtea certis qvibusdam impedimentis diſſolvi jure debeant: de qvibus qvidem noſtrum fuerit judicare: an tantæ ſcilicet illa ſint efficaciæ, ut ſteriles inde conjuges facti ſint: ac propterea divortium inter eos fieri conveniat.

Ne igitur à qvopiam illud interdum rogemur, qvod longo ac multo negotio aliunde perqvirere debeamus: paucis hoc in loco, qvodnam conjugium ad prolem ſuſcipiendam aptum ineptumve, judicetur, docebo. Et qvanqvam hujus generis dignotio *Platonis* temporibus ad obſtetrices ac pronubos præſertim pertinebat: (erant enim tunc peritæ admodum,nec bonarum diſciplinarum ignaræ,) nunc tamen longe alia eſt temporum ac fœminarum raito: vixqve manuarias qvasdam operationes exercere illæ ſatis diligenter ſciunt. Ideò hoc negotium id Medicos jure nunc ſpectat.

# CAPUT II.

## Qvæ virilium inſtrumentorum vitia ſterilem virum arguant?

UT à virilium inſtrumentorum impedimentis initium capiam: qvibuscunqve amputata virilia ſunt: aut teſtes exſecti: ſteriles omnium conſenſu eſſe perhibentur,(eunuchos hos vocat *Paulus*, (*Lib. 6. cap. 63.*) ſive ſolis teſtibus excisis,ſive etiam cum veretro: aut illis tantum contritis: qvi etiam propterea Thlibæ nuncupantur) etenim qvi ſine teſtibus eſt, qvanqvam venerem utcunqve exercere valeat, ut etiam,qvi illos habent attritos: attamen nec ullum procreant, nec emittunt ſemen,proprio ſcil. illius inſtrumento deſtituti.

In qvâ re magnum licet Ariſtotelem admirari: (*1. de gener. anim cap. 4.*) qvi nullum aut exiguum planè teſtium uſum agnovit: dum illos textricum ponderibus aſſimiles facit; ſed huic etiã, cui teſtes exſecti ſunt, non abſimilem illum puto, *qvi adeò* exiguos à natura illos habebat, (*Hoſtien. tit. de frigid. & maleficiat.*) ut inſtar duorum cicerum eſſent, aut illum qvoqve,cui erant fabarum *magnitudine:* (*Schench. lib. 4. obſ. 78.*) tam enim fœcundo ſemini generando inepti illi ſunt,qvi nullos,qvàm qvi adeò minimos habent teſtes,ut nullum officium præſtare poſſint. Qvod ſi alter tantùm deficiat; de fuerit qvidem ad fœcunditatem aliqvid (nam & qvi altero oculo

captus eſt, minus integrè cernit) verum qvicun-
qve ille eſt, generare nihilominus poteſt. Hic ve-
vera omnem ſangvinis vim, qvi ad utrumqve te-
ſtem deſcendere à toto corpore aſſeverat, tunc
ad alterum, qvem unum reliqvum habet, devenire, aut ſaltem maximam ejus partem, veri-
ſimile eſt.

Tales fuiſſe Sillam & Cottam accepimus: qvi non ſolum virili ingenio: ſed fœcundi etiam fuiſſe *perhibentur*. (*Digeſt. de re militari*) Sterilitatis etiam incommodo illi detinentur: qvi diuturno teſtium tumore vexentur: aut qvibus valdè contuſi illi fuerunt. His enim non ſolum naturale earum partium temperamentum deſtruitur: ſed etiam maximè anguſta ex compreſſione illa vaſa redduntur: ut nec materiæ ſemini generando, nec ſpiritus ſatis commodius admitti poſſit. Si verò ipſe penis diſſectus ſit: infœcundus etiam evadit homo: qvoniam in uteri ſinum ejaculari ſemen non poteſt.

Qvamobrem admirabile ſemper illud exiſtimavi: ac ferè ultra hominum fidem, (ut hoc interim admoneam) qvod memoriæ mandavit *Averroes*: (*2. Collig. 10*) qvandam ſcil. viciniam ſuam, dum ea eſſet in balneo, in qvo paulo antea ſemen intemperantes qvidam homines projecerant, illorum attracto ſemine concepiſſe. Nec minus etiam mirabile, qvod *quibusdam medicis* proditum eſt, (*Luſit. cent. 7. cur. 18.*) mirum cum duæ fœminæ ſeſe invicem comprime-

rent

rentes his, qvæ vidua erat, ſemen ab alio qvi ei vi- ro erat conjuncta, ac proximè ab eo fuerat com- preſſa, accepiſſe: atqve ita prægnantem reddi- tam. Vix enim arbitror, ſemen in his fœmi- nis ad internam uteri cavitatem attrahi potuiſ- ſe: qvanqvā ſcripſerit *Ariſtoteles*, (*de gener. anim.4.*) uterum etiam ſine venerea delectatione concu- pitū ſemen extrinſecus accipere poſſe Nam teſtis eſt *Galenus*, (*7. Meth. c.6.*) ſemen ne aliqvandiu qvi- dē extra propria vaſa, ſi modo ſuas vires ſervabit, morari poſſe: nam vel in ipſis maris partibus contineri, vel in ipſis fœminæ partibus ſitum eſſe illud neceſſe eſt. Cum enim ſpirituoſum ſit ſe- men ac ſpumoſum, ſiqvidem in alienum locum effuſum ſit, nec à proprio foavetur: exhalat ex eo repente ſpiritus, ut ſola aquea humiditas relinqvatur. A viduâ autem attrahi ſemen illud potuiſſe, mihi ipſe perſvadere non poſſum: nam ut cœtera admittam, vix tamen arbitror, ſuas vires illud tunc ſatis retinere potuiſſe: etenim qvoni- am nuptæ uterus illud antea reſpuerat: ideò fri- gefieri etiam oportebat, ac proprium teporem mittere.

Sed cum ego ita ſentiam; nolim tamen gravi- m iſtorum virorum obſervationes pertinaciter jicere, atqve impoſſibiles eſſe ſtatuere: cum iam in *medicina* monſtra identidem evenire, *7. Collig. cap.31.*) ut in reliqva ſolent natura. vocirca hâc ratione non negarim qvoqve; ſi i exiguum penis fruſtū remanſerit: poſſe hunc

etiam fœcundum ſemen in uteri conceptaculis ejaculari; ſiqvidem apta promptaqve fuerit ejus loci diſpoſitio: ac viri valdè appetens mulier. Ideoqve facilè ego crediderim, illum, (*Schench. lib. 4. obſ. 12.*) cui penis rigidus infra tres digitos erat: atqve alium, cui ex cancro inciſus erat breviſſimus, genuiſſe. Ille autem, qvi membrum inſtar verrucæ *habebat* (*Hoſtienſ. ut ſupra.*) atqve ita parvum, ut diſponi ad mingendum non poſſit, ſecludi debuit à conjugio.

Parvum autem penem inpræſentiarum appello, non exiguum qvemcunqve, ſed qvi pro cunni capacitate minimus eſſe videtur: qvi nullo affrictu, nullaqve voluptate afficere fœminam voleat. Sunt enim, qvibus uteri cervix tam ampla eſt, (fœmineum barathrum vocare ſolet Martialis,) ut nullum ſui ſenſum exiguus penis afferre poſſit. At ſi virgo ducta ſit, & qvæ fortaſſe genitali ingreſſu, aut naturâ anguſto, aut certè minimè amplo, donata ſit: nihil dubito, niſi minimus omnino obveniat penis, prolem illam eſſe ſuſcepturam. Proinde *Oribaſium*, (*24. Collect. cap. 33.*) admirari contingit, qvi priapi magnitudinem tantam eſſe, ait, oportere, ad ſemen ſcil. in os vulvæ ejaculandum, qvanta eſt cunni magnitudo; Conſtat enim ex *Galeno*, (*l. 1. De Sem. cap. 4.* uterum, cum qvalitatem ſeminis affectat, totum obviam ſeſe offerre, atqve occurrere ad cunnum; ſuoqve collo ac gula, tanqvam manu uti, qva ſemen intro compellat.

Ergò

Ergò neceſſe non eſt, ut penis colli uteri longitudinem æqvet: ſed tantùm, ut qvadantenus ſemen porrigat. Qvocirca putat *Fernelius* (*7. De hom. procreat. 10.*) cujus etiam authoritate, ſi lubet, Oribaſium ad meliorem ſenſum reduces, viri ſemen, ut & mulieris non in uteri ſinum emitti: qvoniam ejus os internum connivere, occludiqve ſolet: ſed in cervicis fundum ad os uteri: qvò pleriqve ſeminis vaſa, & teſticulos derivari prodiderunt. Verùm penis brevitas non eo tempore judicanda eſt: cum demiſſus ille jam pendet, ac laxus: ſed cum flatu diſtenditur, erigiturqve: plerumqve enim exiguum membrum in ſatis notabilem magnitudinem attolli videas. Sed cùm hæc de menſura exigua ſatis ſint: ſupereſt, ut de ea etiam, qvæ juſto major ſit, paucis loqvamur. Putat *Avicennas*, (*2.3. Tra. 2. cap. 44. & Ariſtot. 1. de gener. anim. 6.*) qvibus longiſſimus eſt, ac maximus penis, liberos procreare non poſſe: nam longo illo ductu dum ſemen emittitur, frigeſieri contingit, atqve ita fœcunditatem amittere. Ego verò nihil abnego, mediocria omnia præſtare cæteris aliis: id tamen compertum habeo, nonnullos, qvi longiſſimum membrum, atqve ultra communem menſuram gerebant, liberos tamen ſuſcepiſſe: etenim modò capax fœmina ſit, nihil ſeminis refrigerationem pertimeſco: nam per internos illos, ac naturales membri meatus non levi impetu emiſſum ſemẽ, nihil video, cur tam exiguo momento propri-

um teporem, viresqve ſuas deponere poſſint.

Eſt & aliud membri vitium, qvod prolis ſuſcipiendæ ſpem adimit: cum illud ſcil. aut nimis diſtortum eſt [cujusmodi eſt, inqvit *Galenus, lib. de uſu part. 3*) cum id vinculum, qvod ad finem virgæ eſt, adeò meatum contorqvet, ut obliqvus fiat, aliterve in ſeſe concidat] aut in medio contrario ita aliqvo pervium foramine eſt, ut diverſum ſemen, aut ſuo impetu retardetur, aut loco exeat alieno. Sunt etiam, qvibus glans ipſa non in loco eſt perforata: ut recto impetu in uterum ejaculari ſemen non poſſit: nimirum ſi paulò altius aut humilius foramen pateat.

Hæc igitur vitia ſiqvidem emendari ullâ ratione potuerunt: extenſo eo ſcil. qvod antea particulam contrahebat: aut oppleto non naturali foramine: ſic etiam hos viros ad conjugium admitto: aliter autè neqvaqvam: nam qvod valdè detortum ſemper eſt, rectam ſeminis ejaculationem, eductionemqve impedit, ut etiam lentè & frigidè & diminutè foras procedat. Atqve hæc ferè ſunt virilium inſtrumentorum vitia, qvæ liberis procreandis ſummoperè adverſantur.

## *CAPUT III.*

## De frigidis atq; ignavis Genitalibus.

PRæterea à conjuge alieni ſunt, qvibus ignava ſunt genitalia: ſive hoc à natura ſive caſu

aliqvo

aliqvo experiantur. [Eunuchos hos [illegible], atqve eviratos nuncupavit *Hippocrates* : ( *de aere loc. &c. cap. III.*) qvanqvam peculiari nomine ſpadones appellant. ] Hi enim plerumqve non ſolum membri ineptitudinem habent , ſed ne fœcundum qvidem ſemen generant: voco autem modò ignava genitalia , ſive etiam vieta & flaccida, ea præſertim, quæ frigidam ſiccamvè intemperiem ab ipſo ortu nacta ſunt ; ideoque anguſta etiam ſunt vaſa, quæ nec ſpiritum admittere , nec tumefieri ſatis queant. Talia etiam ſunt , qvæ laxa nimis ac mollia exiſtunt : carneaque potius, quàm nervoſa ; conſtat enim, contentione aliqua præditum eſſe penem debere , ut conceptioni ſit aptus. Tam valdè enim ipſa contentio ſemini excernendo confert: ut ſiqvando obliqvus ſit ejus meatus , atque in ſe concidat , educi ſemen non poſſit : quippe quod in virgæ flexibus hæreat. Et revera hujusmodi contentio ſola eſſe mihi videtur, quæ ſemen in uterum depellat: non autem ſpiritus aut flatus : nam & in magnis *Epilepſiis* , ubi totum corpus convellitur ſola ejus loci contentio abundè ad ſeminis excretionem exiſtit. Illos ergo, ſiquidem reparari malum non posſit ; omnino à conjugio arcebis.

Ignava etiam ſunt, quæ ex quapiam alia incidente morbifica cauſa tale incommodum patiuntur : ut ſiquando ejus loci paralyſis apprehenderit : aut ſi ex vulnere , ( hoc enim aliquando eſt *obſervatum* ,) coëundi facultas ablata ſit :

(*Marcell. Don. lib. 4.cap.18.*) Multi etiam ſunt, qui maleficio aliqvo detenti liberis dare operam non poſſunt.

Qvi qvidem omnes, ſiqvidem ad ſtatum naturalem reverti poſſunt, eatenus qvoqve ad conjugium admittendi. Eſſe autem reſolutum penem, ac nihil aliud prætereà vitii perpeſſum fuiſſe, ita facilè agnoſces; ſiqvidem in frigidam aqvam illum demergas, & minimè contrahetur: nam qvi contrahitur, ac brevior, & minor fit: expeditos habent ſpirituum ductus: ideoqve frigidæ occurſum refugiunt.

## *CAPUT IV.*

### Valdè obæſos, effœminatos, varicoſos, & lue gallica obſeſſos, magna ex parte infœcundos eſſe.

QVi etiam plus nimio obæſi ſunt, ac multa obruti pingvedine, inepti conjugio ſunt: tales enim ut exiguum ſangvinem in venis habent, ita & ſemen: qvod ideò etiam infœcundum judicari poteſt: qvoniam frigidisſimo illi ſunt temperamento: ac præ nimia aqvalicui mole, ut inqvit *Aetius*, (*lib.16.c.26*) ſemen ad uteri receſſus ejaculari non poſſunt: atqve hoc, inqvit ille, velut maximum negligendum non eſt, ut nec vir nec mulier pingvem habitum acqvirant: nam neqve pudenda inter ſe aptare poſſunt: & viri parum ſeminis emittunt: & mulie-

ribus

ribus menſes pauci feruntur. Sed interim maximè illos à conjugio arcendos puto, qvi à princi-pio ætatis in hunc corporis deveniunt ſtatum: nam qvi otioſè fortaſsè: atqve optimis cibis diu nutriti, atqve à venere intereà abſtinentes plurimum pingveſcunt: ſiqvidem ſalubris vivendi ratio adhibeatur: poſſent liberos, qvod ſæpè vidimus, nec qvidem incommodè, procreare.

*Sed (1. De temper. ult. & 2. ejusdem c. 4.)* hac in re illud diligenter adverto; aliud eſſe obæſum corpus, ac pingve: aliud vero corpulentum, atqve carnoſum. Hoc enim optimi alimenti copiam ſignificat: eſtqve ideò ad naturæ functiones præſtantiſſimum: illud verò cum omnia habeat infelicia: tum maximè veneri exercendæ eſſe ineptum ſolet: nam & fœminis menſes, & viris ſemen is ſtatus & minuit, & labefactat. Sed fœminis tamen magis eſſe infeſtus conſvevit: nam qvæ ita eſt conſtituta, nullum generare menſtruum excrementum poteſt, qvod alendo fœtui ſatis ſit: univerſo jam ſangvine in adipē converſo. Vir autem imperfectum qvidem aliqva ex parte, atqve imminutum habet ſemen: ſed ægrius, ac tardius in eum degenerat ſtatum, ut nullum, aut infœcundum generet. In qvo qvidem genere extremum fuiſſe Nicomachum ferunt: qvi cum præ nimia pingvedine loco dimoveri non poſſet: ab Aeſculapio perſanatum fuiſſe affirmavit *Galenus; (de differ. morb. cap. 9. 2. De gener. anim. 5.)* Qvi etiam effœminati ſunt, inqvit

inqvit *Ariſtoteles*, ſteriles eſſe conſveverunt; nam illis frigidum, ac exile ſemen eſſe: ideoqve gignendis liberis ineptum fatetur. Ebrioſorum etiam ſemen *eodem authore* magna ex parte infœcundum eſt: nimirum qvia conſiſtentia humidius eſt, qvàm qvod procreandi vim obtinere poſſit: aut certe qvod frigidius exiſtat.

Compertum enim eſt, naturale illorum calidum, qvi vino intemperanter utuntur, minus vegetum fieri: ideoqve ad frigidos morbos procreandos aptiſſimum. Illud etiam aliqvando à me obſervatum profiteri poſſum; eos nimirum, qvi à *morbo Gallico* malè habiti ſunt, aut ſteriles omninò eſſe, aut malè ſanos liberos procreare: habent enim ſemen vitiatum, qvandoqvidē hanc potiſſimum corporis humiditatem inficit gallica lues. Proditum etiam *memoriæ* eſt, gignendi facultatem his tolli, qvi à *varicibus* tenentur: qvod tamen illi verius affirmabunt, qvi rem hanc propria experientia compertam habent, obſervatumqve eſt à peritiſſimis *viris:* (*Vicomerc. 3. de affect. mulieb. 5.*) eos, qvi fonticulos in brachiis diu apertos tenuerunt, ut multum inde humoris emanarit: aut qvi cervicem trajecto ſetone foratam gerunt, magna ex parte ſteriles eſſe: ſed hactenus qvi viri ad conjugium inepti ſint, ſatis dictum arbitror: nunc de mulieribus ſimiliter dicam.

Ca-

## CAPUT V.

### Qvæ uteri intemperies ſterilitatem pariant: ac de mulieribus valde obæſis: & de his, qvæ viragines ſunt.

Fœminæ infœcundæ eſſe deprehenduntur, aut immodica aliqva uteri intemperie, aut vitio inſtrumentorum, quæ conceptioni deſerviunt. Quæ autem ipſæ ſint intemperies, & quâ ratione conceptui incommodent, abunde explicavit Galenus (*aphor. 62. l. 5. Aphor.*) ideoq́ue ejus tantum orationem, uberem illam quidem, & ſatis illuſtrem, huc adduxiſſe, ſat fuerit. *Ubi*, inquit, *immodica uteri frigiditas exuperat adeò, ut uterus ſpiſſior efficiatur: anguſta qvidem ſummoperè in his ſunt ora vaſorum, qvæ ad ipſum pertingunt: mulieres verò ſteriles redduntur: cum ſecundæ non poſſint vaſorum orificiis adnaſci: neqve ſi hoc fiat aliqvando, poſſit benè nutriri conceptus: vel enim nullo modo fient in hiſce mulieribus purgationes: vel omninò paucæ: & hæ ipſæ vitioſæ ſolo tenuiore, atq; aqvoſiore ſangvine prolabente. Sed & hæc qvoqve ora facilè obſtruuntur: cum propter nativam anguſtiam, tum quia magna ex parte hæ mulieres humorem aggregant pituitoſum: nam & corpus totum utplurimum uteris ſimile. Contingit autem & maris ſemen in talibus uteris omninò refrigerari, niſi ſit natura calidiſſimum. Qvæcunqve etiam uteros nimis humidos habent, non concipiunt: extingvitur enim genitura, qvemadmodum in terris paluſtri cerealia ſemina.*

*Et qvæcunq; ſiccos ſeu adurentes uteros habent, propter defectum alimenti non concipiunt: nam in ſuis uteris tale qvidpiam accidit: qvale ubi arenæ mandantur ſemina. In habentibus autem immodicam caliditatem tale contingit, qvale ubi valde calidæ terræ ſemina committuntur.* Atque hactenus Galenus, qui tametſi verè omnia, ac luculenter dixerit: niſi tamen certis qvibusdam ſignis, qvi uteri frigidi, qvi calidi, ac cæteri alii per noveris, fruſtra reliqva perqvires: de his igitur conſulendus eſt *Galenus* ( *aphor. 62. l. 5. Aph.* ) dum corpus totum utplurimum eſſe utero ſimile affirmavit. Atqve omnium maximè *Avicenna* ( *2. 3. Trac. 1. cap. 4.* ) qvi calidum, inqvit, uterum habent, paucitas menſtruorum, & citrinus eorundem arguit color: hoc etiam oſtendit piloſus pecten, & qvæcunqve alia corporis argumenta caliditatem. Cum labore etiam menſes emanant, ardoremqve præ ſe ferunt; nec tarde coeundo ſemen emittunt. Frigidum vero uterum ſignificat menſium interceptio, aut certè exigua illorum copia, color albus: item diuturna expurgatio: ac pilorum paucitas in pectine.

His ignavior eſt venus: ac ſegniter ſemen effundunt. Humidum verò ac ſiccum uterum oſtendunt, illum qvidem tenues, & multæ expurgatæ humiditates; hunc vero paucæ & minimè effluentes. Menſes autem, ut qvem colorem exactè præ ſe ferant, palam fiat, ( nam hoc in uteri intemperie dignoſcenda multum facit, ) pri-

mum

um lineum *Avicennas* noctu ſupponit, deinde
xiccat in umbra: qvi poſtea, ſi rubeus ſit, aut ci-
inus, calorem, ait, ſignificari: ſi niger, & al-
us, frigiditatem. *Hippocrates* verò (*Lib. de Ste-
lib.*) arenam tenuem, & ſiccam menſtruo ſan-
vine infundit: & ſi ſangvis in arena ſiccatus lu-
us fuerit, bilis dominatur: ſi vero mucus, pi-
iita. Varius etiam ad venerem impetus vari-
n qvoqve uteri temperaturam demonſtrat:
am ſi qvæ coëundo plurima afficitur voluptate,
: nimis intereà concaleſcit, & prurit: nimius
us calor arguitur: ſi verò ignavè omnia & fri-
dè agit, planè frigus. Agnoſcit etiam immo-
cas uteri intemperies *Galenus*, (5. *Aph.* 52.) ac
opterea etiam indè natas ſterilitates, in ſuffitu,
i per aromata fit: frigiditas enim ſpiſſitudinis
tione, non permittit usqve ad os, & nares ferri
halationem: eodem modo ſiccitas: humidi-
s vero ſicuti extinguit genituram, ſic & aro-
atum qvalitatem vincit, atqve corrumpit: &
opterea non permittit ipſa ſervantia ſuam na-
ram, ſinceram circa os, & nares ferri. Ad eun-
m etiam uſum *Hippocrates* (*de morb. mulieb.*)
ii caput integrum, & deraſum ſupponit: item
legium ſiccatum, & melle exceptum cum la-
, aut artemiſiam vino ſubactam, aut melan-
um, aut qvod præſtantiſſimum parant aliqvi,
lbanum: hæc enim ſi ſubtus indita per os ole-
, fœcunditatis eſt nota: *Ariſtoteles* qvoqve
*De Gener. anim.* 5.) mulierum, inqvit, proba-
tio

tio ſuffitu fit: ut odores ſuaveolentes uterum, [illegible] rantur ad locum ſpirandi, & [illegible] atqve etiam illitu, ut colores oculis impoſiti, [illegible] livam perficiant oris: nam niſi hæc fiant, [illegible] tus corporis, per qvos excrementum [illegible] confuſos & occæcatos eſſe, ſignificatur. [illegible] enim oculorum maxime omnium locorum [illegible] pitis, ſeminalis eſt: qvod patet, cum [illegible] per coitum venereum manifeſtè immutentur.

Ergò, qvæ ſint uteri intemperies, qvæ conceptionem impediant, ſatis eſt explicatum: [illegible] difficile etiam ſit deprehendere, [illegible] infœcunda ſit mulier [illegible]. Nam ſi non [illegible] magnus ſit qvalitatum exceſſus, conceptio [illegible] naturalis poteſt: præſertim ſi aptum ſemen [illegible] venerit: ſi vero plurimum extra temperiem [illegible] ſiſtat, timenda ſterilitas eſt, qvodcunqve eſſe ſemen velis. Atqve illæ omnes uteri intemperies vix non hyſtericos affectus, aut muliebre profluvium inducunt.

Etenim longo uſu mihi compertum eſt, [illegible] les omnes mulieres diuturnas aliqvas uteri ægritudines, ac præſertim album menſium profluvium pati. Præterea qvæ præter naturam [illegible] fuerit craſſefacta, in ventre non concipit, [illegible] *Hippocrates*: (*Lib. de Sterilibus*) nam [illegible] craſſum, ac multum incumbens os uterorum [illegible] primit, & genituram non ſuſcipit. Qvod autem *Hippocrates* præter naturam dixit: [illegible] modum interpretatur *Galenus*. (*5. aph. 46.*) [illegible]

enim

enim tantum internum os uteri anguſtius contingit. Verum doctiſſimi qvidam viri, fœminas, qvæ à natura, hoc eſt à primo ortu obeſæ ſunt, neqvaqvam ſteriles eſſe ſibi perſvaſerunt, ſed qvæ tantum ex macilentis ſunt craſſefactæ, qvas etiam volunt ab *Hippocrate* præter naturam craſſas duntaxat fuiſſe vocatas. Sed illi neſcio, an *Hippocratis* mentem ſint aſſecuti. Nam qvæ nimis craſſæ ſunt, utrumqve in eum habitum inciderint, modo magna ſit obæſitas, atqve, ut ait *Galenus*, præter modum, has ſteriles eſſe obſervamus: nam & qvæ etiam à primo ortu plurimum craſſefactæ ſunt, nihil obſtat, qvo minus præter naturam affectas eſſe dicas; imo & has ego magis aliis præter naturam agere conjicio: qvoniam ſcil. & frigidiore temperamento ſunt; & ideò aptiores qvoqve, ut in his magna pars ſangvinis in pingvedinem concreſcat.

Illud etiam veriſſimè dicam: mulieres, quæ plurimum pingves ſunt, & qvæ præternaturalem habitum à natura ſortitæ ſunt, ægre illum ſtatim acqvirere poſſe, ut tandem concipiant, nam & remediis qvibusdam, qvæ illis prodeſſe videri poſſunt: non ſine periculo utuntur. Qvod nobis haud obſcure ſignificavit *Hippocrates* (*Text. 41. l. 5. Epid.*) dum mulierem, qvæ ſana erat, & craſſa, & qvæ catapotium concipiendi gratia, ſumſerat, in magnum vitæ diſcrimen incidiſſe memoravit. Qvocirca qvid de his judices, facilè ab his colligas licet. Præter hæc autem ſcriptum reliqvit

*Ariſtoteles*, ( *2. de gener. anim. 4.* ) mulieres, quæ viragines ſunt, maximè ſteriles eſſe: quod in ſcilicet menſtruorum exiguam ſuppeditant copiam. Atqve hac etiam ratione pleræqve aliæ, qvæ qvacunqve ratione menſes deficiunt, aut qvæ etiam rariſſime expurgantur, qvippe bis terve in anno, ſterilium numero habentur.

## *CAPUT VI.*

## Qvæ inſtrumentorum generationis vitia in fœminis conceptionem impediant?

SEd morboſa etiam conceptionis inſtrumenta ſæpe fœcunditati non mediocriter obſiſtunt. Tales ſunt, qvibus aliqva ex parte pervia natura non eſt, ( *acretas* vocant & claudas ) aut ſi pervia qvidem ſit, non ita tamen latis patent, ut virile membrum admittant. Hæ enim hoc quidem nomine à conjugio arcendæ ſunt, non ſolum qvod difficile concipiant, ſed etiam qvod parere non poſſint: ut plerumqve ad ipſam inciſionem devenire neceſſe ſit. Sed hoc plerumqve non-ſolum ſæpe à natura eſt; non raro ab ulcere malè curato, ſuccreſcente nimium carne, aut membris cicatrice coeuntibus, contractiſqve.

Ergo diligens opera adhibenda eſt, ne ignare, qvod emendari nullum valet: & qvod incurabile eſt: ac tum demum ſententia ferenda eſt. Cæterum, ſi magis, qvàm convenit, [illegible]

pu-

prægnans fœmina non fit, inqvit *Hippocrates*: non enim concipiunt uteri genitale ſemen. Hoc autem ad [illegible] clarum fiet, & menſes [illegible] prodeunt, & per paucos dies: fit autem & naturâ hæc *affectio*, & à morbis: & ſiqvidem à naturâ fiat, incurabilis eſt: ſin minus, non ſani prodeunt menſes: neqve ſic prægnans fit; non enim compingitur ſemen à ſangvine morboſo. Ineptæ etiam conjugio ſunt, qvæ diuturno uteri ſcirrho laborant: hæ enim omni concipiendi ſpe ejectæ eſſe ipſe etiam *Raſis* (*tr. 4. l. 9. Cont.* [illegible]) abundè teſtatur. Sed & illas ociatio probaverim, qvibus ulcera in utero aborta fuerunt: ideoqve genituram ſuſcipere non poſſunt.

## CAPUT VII.

### Qvæ viri, ac fœminæ proportio ad conceptionem reqviratur. Et cur conjuges interdum juniores, non raro ſeniores magis generent; & qvod aliqva fœcunditatis nota à parentibus deſumantur.

Cum hactenus ſingulorum conjugum vitia ab utraqve parte explicarimus: nunc certa utriusqve proportio noſcenda eſt: qvæ ut valdè ad conceptum facit: ita illi etiam diligenter advertenda, qvi ſterilitatis notas ex arte cognoſcere profitetur. Docte enim *Ariſtoteles*, (*De gener. anim. 2.*) *multis*, inqvit, *maribus & fœminis*

 *evenit*,

*evenit, ut conjuncti inter ſe nequeant* [illegible] *juncti queant.* Sed de hac re [illegible] *Galenus* ( *aph. 62. l. 5. aph.* ) [illegible] ſententiam huc afferam: immodicæ, [illegible] temperaturæ ſterilitatis ſunt cauſæ: [illegible] rò ſi ſint, & contrariis conjunguntur, tunc concipient mulieres, ſi vero ſimilibus, non [illegible] ent. Neqve enim fieri poteſt, ut [illegible] in utero frigidiore ſit fertile: [illegible] nec ſiccius in ſicciore: qvod de duobus [illegible] etiam ſentiendum eſt. Ergo indiges [illegible] dem frigidius [illegible] cit ab optima temperatura. Verum [illegible] minis etiam naturam in hoc ferendo judicio perſpectam habeas neceſſe eſt:

Ideo ut hoc etiam minime ignoretur: *ſemen calidum*, inqvit *Galenus*, ( *1. art. med. cap.* [illegible] ) *promptitudo ad Venerem, multaq;* [illegible] *tas arguit: contraria verò diſpoſitio frigidum* [illegible] *humidius verò liquidum plane eſt,* [illegible] *cum verò modice craſſum ac paucum.* [illegible] ( *2 De gener. anim. 3.* ) fecunditatem ſeminis in aqva experitur: qvod enim tenue, ac frigidum eſt, citò diffuſum per ſumma innatat: qvod fecundum eſt, in imum deſcendit.

Atqve hæc ex ipſa rei natura deducta ſunt ſterilitatis indicia: & qvæ veterum medicorum [illegible] ant, nam qvædam experimenta, qvæ vulgo circumferuntur, in ſola obſervatione nixa ſunt, nec cur ita ſint, ulla ratio afferri poſſit. [illegible]

[illegible]

...tamen & hoc noviſſe, ne quidquam igno-
...quod ad hanc ſcientiam præſtare aliquid
...Jubent igitur, ut uterque conjux ad la-
...aut tenere alicujus plantæ radices com-
...nam cujus urina reficcentur radices, ad
...pertinere ſterilitas ſignificatur. Præterea
...in duobus vaſis fictilibus, grana aliquot tri-
...atque hordei diſponunt: ibi mingere con-
...præcipiunt: & in cujus vaſe poſt ſeptem
...germinabunt ſemina, illum ajunt fœcun-
... Cujus autem urina malva creſcit: ille
...fœcundus eſſe deprehenditur: ac ſi ſuper ſu-
...mingatur, ille ſterilis cenſetur, cu-
...vermes ibi naſcuntur. Sed hæc
m plus ſatis.

Illud tamen ignorandum non eſt, ex
s, quæ hactenus dicta ſunt, facilè comprehen-
etiam poſſe, cur nimirum conjuges interdum
prima ætate fœcundi: poſtea verò ſteriles fi-
t, aut etiam contra. Nam ſi viro ſiccius æquo
ſemen, ſiccior ſimiliter uterus mulieri: ambo
primis ætatis annis facilè concipient: qui
m humor ætatis ratione in illis exuperat ſe-
nis utriuſque ſiccitatem attemperat: ac libe-
ſuſcipiendis illos reddit idoneos. cùm verò
perfectam ætatem uterque devenerit, con-
mpta nimirum humiditate illa, ſiccata re-
nent omnia: ideoque etiam ad concipien-
m inepta, atque eo etiam magis, quò propius
iorem ætatem attigerint. Contrà verò qui-

*venas, ut conjunctæ inter ſe neqveant generare: disjunctæ qveant.* Sed de hâc re ubertim diſſerit *Galenus* ( [illegible] *l. 5.* [illegible] ) idemqve ejus ſententiam hic afferam: *immodicæ, inqvit, temperaturæ ſterilitatis ſunt cauſæ; modicè vitioſi ſunt, & contrariis conjunguntur, tunc concipient mulieres, ſi vero ſimilibus, non concipient. Neqve enim fieri poteſt, ut frigidius ſemen in utero frigidiore ſit fertile: qvemadmodum nec ſiccius in ſicciore: qvod de duobus aliis etiam ſentiendum eſt. Ergo indiget ſemen qvidem frigidius utero tanto calidiore, qvanto deficit ab optima temperatura.* Verùm qvis ſeminis et uteri naturam in hoc ferendo judicio perſpectam habens neceſſe eſt.

Ideo ut hoc etiam minime ignoretur: *fœminæ calidiores*, inqvit *Galenus*, (*1. art. med. cap. 45.*) *promptiſſimæ ad venerem, multaq; Genitalium piloſitas ſeqvitur: contraria verò diſpoſitio frigiditatem. humiditatemq; liquidius planè eſt, ac copioſius: femina verò modicè craſſum ac paucum.* Et *Ariſtoteles* (*2. De gener. anim. 5.*) fœcunditatem ſeminis in aqva experitur: qvod enim tenue, ac frigidum eſt, citò diffuſum per ſummam innatat: qvod fœcundum eſt, in imum deſcendit.

Atqve hæc ex ipſa rei natura deducta ſunt fœcunditatis indicia: & qvæ verum artificem deceant; nam qvædam experimenta, qvæ vulgò circumferuntur, in ſola obſervatione poſita ſunt; nec cur ita ſint, ulla ratio *afferri* poteſt. Juvabit

ut tamen & hoc novisse, ne qvidqvam igno-
tur, qvod vel hanc ſcientiam præſtare aliqvid
iſſit. Jubent igitur, ut uterqve conjux ad ſu-
uca aut teneræ alicujus plantæ radices com-
mingant, nam cujus urina reſiccantur radices, ad
eum pertinere ſterilitas ſignificatur. Præterea
vaſum in duobus vaſis tritis, grana aliqvot tri-
ci, atqve hordei diſponunt: ibi mingere con-
juges præcipiunt. & in cujus vaſe poſt ſeptem
dies germinabunt ſemina, illum ajunt fœcun-
dum eſſe. Cujus urinam malvæ arefacit: ille
infœcundus eſſe deprehenditur, ac ſi ſuper fur-
nus ſæpius mingatur. [illegible], cu-
ad nictu [illegible] vermes ſui naſcuntur. Sed hæc
jam plus ſatis.

Illud tamen ignorandum non eſt, ex
iis, qvæ hactenus dicta ſunt, facilè comprehen-
di etiam poſſe, cur nimirum conjuges interdum
in prima ætate fœcundi; poſtea verò ſteriles ſi-
ant, aut etiam contra. Nam ſi viro ſiccius æqvo
ſit ſemen, ſiccior ſimiliter uterus mulieri: ambo
ſeptimis ætatis annis facilè concipient: qvi
humidior ætatis ratione in illis exſuperat ſe-
minis utriuſqve ſiccitatem attemperat: ac libe-
ris ſuſcipiendis illos reddit idoneos. cùm verò
ad perfectam ætatem uterqve devenerit, con-
ſumpta nimirum humiditate illa, ſiccata re-
manent omnia: ideoqve etiam ad concipien-
dum inepta, atqve eò etiam magis, qvò propius
ſeniorem ætatem attigerint. Contrà verò qvi-

 bus

bus humidius eſt ſemen, ac humidior uterus, in prima ætate minus prompte concipiunt: magnus enim tunc eſt ad humiditatem [illegible]. Cum vero creſcente ætate, idoneqve toto corpore ſicceſcente, uterus etiam, ac ſemen, ſicciora redduntur, hoc tempore mediocritatemqve qvandam acqvirunt: ut nihil jam mirum ſit, concipere aliqvando, qvi ſeniores ſunt, cum juvenes ſteriles fuerint. Sed inter fœcunditatis indicia illud etiam libenter poſuerim: qvod à parentibus, ac cætero genere deſumitur; maxima enim ex parte fœcundi hi eſſe ſolent, qvi à fœcundis parentibus, hoc eſt, qvi prolem numeroſam ſuſceperunt, exorti ſunt, raro enim generoſa ſemina degeneres proferunt fructus. Qvemadmodum etiam infœcundi hi eſſe ſolent, qvibus [illegible] ſteriles fuerunt parentes; fere enim ab his & totius corporis, & partium temperamentum, conſtitutionemqve accipere ſolemus.

## *CAPUT VIII.*

### De prima ætate ad conceptionem idonea.

A*riſtoteles* idoneam conjugum ætatem ſtatuit in puellis qvidem circa decem & octo ætatis annos: (*7. Polit. cap. 16.*) in viris circa ſeptem & triginta. Verum qvia tunc Philoſophus robur tantum, ac firmitudinem liberorum procurat, non autem qvo primum tempore illorum fieri

poſſit

ſſit progreſſio: adeo nihil ad noſtram inſtitu-
tum facit. Nam & illud etiam ab hoc loco ſilen-
tium ſcribit: nuſquam, poſt quinquageſimum an-
num liberis operam navare viri: ultra enim hoc
ſpatium imperfectos, & corpore & mente liberos
gignit. Ergo alia nobis ineunda eſt ætatis ratio.
Compertum eſt ætatem pubertatis primum con-
juges fœcundos reddere: *ſiquidem* ( *6. Epid. 4.* )
*tunc* primum & viris ſemen prodire, & fœ-
minis procedere menſes incipiunt. Incipit au-
tem hæc ætas *duodecimo*, vel decimo tertio anno:
aut tardius expleto decimo quarto. Atque, ut ait
*Macrobius*, ( *6 ſan.* [illegible] *l. de ſomn. Scip. c. 6.* )
poſt annos bis ſeptem ipſa ætas neceſſitate pube-
ſcit. Quod autem de pubertatis exordiis variæ
authorum ſententias invenias; id eſt in cauſa:
quod *ætates* annorum numero ſemper circum-
ſcribere minime licet: ideoque ut certi aliquid
profiteri poſſis, corporum temperamentis digno-
ſcendis operam naves oportet: nam qui calido
temperamento donatus eſt, citius ad puberta-
tem accedit: atque adeo is duodecimo etiam
anno pubeſcere & fœcundum ſemen emittere
incipiet. Ac Divus *Hieronymus*, ( *Epiſt. 63. ad Vi-
talem.* ) Salomonem decimo ætatis anno: Achaz
vero undecimo ſubducta temporis ratione, filios
procreaſſe, memoriæ commendavit. Narrat-
que teſte Flamino: mulierculam, quæ infan-
tem decem annorum enutriret, cum aliquando
mero ſe nimium ingurgitaret, ac libidine ac-

cenſeretur, illum vix coitum conciliaſſe, eundem à puerulo genitalem læſum, reperiſſe memini; & obſervationum auctor (*Jo. Schenck. 4. obſ. 121.*) in illis hinc inde, ac gravium collectis teſtimoniis, complures à quo ſuum decem annorum filios genuiſſe; alios novem; quorum etiam, cum ſeptimum annum ageret, patrem fuiſſe vocatum: quæ res facit, ut nihil minus eſſe videatur, ſi interdum perpetuus naturæ ordo immutetur; tametſi rariſſimi ſint hi eventus; impoſſibile tamen non ſiet, aliquos eſſe, qui ſecundo ſemini generando, venerique exercendæ, extra communem hominũ naturam eſſe poſſint. Ergo fieri etiam poteſt, ut tam inerti, ac frigido temperamento aliqui exiſtant, ut ne exacto quidem decimo quarto anno gignendis liberis idonei habeantur.

Communem igitur ac maximè naturalem pubertatis terminum, quo viri jam emittere, ac conjugio idonei eſſe incipiunt, decimum quartum annum ſtatuendum puto: hoc enim tempore non ſolum puerilis ætas in adoleſcentiam mutatur; ac fœcundum ſemen emittitur; ſed plurimas etiam in homine mutationes fieri, teſtis eſt *Hippocrates* (*Lib. de ſept. partu.*) Prætereà hunc eundem terminum in fœminis etiam eſſe, in quo illæ ſint puberes ſiam, multi ac graviſſimi viri prodiderunt, ut teſtis eſt *Ariſtoteles.* (*1. De gener. anim. 20.*) Præterea *Paulus*, *fœminæ*, inquit, *ut plurimum decimo quarto anno menſes incipiunt.*

mum: paulò ante tertium decimum, aut duodecimum: pleriq; poſt decimum qvartum: Et alibi, (Lib. 16. cap. 1.) fœminarum, inqvit, ad ætatem pertinet, infra decimum qvartum annum, aut ultra qvinqvageſimum purgationes menſtruæ non fiunt.

Verùm enim verò univerſa Juriſperitorū Schola biennio maturius fœminas, qvàm viros adoleſcere, ſtatuerunt; ideoqve etiam duodecim annorum illas nubiles eſſe definiverunt. Atqve a tutela cùm mares non niſi qvarto decimo anno expleto liberentur, fœminas duodecimo ab ea immunes eſſe voluerunt. Hoc ipſum propter votorum feſtinationem evenire, ſcribit Macrobius (1. De ſomn. Scip. 6.) qvam Icti doli capacitatem vocant, aut etiam id pubertate longè aliter, ac medici ſentire Icti videntur. Ego autem putavi aliqvando hos ipſos longè ſua falli opinione: nec pubertatis diverſum eſſe in fœminis, atqve in viris conſtitutum terminum. Verùm cum diligenter in hanc cogitationem incubuerim, ſententiam tandem mutavi.

Sed qvæ mei conſilii ratio fuerit, nunc explico. Scripſit Galenus, (6. Epid. 2. com. 45.) velocius adoleſcere à partu fœminas, qvàm mares: nam major earum corporum eſt mollitudo: talia enim corpora, inqvit ille, in tres diſtantias, longum ſcil. profundum ac latum exporrecta facile incrementum ſuſcipiunt. Præterea Hippocrates (De ſept. partu, in fine.) omnium Magiſter graviſſimus, filiæ, inqvit, cum à matre ſegre-

ſegregatæ fuerint, citius, qvam filii, pubeſcunt, & ſapiunt, & ſeneſcunt, propter corporum imbecillitatem, ac victus rationem. *Ariſtoteles* qvoqve eandem ſententiam (*c. 6. & 7. de hiſt. anim. cap. 3.*) manifeſtè habuit: ait enim fœminæ, ubi in lucem venerint, celerius, qvam mares perficiuntur; nam & pubes, & vigor & ſenectus prius illis venit, qvam maribus: & hoc propter ſuam debilitatem, nam ut in artificiis, ſic in natura omnia minora citius ad finem deveniunt. Ex his igitur non ſolum maturius ad pubertatem pervenire fœminas, ſed cur etiam ita ficto opus ſit, ſatis eſt explicatum. Fœmina enim qvaſi præcox aliqvis fructus, ſtatim ad maturitatem venit, ipſaqve illarum mens, ingeniumqve eadem celeritate ſapere incipit. *Mas verò* qvoniam perfectius ac prudentius eſt animal, diuturniore tempore opus habuit, ut ſuam integritatem aſſeqvatur: pueri igitur tardius perficiuntur: cum tamen fœminæ & duodecimo anno puberes fiant, & tunc etiam non paucæ concipere deprehendantur. Verum ut de maribus dixi; ita puellæ etiam nonnullæ juſtum pubertatis terminum prævenisse viſæ ſunt, nam memoriæ *proditum eſt* (*Schench. 4. lib. obſerv. 125.*) variis in locis aliqvas nono ætatis anno peperiſſe.

Sed opportunè hoc in loco qværi poteſt; num concipere aliqvando poſſit fœmina, cui nondum menſes apparuerunt? Quibus ego, multis

qvidem

qvidem conſtat experimentis, puellas nonnul-
las, qvæ nunqvam menſtruas purgationes ha-
buerunt, feliciter tamen aliqvando concepiſ-
ſe. At qvia neceſſarium eſt naturæ axioma, ut
conceptio fieri ſine menſtruo ſangvine, qvi fœtui
ſit alimento, neqvaqvam poſſit: ideò commu-
nis, ac veriſſima omnium opinio eſt, ſi qva un-
qvam ſine menſium profluvio concepit: eam
qvidem illo momento concepiſſe, cum primum
is ſangvis erumperet: ideò autem extra appa-
rere non potuiſſe, qvia conceptio primum illum
exitum præoccupavit. Fit enim plerumqve ut
puellæ nondum ad viri [illegible] ſan-
gvinis congregetur, ut foras [illegible]
[illegible] tamen & [illegible] illuc [illegible]
to corpore ſtatim evocetur ſangvis; ut propter-
eà procedere [illegible] poſſit. Sed mirum qvi-
dem illud eſſe videtur, qvod interdum obſerva-
vimus: nonnullas nimirum eſſe mulieres, qvæ
nunqvam menſtruas purgationes expertæ, ſæpe
tamen conceperunt. At & hoc ſatis abundeqve
fecit *Ariſtoteles*: (*7. De hiſtor. anim. c. 2.*) fieri,
inqvit, poteſt, ut aliqvæ etiam ſine menſium pro-
fluvio concipiant; videlicet, qvibus tantum hu-
moris colligitur, qvantum his, qvæ purgantur,
reſidere ſolet; qvanqvam non tanta copia, ut et-
iam foras poſſit profluere: exiguum enim iſtæ
ſangvinem generant, & qvi fœtui tantum alen-
do ſatis ſit; atqve hæ præſertim viragines ſunt,
ac maſculo temperamento donatæ. Præter hæc

vero

vero ignorandum non eſt: fœminas, quæ ſtudioſiores ſunt, ac naturali ſtructura laxiores, multoque abundant ſanguine, ac luſibus venereis laſciviiſque fuerunt aſſuetæ, omnium adhuc citiſſime & menſtruum ſanguinem excernere, & viro aptas eſſe. Quæ vero [illegible] ſunt, caſte vixerunt, virorumque commercio minime aſſuetæ ſunt, atque exiguas præ ſe ferunt venas, tardè has ad eundem ſtatum pervenire.

Ergo ut vides, non ſolùm tantùm annorum numero, animus adhibendus, ſed potius cujuſcunque temperamentum atque habitus corporis inſpiciendus. Ipſum enim temperamentum, ut ætatum, ita etiam reliquorum naturæ operum perpetuus eſt opifex. At tamen hic admonendi conjuges ſunt, aut illi etiam, quibus filiorum eſt cura: exiguam ſpem prolis generandæ in illis poſitam eſſe, qui ante decimum quartum annum conjunguntur: aut enim ægre concipiunt, aut debiles atque imperfectos filios edunt.

Atque hoc etiam eſt, quod in magnis, atque illuſtribus familiis primogeniti imbecilli, aut ſtulti denique naſcuntur: dum enim ſucceſſionis cupidine immature copulantur, ſit ut aut ſemen viri nondum integram maturitatem perfectionemque adeptum ſit, aut exiguum certè ſit uteri alimentum: unde aliqua parte manci, imperfectique ſint partus neceſſe eſt.

Quæ res quanti Reipubl. interſit, graviſſime *Plato* oſtendit: (*5. De Republ.*) cum enim ex robuſtis-

bustiſſimis oportere filios procreari ſanctiſſime; ideoque nuptui traditam eſſe mulierem non ante vigeſimum annum: virum autem non ante trigeſimum, eorum auctoritate [illegible]. Præterea, cum neque illam poſt quadrageſimum liberis procreandis operam dare permiſerit: neque hunc poſt quinque & quinquageſimum. Verum, inquit, ſi junior iſtis, aut ſenior generationem in commune attigerit; profanum & injuſtum ſceleſtum hoc eſſe cenſebimus: quaſi fœtus in Civitate ſeratur, qui ſi latuerit, orietur non ſub ſacrificiis, & votis quæ ſingulis in nuptiis peragent ſacerdotes, & cives univerſa precantes ut ex bonis meliores, & ex utilibus utiliores naſcantur: imo ſub tenebris ex acri quadam incontinentia. Hinc igitur Plato, ut mirari minime debeamus, ſi ceteris temporibus languidi, flaccidique cum plures homines fiant: quippe qui ab immaturis principiis profecti ſunt. Nam & id ſæpe eſt obſervatum, puellas iſtas poſt primum conceptum ſteriles in poſterum fieri, ac ſpem omnem prolis amittere. Uteri enim infirma conſtitutio cum amplioris & gravis dilatationis & partus laboribus plurimum offendatur, adeo diſſolvitur, deſtituiturque ut iterum inſtaurari vix poſſit. Sed de ſenioribus nunc opportune dicam.

CA-

## CAPUT IX.

### Qvis ultimus ſit annorum terminus ad concipiendum idoneus: & de occulto ſterilitatis principio.

FInis gignendi, inqvit *Ariſtoteles*, (*7 Politicorum*) ut plurimum qvidem viris eſt ſeptuageſimus annus, mulieribus autem qvinqvageſimus. *Idem author* alibi memoriæ prodidit, plurimos mares ad ſexageſimum generare: hunc autem ſi exceſſerint, ad ſeptuageſimum usqve procedere. At *Plinius*, (*lib. 7. c. 14.*) mulier, inqvit, poſt qvinqvageſimum annum non gignit: majorqve pars qvadrageſimo profluvium genitale ſiſtit: nam viri aliqvando etiam poſt octogeſimum fœtum gignunt: licet vulgaris generatio ſit usqve ad ſeptuageſimum qvintum. *Avicenna* vero, (*5. De Natura, lib. ult.*) mulieribus inqvit, abſcinditur menſtruum poſt qvinqvaginta annos. Et ſperma viri fœcundum eſt usqve ad ſeptuaginta octo annos: nonnunqvam ad nonaginta. Hanc autem annorum varietatem corporis cujusqve temperamento, ſicuti de pubertate dictum eſt, tribui debemus: nam qvi optimo aut paulo humidiore temperamento ſunt, facile eam ſiccitatem, qvæ annorum ratione reſultat, ſalubriter ferunt: ideoqve etiam nonageſimo anno, aut ultra hunc fecundum proferent ſemen. Contra vero ſi qvis ſiccior, ac frigidior æqvo ſit: is etiam ante ſexageſimum ſenio conficietur.

Ergo

Ergo non ubique eadem [illegible]: ſed pro corporum hominum natura inſpectandæ; unde fœcunditas judicanda ſit. Atque hoc eſt, quod raro [illegible] fuerit, [illegible] ac pro miraculo habentur: dum interim non communia tantum naturæ opera [illegible] oculis [illegible]. Nam qui multiplicem rerum varietatem in natura admiratur ac conſpicit, nihil tale putat impoſſibile. [illegible] illud puto, quod memoriæ proditum eſt: (*Marcell. Donat. lib. 4. cap. 14.*) nonnullas [illegible] annorum liberos ſuſcepiſſe; item aliquas [illegible] legerunt.

Scriptum etiam eſt, nonnullas fœminas, quæ longo jam intervallo quinquageſimum annum aut etiam ſexageſimum prætergreſſæ ſunt, feliciter concepiſſe. Agnoſcendus igitur eſt communis aliquis annorum terminus: qui veluti regula ſit ac norma totius judicii. Attamen ſi agnitam corporis diſpoſitionem ac temperamentum noveris: nihil etiam prohibet, quin maturiorem fœcunditatem ſtatuere poſſis. Atque hæ ferè naturales ſunt cauſæ, unde ſterilitatis indicia ducenda ſunt. Quanquam *Nicolaus Florentinus (Serm. 5. Tract. [illegible] c. 2.)* cœleſte etiam & occultum principium veriſſime illis adjungat. Ait enim corpora cœleſtia influere ſuper aliqua individua, ut non ſint eorum ſemina generativa: & quandoque ſuper aliquam regionem & civitatem, ut experientia declarat de multis locis ſterilibus, aut parum generativis.

Et

Et ſimiliter experientia declarat, qvod inſu-ant è contrario; & erit aliqva regio vel civitas valdè generativa. Qvod monſtrari poteſt in multis Civitatibus Alemanniæ, & Franciæ, & in civitate mea Florentiæ, & præcipuè Mediolani. E Columella, (lib.3 c.8) qvibusdam, inqvit, gentibus numeroſam progenerandi ſobolem dedit rerum natura, ut Aegyptiis & Afris qvibus gemini partus familiares, ac penè ſolennes ſunt. Veriſſimum ergo eſt, vim, ac virtutem cœlorum, ut pleraqve alia, ita qvoqve fœcunditatis præſtantiam mira qvadam ratione in terris producere.

## *CAPUT X.*

### Utrum marem generare per ſalubria medicinæ præcepta qvempiam liceat?

HActenus qvi fœcundi ſint conjuges, pro viribus expoſuimus; nunc illud etiam non alienè adjiciam, an ſcil. liceat ſalubribus medicinæ præceptis maſculam prolem ex voluntate aliqvando procreare. Etenim eſt qvidem naturale hominum deſiderium, liberos utcunqve habere: qvi nos, ac noſtri nominis memoriam in futura etiam tempora propagare poſſint. At qvoniam in maribus præſertim magis permanere ſtemma atqve in his ferè ſtirpis, & familiæ ſucceſſio, ſtabilitqve conſiſtunt: ideò omnium maximè mares ſuſcipere mortales exoptant.

In

In qva re ipſam nihilominus imitamur naturam, qvæ marem ſemper primario efformat inſtituto, & niſi per errorem fœminam facit. Verum hæc tractatio, qvanqvam ad medicas relationes, qvæ præſertim in curia verſari ſolent, parum facere videntur: attamen qvia ad perfectam conjugum fœcunditatem nonnihil pertinet. ideò nec aliena ab inſtituto argumento fuerit, nec lectu injucunda. Qvod ſi faſtidio illa ſit, exiguo impendio parvam hanc ſectiunculam præterire poteris. Ut igitur ad penſum.

Non ignoro eſſe aliqvos, qvi maris generandi facultatem in ſola Dei providentia poſitam eſſe arbitrentur: ideoqve fruſtra in hoc medici diligentiam reqviri: qvorum illud unicum munus eſt, ut vel morbos curent, vel valetudinem tueantur. Sed nihil hoc obſtat: nam tametſi univerſa naturæ opera Deum ipſum ſummum ſemper opificem agnoſcunt: attamen ipſe etiam Medicus, qvantum humanis permiſſum eſt viribus, multa facit, qvæ naturæ convenientia ſunt; qvibus hoc ipſum etiam conſentit, ut mares generandi facultas medico auxilio aliqvando comparetur: apto ſcilicet corporis adhibito temperamento: cujus qvidem rei opificium ad ſalubres cauſas pertinere veriſſimè dices: qvarum eſſe duntaxat affirmavit *Galenus* (*art. med. cap. 86.*) naturales intemperantias corrigere.

Ergò ſi qvando de hac re enarrandum eſt tibi: nonnulla tecum conſtituas neceſſe eſt, qvæ te in

qvæſitæ veritatis cognitionem deducant. Illud igitur ante alia conſtare debet, *marem* eſſe omninò fœmina calidiorem, nam & citius mas in utero formatur atqve movetur, & majores habet venas, magisqvè conſpicuas, & nigrior eſt, & plus etiam hirſutus. Hocqve præterea hujus rei fidem facit, qvod cum eadem numero, & in mare, & in fœmina membra genitalia in primo ortu ſint conſtituta: in mare tamen extra abdominis membrorum poſita fuerunt, intus in fœminis: qvoniam ſcil. frigidior atqve imbecillior harum natura foras propellere non poteſt.

Atqve hoc etiam eſt, qvod *viſæ* ſunt aliqvando fœminæ, (*Plin. lib 7. cap. 4.*) qvæ in viros converſæ fuerint: cum tamen nusqvam memoriæ proditum ſit, viros in fœminas abiiſſe. Hic enim naturæ eſt ordo, ut ex imperfecto ſemper perfectum fiat: non è converſo. Atqve hac ratione facilius eſſe arbitror, eos conjuges, qvi fœminas antea freqventer tulerunt, medica ope eò deducere, ut mares generent, qvam qvi mares, ut fœminas: nam medicus, qvi naturã ubiq; imitatur, perfectũ ſimiliter ex imperfecto facere illius exemplo edocetur. Cum igitur manifeſtũ ſit, naturam omnia caloris argumenta oſtendere in mare generando: non ita autem in fœmina: ideo ſi unqvam fiat, ut naturale corporis calidũ medicinæ auxiliis intendi valeat: unde ſcil. calidius, huc eſt, maſculum ſemen proveniat; mihi dubium non eſt, hactenus etiam mares interdum genera-

re

... poſſe. Atqvi pluribus nos docuit ... (*art. medic. cap. 89.*) qvomodo per ... medicinæ cauſas antiqvum temperamen... mutare liceat. Qvocirca jam hinc hujus ... eris conſeqvendi ſpem aliqvam concipere de... mus? Cum verò certum temperamentum ſo... corporis partibus innatum ſit, nervis ſcil. membranis, cartilaginibus & fibris, qvibus uni... genus carnoſum intertextum eſt: hoc ... difficulter omnino, ac non niſi longiſſimo ... pore, multarumqve cauſarum concurſu è ... deturbari poſſe arbitror. Qvamobrem ... hæ partes attemperando ... univer... conferunt; exigua profecto ſpes ... poſſe unqvam ſemen in aliam naturam ... verti. At qvia demonſtratum à *Galeno* eſt, à ... etiam ſemen fieri; atqve *Hippocrates* (*... ſem. cap. lib. de genitura*) ab omni humido ... provenire affirmat: videmusqve eandem ... eodem in ſolidis permanente tempe... nunc mares, nunc viciſſim fœminas ... ideo non prorſus in re ... de... puto. Ergo locorum caliditas, cali... alimenta, labores, ac cætera alia, qvibus cale... facultas eſt, ſiqvidem crebro in corpus ... primum ſpiritum ac ſangvinem ca... mox etiam molles particulas: qvod ... in his uſus contrahatur, longa con... etiam in ſolidis aliqvando novum ac... temperamentum. Sic, inqvit *Galenus*,

(*De conſvet. cap. 2.*) particulis, qvæ nutriuntur, neceſſe eſt fieri inter ſecundum nutriendi ſangvinis uſum: non enim ſolum alteratur id, qvod nutrit, ab eo, qvod nutritur; ſed & ipſum nutritum modo exigua qvædam alteratione alteratur: qvæ deinde exigua alteratio tractu temporis notabilis fit, ut ad æqvalem vim cum familiaritate naturali veniat ea, qvæ ex diuturnis conſvetudinibus fit. Cùm igitur concurrentibus calefacientibus cauſis ſimile inductum temperamentum fuerit; conſeqvens etiam eſt, ut ſemen eandem qvoqve temperaturam ac ideo maribus gignendis convenientem, ſortiatur.

Qvamobrem non obſcurè hinc conſtat, medicorum conſilio fieri interdum poſſe, ut & novum temperamentum corpori acqviratur, & qvæ fœminas frequenter alias tulerint, nunc mares producant. Sed hic admonere vos lubet, qvi in artis operibus diligenter verſamini, in his tantum temperaturis ſpem aliqvam permutationis promitti debere, qvæ non multum a mediocritate receſſerint, in qvibus etiam ſponte ætatis progreſſu, nimio corporis humore ſiccescente naturalis calor intendi ſolet. Qvod ſi magnus ſit exceſſus; tunc externas omnes cauſas, ipſamqve etiam ætatis mutationem contemnit, qvum illud, ac firmatum corporis temperamentum.

Præterea hoc etiam negligendum non eſt, imò pro maximo habendum: nimirum cum utrisqve conjugibus ſalubris opera danda ſit

omni-

ntum tamen maximè fœminis in hac re ſtu-
dendum eſſe: nam tametſi virile ſemen magna ex parte & validius & potentius ſit: eſt tamen & fœmineum fœcundum, ſed inſuper menſtruus ſangvis accedit, qvi multis menſibus aſſidens, tanto invaleſcit & ſuperat, inqvit *Galenus*, (*2. de ſem. cap. 2. 4. de uſu part. 7*) qvanto in primo congreſſu à maris ſemine ſuperabatur. Et *alibi*, uterus, inqvit, valentior eſt teſtibus, ad fœtum ſibi aſſimilandum, ut qvæ diutius cum eo verſetur.

Sed non eſt cur dicas in primo ſtatim occurſu ſeminis aut marem aut fœminam generari; ac fruſtrà deinde laborē impendi eo, qvod qvicqvid ab illo tempore efficitur, ut calidior uterus evadat, poſſe hoc tantùm proficere, ut qvi à principio factus eſt fœtus, robuſtior fortaſſe, non autem maſculus fiat: nam *Galenus* (*2. De ſem. c. 5.*) ſexus diſcrimina non eqvidem ſtatim, ſed poſt aliqvod tempus in fœtu diſcerni, ac vere, fieri his verbis docet. *Omnia*, inqvit *genitalia membra eadem ſunt in maribus & in fœminis: in eo tantum differunt, qvod hæc intus, illa foras ſunt collocata. Primum in animalis fœtificatione membra genitalia intra abdominis membranam deſcribuntur, ac primùm delineantur: deinde foras emergunt: ſic enim recens editis animalibus dentes intus in gingivis adhuc latent; & oculi in plerisq; adhuc clauſi atq; inabſoluti apparent.* Ergo totum prius exteriorem uterum, ceu ſeptum validum firmare ſolet na-

tura ; deinde quaſi per gradus quoſdam, dum parum à primis recedit, tactum primo imperitum, moxque guſtatum, atqve olfactum, ac tandem auditum & viſum, poſtea vero ubi formæ delineatio perfecta intus fuerit, tum verſi ſpiritus impetu, foras membra formata protrudit, quod ſi hoc extrema functione languerit, membra inchoata intus relinquit, Ergò ut talpæ oculi intus concepti foras erumpi ab imbecilla natura non poſſunt: ita membra genitalia fœminis intus formata, ab imbecilliorem & imperfectiorem illarum naturam in exteriorem partem emergere neqviverunt. Sed qvatenus mares ope medica procreare liceat: ac ſimul etiam de conjugum fœcunditate, hæc ſatis.

*LIBRI III*

## Sectionis Tertiæ

*De*

## Morbis Hereditariis

## *CAPUT I.*

### Qvæ Parentum ægritudines in liberos transferri conſveverunt?

*Scribendi occaſio.*

Proxima tractationis argumenta illud etiam expoſcit, ut an aliqva parentum vitia ac morbos, qvos eſſe inſigniores reputamus, in liberos transferri neceſſe ſit, hoc

an

in loco explicavimus: ſæpe enim vitiatam & morboſam prolem hæreditario principio generari multis eventibus eſt comprobatum. Quocirca mei muneris eſſe nunc puto, ſi hoc quoque cæteris adjiciam, ſæpe enim de hac re noſtra poſtulatur ſententia, cum nimirum rara aliqua ac vulgaria connubia celebrantur, ac inſigne aliquod vitium in conjugibus ſpectetur, quod deinde, ne in liberos transfundatur, timendum ſit. Neque enim in conjugiis aut generis claritatem aut divitias tantum exoptarem: ſed non minori illud eſſet diligentia, ut integro corpore ſint: atque his præſertim inſtrumentis, quæ ad animum ſpectant. Videmus enim agricolas, & jumenta, & vires ita ſeminare, ac conſerere: ut prius ejuſmodi terræ ſint commiſſa ſemina, multumque provideant: poſt autem magnam curam adhibeant, ne nimio humido demerſa putreſcant, neve ſqualore exareſcant, aut frigore extinguantur: In homine vero ſeminando, vel duro utero generi nutriendo, nullam omnino adhiberi diligentiam.

Ergo de his modo diſſeremus, quorum ſuſpectum conjugium eſt, ne ſimili labe liberos inficiant. Quanquam lectores admonitos velim, hoc de morbis hæreditariis argumentum difficile eſſe, nec ſatis ab authoribus explicatum: ut propterea æqui, bonique æſtiment, ſi quod modo communis utilitatis gratia explicandum ſuſcipimus, eruditis auditoribus non undequaque

ſatisfecerit; Ergo ut illuſtria ſint omnia, jaciam prima fundamenta aliqva, à qvibus tractationis abſolutio petenda ſit; ſecundo loco, qvi morbi transferri, & qvomodo à parentibus ſoleant, edocebo; ac denique cur non perpetuo parentum vitia in liberos transmitti neceſſe ſit, ſed ex morboſis interdum integri prodeant.

## CAPUT II.

### Ponuntur principia qvædam, à qvibus propoſitæ qvæſtionis determinatio deducitur.

SEmen, qvod noſtri principium in utero eſt, ac cujus temperamentum naturamqve ante alia aſſumimus: pars eſt, inqvit *Ariſtoteles*, (*De gener. anim. cap. 2.*) utilis atqve ultimi excrementi, ex qvo unumqvodqve membrum gignitur. Id eſt, pars illa eſt ſangvinis, ut *Avicenna* interpretatur, qvi cum ultimam confectionem in venis adeptus ſit, ex illarum oſculis in particulas proximè convertendus deſudat. Hunc teſtes naturali qvadam facultate ad ſe trahunt, ſicut lien melancholicū ſuccum, & veſicula fellis flavam bilem. Ut conſtare etiam poſſit, nihil abſurdum eſſe intelligere, qvâ ratione à ſingulis corporis partibus ſemen decidatur: nam ſi [illegible], ſeminis naturam eſſe illam ſubſtantiam, qvæ in extremis ſingularum partium venulis conſiſtit: qvaſi illarum alimentum jam jam futura

ſuum; nihil inter eſt, ex ipſisne venulis, an ex partibus illud eſſe divulſum dicere. Qvanqvam ipſe *Galenus* non qvæ in venarum oſcillis, ſed qvæ per ſingulas corporis partes ad ſolidi generis nutritionem diſperſa ſubſtantia eſt, materiam ſeminalem eſſe, ac ipſum etiam ſemen probabilius dixerit. Ergo hæc eadem, qvoniam ſi pluſculum temporis iis in locis permanſiſſet, jam aliqvam particulæ formam accepiſſet: veriſimile eſt illam interea ab ejus partis natura aliqvo pacto alteratam fuiſſe; ut, ſi non vera forma: ac proportio illius aliqva induceretur. Ergò qvæ pars ſeminis ab oculo, exempli cauſa deciſa eſt, qvoniam proportionem qvandam, ac formæ veluti rudimentum ad oculum habet: negandum non eſt, dum ſimul cum aliis in teſtibus commiſcetur, aptiorem illam eſſe, ut in oculum potius, qvam in alias particulas convertatur.

Qvod ſi dicas, proportionem illam ſangvinis, qvæ ab oculo deciſa ſeminis nomen poſteà propriè ſortita eſt, non habere proportionem niſi ad ſingulares particulas, qvas erat nutritura: ut propterea nulla illius eſſe debeat ad oculum proportio, qvippe qvæ pars eſt inſtrumentalis. Ajo eqvidem illi proportionem eſſe tantùm ad ſimilares particulas: at non ad qvascunqve; ſed qvæ tantùm in oculo ſunt. Atqve ideò qvæ pars ſeminis ab oculo elicitur, habet hoc qvidem ut venas tantum carnem ac tunicas generet: ſed illes tamen magis ex qvibus propter certam tem-

periem conſtitutionemqve oculi potius conformentur. Attamen cum hæc dico: non ea mihi ſententia eſt, ut putem ex certis ſemini particulis, certa duntaxat membra fieri oportere: nec alia præterea. Scio enim univerſum ſemen facultatem qvandam in teſtibus adipiſci, ut ad *totum* aptum ſit, atqve in omnes particulas æqve converti poſſit. Sed cum hac tamen ſervantur illæ adhuc ſingularum partium proportiones: qvæ qvidem ſi nihil repugnet, promptius in has formas, qvàm in illas ſemen agat ſic ſangvis, à qvo univerſum alitur corpus, qvanqvam omnibus nutriendis particulis unus conveniat: inter ille tamen diverſas partes, pro qvarum varia temperie, hæc potius, qvàm alia illam [illegible] promtius nutrire valeat. Singulæ, qvæ nutriuntur, inqvit *Galenus*, (*1. De ſem. cap. 11.*) alia craſſiorem ſangvinem, alia tenuiorem, alia calidiorem, alia frigidiorem, aut alterius qvalitatis deſiderant. Hinc igitur conſeqventur, hominem cui, verbi gratia, diſciſſa ſit manus, ſemen qvoqve producere minus integrum; & in qvo partes illæ deſiderentur, qvæ totum referunt: qvodqve aptum plane ſit, qvantum in ſe eſt, ut ſimiles liberi procreentur.

Et qvanqvam in libro *de genitura* ſcriptum inveniamus, mutilatum habere numero omnia qvæ ſanum: is qvidem author, (negant enim nonnulli Hippocratem eſſe) mutilum intelligit non cui pars aliqva deſit (qvæ vera eſt mutili ſigni-

ſignificatio ) ſed qui debilis illa eſt, atq; ad agendum inepta: dixit enim paulò poſt, genituram à parte mutilata debiliorem provenire. Sed ignorandum etiam non eſt, me ſub ſeminis nomine fœmineum ſemen nihilominus comprehendere, in qva ſignificatione vel ipſe Ariſtoteles ſemen vocavit, (*c. 18. l. 1. G. A.*) qvod ſcil. ex ambobus coëuntibus originem trahit. Qvanqvam hoc diſcrimen interſit: qvod ille nullum opificium materno tribuat. Ego autem qvi Hippocraticam, h. e. meliorem ſententiam ſeqvor, æqve cum virili fœminæ agentis rationem habere illud puto: qvod ipſum & uberrimè monſtratum eſt à *Galeno*: (*2. de Sem. c. 4.*) & ipſe etiam *Ariſtoteles*, qvaſi ab ipſa veritate convictus, aliqvando confeſſus eſt, (*l. 10. cap. 18. H. A.*) in qvo loco, ait fœminam appellari, qvæ ſemen prolificum in ſeipſam mittit: marem, qvæ in alterum.

Præterea verò illud etiam in Galenica doctrina daturos eſſe mihi confido: nimirum *ſangvinem* menſtruum, (*1. De ſanit. tuen. 3.*) alterum eſſe noſtræ generationis principium: atqve eſſe materiam qvandam, unde fœtus in utero alimentum capiat. At non ita tantum materiam, ut nihil præterea efficiat. Duo enim hæc principia, inqvit *Galenus*, (*2. De ſem. cap. 2.*) non æqvus inter ſe habent vires: nam in ſemine validiſſimum principium effectivum eſt, materiale pauciſſimum: in ſangvine contra, qvod ad materiam ſpectat,

ſpectat, plurimum: qvod ad vim & facultatem, imbecillimum. Ergo opificem vim aliqvam habet ſangvis menſtruus: ſed omnium maximè ut alimentum afficit, atqve immutat: etenim qvemadmodum nos in lucem exortos varia alimenta *afficiunt*: ut etiam in diverſa trahere temperamenta, ac ſalubres & morboſos reddere non rarò poſſint. Sic & menſtruus ſangvis, qvo ſimiliter fœtum alit in utero, tantæ eſt efficaciæ, ut plurimam partem & ad temperamentum, & ad valetudinem præſtet, non tantùm verſanti in utero animali: ſed deinceps in reliqvo etiam vitæ curriculo.

Ex qvibus omnibus, qvæ vera ac firma principia habent, illud tandem conſtituo: multa vitia, qvæ ex improba ſolidarum partium conſtitutione, aut earundem intemperie ortum habent: multa etiam, qvæ menſtruus ſangvis labe aliqva inqvinatus invexerit, poſſe ac ſolere à parentibus in liberos transfundi. Nam ſi noſtri corporis conſtitutio atqve temperamentum à ſemine eſt, qvod non mediocriter à ſolidis partibus affectum, ac aliqva ex parte alteratum fuiſſe demonſtravimus: tum à ſangvine menſtruo: à qvo velut ab unico alimento, plurimum qvoqve in utero efficimur: mirandum non fuerit, ſi illorum principiorum vitioſas conſtructiones, qvalitatesqve promptè referre valeamus. Verùm hæc vitia, qvæ ſint, & qvomodo in liberos præſertim transferri ſoleant, opportunè nunc dicam.

CAPUT

# CAPUT III.

## Qvi morbi ſint hæreditarii: & qvâ ratione in liberos transferantur?

HIppocrates (*lib. de M. S.*) *ex pituitoſo*, inqvit, *pituitoſus: ex bilioſo bilioſus gignitur: ex tabido tabidus: ex lienoſo lienoſus: & cujus parentes fuere morbo correpti ſunt, etiam aliqvem ex poſteris ac nepotibus ſimilem gignunt. Idem* etiam ex *calvis, calvi: ex cæſiis cæſii, & ex plerumque distortis distortum generari*: & eadem ratio eſt circa reliqvas formas. *Ariſtoteles* qvoqve (*l. 1. cap. 10. H. A.*) *ex mancis*, inqvit, *manca procreantur: & cum parentes cicatrices habuerunt, filii qvidam partem eandem ſimiles erant: & chalcedone cum pater brachio eſſet compuncto, filius idem retulit.* Et *alibi*, (*7. De hiſtor. anim. 6.*) gignuntur, inqvit, *læſi ex læſis, v. g. claudi ex claudis, cæci ex cæcis: denique ſimiles ſæpenumero in re, qvæ præter naturam contigerit, & ſigna habentes ſibi cognata hereditaria: ut verrucas & nævos & cicatrices, aut qvid aliud generis ejusdem. Avicenna* vero, (*F. 3 Trac. 1. c. 13.*) *ſperma*, inqvit, *habentis membra debilia, raro generat ſanum.* Atqve *idem* (*2. 1 Doc. 2. c. 8.*) *hereditariam ægritudinem eſſe, ait, albam vitiliginem, tineam, ſive calvitiem naturalem, podagram, phthiſin, & lepram. Plutarchus qvoqve* (*De ſera num. vind.*) *aquam intercutem, regium morbum, melancholiam maniamqve ad hoc* genus reducit: qvamobrem jubet, ut filiis, qvi

is, qvi nondum ægrotant; ſed illos futuræ ægritudinis timor habet, exercitium, dietam, & pharmaca adhibeamus. *Paræus, (lib. 23. c. 22.)* ſæpe, inqvit, *hereditario vitio, ut claudi & gibbi, ſic & luſci evadunt pueri: vidimusq́, qvi naturali jactigatione capitis continuò moverentur, filium ſimiliter affectum progenuiſſe. Stolidi etiam, ac dementes parentes vix aliqvando ingenioſos generant: quod vitium etſi animi eſt: attamen certam cerebri conſtitutionem* ſeqvitur. *Valeſius (in lib. Hippocr. de alimento.)* hereditarios etiam morbos agnoſcit fluxiones multas, qvæ multarum ægritudinum ſoboles ſunt: ſæpe etiam gallicam luem: adeoqve perſvaſum eſt multis, gallicanos parentes ejusdem vitii contagione ſemper liberos inqvinare, ut qvidem non incelebris Medicus multis diſſeruerit, impoſſibile eſſe, à parentibus gallico morbo infectis, filios ſine labe naſci. Hujusmodi etiam inqvit eſſe *Galenus, (An animal ſit, qvod in utero &c.)* in qvibus pars aliqva aut ſupereſt, aut deeſt, aut formam alienam habet. Atqve hi morbi ex ſemine præſertim ortum ducunt. Maternus autem ſangvis ſua etiam vitia: ſed levius, ut benè advertit Fernelius, *(lib. 7. c. 11.)* qvàm ſemen, in corpus inſerit. Etenim ſi gravidam medio geſtationis tempore qvartana febris adoriatur: partus editur, qvi diu poſtea qvartana febre conflictabitur: atqve ſi noua ea menſe pleuritidem premantur, proles gignitur in pleuritidem qvoqve proclivis: qvemadmodum &

ejus

ejus cui abſciſſis ex aure octavo menſe prorupe-rat, filius in omnem ætatem habuit pusillas aures. Unde intelligi poteſt, non modò primam conformationem ex ſemine; verum etiam toto geſtationis tempore ex materno ſangvine morborum proclivitates in fœtum contrahi.

Ad verto igitur, non tam graves affectus ex ſangvine menſtruo proficiſci: ſed aliqvas potius intemperies ac naturæ propenſiones: nam & hoc idem autor obſervavit: ut cui cibo prægnans mater plurimum adſveverit, eum futurum eſſe fœtui jucundum: & vinoſum vinoſum: & qvæ medicamentis crebro utitur, fœtum proferre in medicamenta propenſum. Atqve hæc pro exemplo adducta ſint mihi: nam non his tantum anguſtis morborum finibus hereditariorum genus continetur. Qvandoqvidem qvocunqve ferè morbo, pater, cum generat, detinetur: eum ſemine transferre poteſt in prolem.

Cæterum nonnullorum opinio eſt, illos morbos qvi in partium conformatione conſiſtunt, tunc tantum à parentibus in prolem transferri, cum naturalem originem habuerunt: nam ſi poſtea caſu aliqvo exorti ſint, neqvaqvam ejusmodi eſſe. Et *Argenterius*, (*In 2 art. med. ubi de temper. teſt.*) illi, inqvit, qvi non à natura, ſed caſu aliqvo particula ſunt mutilati, aut ſimili aliqvo vitio detinentur, non ſolere eos morbos in filios refundere: nam, inqvit, teſtes ſectiſunt

in

in prima conformatione cum integris aliis omnibus partibus: qvarum vitia, & formam integram illi referunt: nec eam amittere poſſunt ob mutilationem membrorum. Ego verò qvi non negarim, naturale vitium promptius in filios immitti, qvàm qvodvis aliud: nihil tamen obſtat, id qvoqve, qvod poſteà acqviſitum fuit, ſimiliter poſſe communicari. Non enim teſtes ſunt, qvi hujusmodi defectum in ſemine afficiunt: ſed carentia certæ particulæ, qvæ qvandocunqve eſt, ſemper aliqva ex parte imminutum ſemen producitur. Dictumqve eſt ab Ariſtotele, & cicatrices & brachii compunctionem filios retuliſſe: ideò qvàm vere ille hoc dixerit, judicent alii. Ex his igitur, qvæ hactenus ſunt conſtituta, promptum eſſe arbitror colligere, qvâ ratione hereditarii morbi in filios transferantur. Sat enim conſtat, ſolidas corporis partes, qvæ ſolæ rectè partes à *Galeno*, ( *De ſalub. diæta. cap 7* ) ſunt nuncupatæ, ab ipſo ſemine in utero generari, ac deinceps nutriri. Et qvoniam etiam à nobis monſtratum eſt, parentes qvibusdam particulis imminutos, imperfectosqve, ſemen ſimiliter imperfectum atqve earundum partium facultate imminutum progignere; nemo ambiget ex hoc ipſo ſemine fœtum aut diminutum, aut malè compoſitum, aut pravè temperatum fieri.

Præterea cum duo ſint morborum genera: à qvibus animal in utero affici contingit; alterum in intemperie, in confirmatione alterum: pro-

profecto qvi ad intemperiem referuntur, ſæpius ac promptiùs transferri ſolent, qvàm qvi ad conformationem ſpectant; Eventus ſatis compertus eſt: nam qvi intemperato ſunt capite, oculis, hepate, renibus, ac toto etiam corpore plures novimus, qvi aſſimiles filios progenuerint. Qvi verò ſine oculo, ſine manu, ac pede ſunt: aut easdem particulas diſtortas habent ac malè compoſitas, non ita multos licet adnumerare, qvi ſimiliter affectos liberos ſuſceperint. Nec difficilis erit ratio; nam ſi qvidpiam virili ſemini defuerit: illud ſatis valet muliebre ſua mole reponere atqve ſupplere: non ita autem intemperiem, ſiqvidem validius ſit, tam facilè emendare poteſt.

Sed his doctiſſimi cujusdam viri (*Valleſ. in lib. de alim.*) ſententiam lubet examinare: qvi mala omnia hereditaria ex naturali qvadam intemperie, ac totius corporis, aut partis imbecillitate fieri affirmat. *Etenim cum homines*, inqvit, *naturam & temperiem ab his accipiant, à qvibus geniti ſunt: profectò cum natura ſimili ſimilē debilitatem deferri: ac cum debilitate ſimili ſimiles morbos, eſt conſeqvens.* Mihi verò obſcurum eſt, qvid ille per debilitatem intelligat: nam ſi intemperiem, obſcurius adhuc fuerit, qvid per naturam velit. Præterea ita omnia diſponit; ut morbos ab imbecillitate: imbecillitatem à natura fieri ſtatuat. *Galenus* etiam, (*De diffet morb. 6.*) cum medici qvidam exiguos ventriculi à naturali tempera-

mento receſſus, imbecillitates nuncuparent: nihil, inqvit, dicunt præter id, qvod eſt evidentiſſimum: malam ſcil, ciborum concoctionem atque ventriculi in ſuo opere perficiendo debilitatem. Sed hoc, inqvit, non eſt, ,qvod qværitur, ſed potius, qvæ cauſa ſit ejusdem imbecillitatis.

Ergò mea ſententia, imbecillitas, qvæ hereditariorum morborum altera, ac potiſſima eſt cauſa, mala qvædam eſt à natura partium conſtitutio, qvæ vel magnitudine, vel numero, vel formatione, vel qvadam inter ſe ordinatione aliqvid peccet. Nec verum eſt, intemperiem debilitatis, qvæ nihil eſt aliud, qvàm mala corporis conſtitutio, cauſam eſſe: cum potius contraria aſſertio verior eſſe reputetur: *nam fieri poteſt*, inqvit *Galenus* (*De opt. corp. conſtit. in princip.*) *ut corpus aliqvod ex plurimis benè temperatis particulis benè ſit conſtitutum: ipſarum tamen vel magnitudine, vel numero, vel formatione, vel qvadam inter ſe ordinatione læſum deprehendatur.* Puto igitur has duas eſſe morborum hereditariorum veriſſimas cauſas, intemperiem ſcil. ac malam conſtitutionem. Sed hæc ipſa partium conſtitutio, ut ægrè transfertur in liberos: ita ſemel translata firmior eſt nulloqve tempore corrigi valet. Qvid? & alteram etiam cauſam, intemperiem ſcilicet facile ad ſe trahet. Qvoniam hi morbi, qvi in naturali conſtitutione conſiſtunt, ad mortem usqve hominem comitantur: nam cœteri etſi difficilem curam ſuſcipiunt, curantur tamen aliqvando:

do: aut ſaltem non mediocriter miteſcunt.

Sed ignorandum etiam non eſt, evenire interdum, ut qvi à parentibus malè affectis exorti, eandem partium ſtructuram diſpoſitionemqve ſortiuntur: qvanqvam nihil dum ægrotent: attamen qvantum in ſe eſt, morboſam generent prolem: nam vitioſa corporis conſtitutio, qvæ poſteris ſemine traditur, tametſi nulla adhuc aucta cacochimia, citatisqve fluxionibus, morbos excitare non potuit: qvia tamen innata ea fuit, ſemper futuri mali ſuſpicionem, ac metū affert. Ideoqve nati interdum avorum ægritudines patiuntur, qvos nunqvam parentes pertulerant: nam tametſi parentes ipſi ex vitiato ſemine fuerint conſtituti, ac tale etiam in liberis procreandis emittant: non id tamen ſatis eſt, ut ægrotet poſteritas: ſed præterea neceſſe eſt, ut vitia humorum in corpore aggregentur, ex vitæ nimirum intemperantia, ex temporum injuriis, ac ſimilibus de cauſis, qvæ ſi non adſint, nunqvam ægrotare hominem dicam, concretum licet ex ſemine vitiato. Adde etiam, qvod matris ſemen ac ſangvis menſtruus, poſſunt, ſi qva eſt labes in viri ſemine retardare, aut etiam opprimere: qva deinde exerat, ſeſe atqve antiqvam naturam præ ſe ferat, ſi in gignendis poſteris mater affuerit, qvæ illi vitio conſentiat, aut non repugnet.

## CAPUT IV.

### Cur à vitiatis parentibus non ſemper vitiatos filios generari neceſſe eſt?

NOn ignoro aliqvos eſſe, qvi hanc noſtram de hereditariis morbis aſſertionem incertam omninò, falſamqve eſſe hoc argumento exiſtimant: qvoniam ſæpiſſimè à vitiatis parentibus integri, atqve inculpati liberi prodeant. Qvos ego, qvia temere hoc dicere animadverto, lubet illorum errorem pauliſper redarguere: ac rationem intereà proponere, cur ex vitiatis parentibus benè conſtituti liberi non raro oriantur.

Porrò morboſæ hujus hereditatis duplicem antea originem eſſe ſtatuimus: ſemen ipſum, qvod ex paterno, maternoq; conflatũ eſt, ac menſtruũ ſangvinem. Horum autem non idem ſemper eſt temperamentum, non eadem diſpoſitio: ſic enim ſemper ſimillimi filii, atqve ejuſdem eſſent naturæ; ſed plerumqve diverſa inter ſe ſunt, & diſſimilia. Proinde nihil mirum, ſi ex his etiam diverſi effectus conſeqvantur: nam qvem paternum ſemen exempli cauſa, ex ſua natura præſtare effectum poteſt, eundem maternũ retardare ac deſtruere ſolet: in qvo certamine is omnino potior effect9 reſultabit: qvi à majori efficacia, & robuſtioribus viribus eſt inductus.

Ergò demus qvempiam eſſe diſtortum, aut claudum: idqve etiam ſi lubet à nativitate: aſſeram eqvidem, hunc diſtortos etiam filios ſua natura

turum eſſe generaturum, verùm ſi fiat, ut illi talis uxor contingat, cujus robuſtius ſit ſemen atqve efficacius; mihi non dubium eſt, integros liberos ex eo conjugio prodituros. Qvam meam ſententiam illud etiam non mediocriter probat, qvod cum filii integri vitiato patre naſcuntur: matri potius ſimiles eſſe deprehenduntur: qvippe cujus ſemen, ut alterius vitium corrigere potuerit; ita propriam in cœteris multis qvalitatem inducere. Qvod ſi fiat, ut imbecillius ſit ſemen fœmineum: aut certè æqvis viribus concurrat, promptum erit, ut filii paterna vitia ubiqve referant.

Si igitur huius rei ſuſpicio fuerit aliqvando: juvabit matrem & in ipſo conceptionis momento, & toto etiam geſtationis tempore, perfectam formam integri alicujus hominis intueri, ac valida cogitatione comprehendere. *Tantæ* enim eſt efficaciæ ſimilitudinum in mente reputatio (*Plin. Lib. 7. cap. 12.*) hauſtæqve imaginis ſub ipſo conceptu, ut utriuslibet animum ſubito transvolantes, effingere ſimilitudinem aut miſcere exiſtimentur. Scio enim honeſtam matronam cùm ſæpe claudicantem mendicum intueretur, atqve ejus imago concipienti occurreret, claudum deinde filium peperiſſe. Narratumqve eſt à *Galeno* ( *De therica ad Piſon. 1.* ) deformem qvendam hominem hac ratione pulchrum filium ſuſcepiſſe, dum pulchram pueri imaginem uxori congrediens intuendam attenteqve conſideran-

derandam poneret. Qvod autem de morbofa partium conſtitutione, idem de intemperie intelligas velim. Nam, patris ſemen intemperatum filios etiam ſimiliter affectos procreat: niſi tamen maternum obſtiterit, aut menſtruus etiam ſangvis: qvi in corrigenda ſeminis intemperie plurimum poteſt: licet vitioſam conſtitutionem emendare non ita.

Atqve hoc eſt, qvòd morbi, qvi à ſola patris intemperie in filio, transferuntur, nam itas difficile, ſi diligens cura adhibeatur, ac matris natura conſentiat, corrigi poterunt. Dum mater ſcilicet, qvoad utero gerit, in contrariam victus rationem incumbat: ac ſi etiam poſtea tales nutrices adhibeantur, qvæ contrario temperamento donatæ ſint Cujus rei cauſa jubet etiam *Plutarchus*, (*De ſera num. vindicta*) ut filiis laborantium regio morbo, melancholia ac podagra, ſiqvidem nondum ſint infirmi: ſed ne aliqvando pari ægritudine corripiantur, exercitium, dietam, & pharmaca adhibeamus.

His igitur prodeſſe aliqvid poſſe ſalubria medicinæ regimin neqvaqvam dubito: qvanqvam ut hoc ipſum conſeqvaris, diu ac plurimum laborandum eſt. *Qvælibet in animali pars*, inqvit *Galenus* (*14. De uſu part. 7.*) *morbida magis atqve imbecillior in omnem ætatem redditur, ſi qvod vitium vel exiguum in prima conformatione ei obtigerit*; cujus vitii culpa in primũ maris cum fœmina

na coitum intempeſtivum, tum in gravidæ victus rationem ſeqventem eſt conferenda.

At qvoniam, qvæ hactenus dicta ſunt, difficilè aliqvis comprehendat; niſi etiam, qvod ſemen robuſtum ſit, qvodvè imbecillum explicemus: de qvo ſcil. ſæpe antea facta eſt mentio. Lubet ex *Galeno* atqve *Avicenna* (*2. 3. Trac. 1. cap. 4.*) nonnulla indicia huc afferre, unde id facilè innoteſcat. Robuſtum ergò ſemen tum virile, tum muliebre ita cognoſces, ſiqvidem fœcundi hominis ſit, qviqve celeriter ab initio ad coitum fuerit concitatus: item ſi genitales partes citiſſimè hiſpidæ factæ ſint, lateqve pili naſcantur: ac præterea ſinimis ſaiaces fuerint: Imbecillum verò ſemen eſt, qvod contrarias omninò habet conditiones. Sangvinis autem menſtrui atq; uteri temperamentum totius corporis temperamento ſimillimum eſſe ſolet. Atqve hujus robuſtam vim eſſe, & qvod contrariam ſeminis naturā vincere interdum poſſit, hinc deprehendes: ſiqvidem calida, & ſicca totius corporis temperatura ſit. ſi pauca ſit menſtrua expurgatio, eaqve rubra aut flava: ſi hiſpida muliebria ſint; ac deniqve ſi cœtera conſpiciantur, qvæ in robuſto ac valido ſemine ſunt explicata. Sed præterea validiores etiam in hoc genere reputantur ætate florentes, qvàm ſenes: ac qvi ſalubri ſunt habitu, qvàm qvi morboſo. Atqve ex his, qvantum in medica diligentia poſitum eſt, facilè deprehendes, maſnè an fœmina in certa fœtus formatione majoribus

viribus concurrat: ac propterea qvæ parentum vitia liberi ſint habituri.

*LIBRI III.*

## Sectionis Qvartæ

*De*

# Cognoſcenda Ingravidatione

## *CAPUT I.*

*De*

## Dignoſcendis Fœminis, an in utero gerant?

*Scribendi occaſio.*

FOeminas uteri geſtationem diſſimulare: at deinde alieno ſuppoſito infante partum mentiri, aliqvando compertum eſt; ſive ad hoc ſpe futuræ ſucceſſioni, ſive alio ducantur conſilio. Nec minus etiam conſtat, nonnullas, ut tormenta aut commeritas alias pœnas ſubterfugerent, falsò eundem ſtatum ſimulaſſe. Qvanqvam multæ etiam ſint, qvæ cum utero gerant; id tamen ut impudicitiæ notam evitent, omnino deteſtantur. In his autem cauſis, qvoniam ſæpe nos judices conſultum veniunt, ut qvæ revera utero gerunt ab his, qvæ eo pondere ſolutæ ſunt, dignoſci valeant: opportunè ideo hoc in loco prægnationis ſigna tradere aggredior:

qvam-

qvantum nimirum medica diligentia adseqvi nos licet.

Neqve enim ignoro, qvàm difficile ſit hunc ipſum fœminarum ſtatum certò dignoſcere; ac præſertim ſi ab invitis extorqvere veritatem oporteat. Nam qvæ hujus rei propria reputantur indicia: plerumqve etiam alias corporis diſpoſitiones ſeqvuntur. Etenim & ipſa menſtruæ purgationis interceptio: ventris tumor: turgidæ mammillæ, ac lacte nonnunqvam refertæ: motus in utero ac ſimilia qvædam non rarò in fœminis conſpiciuntur, tametſi utero non gerunt. Qvocirca de his omnibus ita loqvar, ut vix per ſe aliqvid neceſſarii ſim traditurus: ſed qvædam tantùm probabilia, & qvæ rem ipſam ut plurimum aſſeqvantur. Qvod ſi in qvadam congerie intelligas, tum qvidem rarò fallere conſveverunt. Etenim ſi medicas omnes intuearis actiones, nullas qvoqve non probabili notione à nobis apprehendi animadvertes: ut in his etiam artificioſa conjectura planè pro exacta ſcientia eſſe debeat.

Ut igitur de his clarè ac diſtinctè agam; tria nunc mihi conſtituo, unde, ceu ex qvibusdam fontibus, videor vim omnem ſignorum deducere haud difficulter poſſe. *Primum* autem hoc eſt; *Uterum nimirum, ſi conceptura eſt mulier, maximo duci virilis ſeminis deſiderio, innatamq́; habere facultatem, ut illo multa cum voluptate fruatur.* Hinc enim fit, ut illud non ſolùm avidè recipiat: ſed

arctè etiam retineat, foveatqve, & aptum ſuggerat nutrimentum. *Secundum* vero: *nutrire fœtum menſtruo ſangvine* : atqve illo qvidem totius corporis optimo, maximeqve ſincero. *Tertium* hoc ipſum: *vaſa ſcil. uteri, qvæ ſangvinem alendo fœtui deſtinatum continent, communia illi eſſe cum mammis*: ideoqve utriusqve partis affectiones invicem etiam non rarò participari: Hæc igitur cum ita reverà ſint: ac *Galenicam* h. e. veriſſimam præ ſe ferant doctrinam: ita tandem ex his ſingula deduco.

## *CAPUT II.*

### Explicantur ſingula ſigna, qvæ ex tribus poſitis principiis deducuntur.

EX primo qvaſi fundamento effatoqve, hoc ante alia prægnationis indicium ſumo: ut ſcil. *virile ſemen in utero retineatur*: nec foràs prodeat: nam & hoc ipſum ſi diligenter advertant fœminæ, infallibilis fuerit nota conceptionis. Et ut impoſſibile eſt, concipere mulierem, ſi foràs excidat ſemen: ſic neceſſum qvoqve eſt, conceptum fieri, ſi intus retineatur. De hac autem re ita abundè diſſeruit *Hippocrates* (*Libro de genitura.*) Poſtqvam, inqvit, coivit mulier, ſi qvidem conceptura non eſt, foràs procedet genitura: ſi vero conceptura eſt, non prodit foràs: ſed manet in utero. Qvamobrem ſi fœmina partus perita

ta ſit, ſe cognoverit, qvando genitura non exciderit, ſciet, qva die concepit. Item *Galenus* (*l. 1. cap. 2. de Sem.*) *de ſemine: nullum*, inqvit, *animal ex his, qvæ ſemen excernunt, concipere deprehendi: & omnia, qvæ continent, vidi etiam gravida fieri.* De hoc ipſo etiam copioſe diſſeruit *Ariſtoteles:* (*7. de hiſtor. anim. 3.*) *indicium*, inqvit, *mulierem jam concepiſſe, cum ſtatim à coitu locus ſiccus ſit*, aliter enim labitur & defluit ſemen: qvod qvidem ſi in ſeptimum diem intus permanet, conceptum jam eſſe certum eſt: nam qvæ effluxiones vocantur, intra tot numero dies fieri ſolent.

Qvare neceſſaria hæc fuerit prægnantium affectio, qvamvis non ita ab omnibus deprehenſa: ergo hactenus incertum etiam hoc ſignum fuerit: eoqve magis, qvod *Hippocrates libro de ſterilibus* morboſas aliqvas uteri conſtitutiones meminit: in qvibus & contineri genituram, & nullam tamen prægnationem reſultare ait, ſtomacho ſcil. uteri præter naturam hiante: unde & plures menſes, qvàm convenit, & humidiores prodire affirmat: qvapropter & id, qvod à fœmina prodit ſemen, ad fœtificationem non concipitur: & uteri genitura inſuper accedens corrumpitur.

Secundum indicium eſt, itidem ſumptum, *ſi internum uteri os arctiſſimè claudatur:* ne qvid nimirum ſeminis inde excidat. Ita enim illud prægnationis tempore connivet, ut ne ſtylum qvidem

dem mucronem recipiat: nam & *Galenus* (*l.5. cap. 3. d. N. F.*) *retentricis*, inqvit, *virtutis opus eſt, prægnantium uterum undiq; contrahere: ut non immerito contrectantibus obſtetricibus os earum conniuere videatur.*

Jam verò prægnantes ipſæ primis diebus: potiſſimumqve eo momento, qvo ſemen eſt conceptum, moveri, ac in ſeipſum concurrere uterum ſentiunt. Qvod ſi ambo hæc incidant: ut & os uteri citra phlegmonem, aliumvè affectum conniveat, & ſentiatur deinde ſuccedere uteri in ſe ipſum motus, jam ſemen à mare cœpiſſe, ſe mulieres exiſtimant, & retinere cenſent. Atqve hoc ego ſignum, ut verum, ita obſervatu difficile eſſe arbitror: non enim ſemper promptum eſt, ut obſtetrix immiſſo digito, interni oris diſpoſitionem explorare ſatis poſſit. Et qvanqvam ſcio medicos omnes in exploranda graviditate rem omnem obſtetricibus committere ſolere: qvæ nimirum digiti teſtimonio de re ipſa certiores fiant. Attamen nunqvam id mihi ſemper eſt ſatis: etenim pudendi muliebris longitudo longè cujusvis digiti longitudinem excedit: qvare difficulter ad interni uteri os pervenire illum unqvam crediderim.

Advertit hoc etiam Galenus (*l.5. aphor. 51.*) aitqve, maximum qvidem eſſe mulieris, qvæ concepit, indicium, ſi obſtetrix potuerit, immiſſo digito os uteri tangere. Ergo qvia difficultatem agnovit, prudenter adjecit, ſi obſtetrix potuerit.

tuerit. Cæterum, fateor tamen, ſi fœmina, dum ſupina jacet, coxas ſurſum elevet, cruribus inferius demiſſis; aut ſi etiam cervice, manibusqve terræ innixis, clunes ſuſtollat: hoc ſitu ad exteriora uterum plurimum converti: ac exploranti fieri promptiorem: ut hac ratione non inutile, obſtetricis tangendi ſtadium eſſe putem. Atqve hoc etiam eſt, qvod *Lucretius* (*Lib.4.in fin.*) talem fœminæ poſitionem ad faciliorem ſeminis in uterum ingreſſum commendat.

- - - - - - - Nam more ferarum,
Qvadrupedumqve magis ritu plerumqve putantur
Concipere uxores: qvoniam loca ſumere poſſunt
Pectoribus poſitis ſublatis ſemina lumbis.

Sed alia jam adeunda ſunt ſigna, qvæ nihilo his minus certa eſſe ſolent.

Tertium igitur hoc ſit: qvòd *dum gravida ſit mulier, qvidam horror per corpus, ſeſe utero contrahente manifeſtè ſentitur*: ac præſertim circa ipſius uteri regiones: nam *Galenus*, (*c. 2. l. 1. d. Sem.*) dixerunt, inqvit, mihi mulieres, ubi ſemen conceperint, qvandam ſe in vulva motionem ſentire, qvæ qvaſi convellat, ac paulatim in ſeipſum contrahat. Atqve ipſe etiam *Hippocrates* (*Lib. de carnib. in ult.*) *mulier*, inqvit, *cum in ventre concipit, ſtatim horret & dentium ſtridor conſeqvitur, & convulſio occupat articulos: & totum corpus & uterum ſegnities ac torpor: & qvæ puræ ſunt hoc per-*

*petiun-*

*petiuntur: quæ verò craſſæ, & mucoſæ, pleræque ex his non percipiunt.* Neqve mirum eſt, ſi contracto utero: neqve ex naturæ inſtituto ſeſe dimovente, totum etiam conſentiat corpus: nam uterus per nervos, qvibus multis refertus eſt, & cerebro, & toti corpori manifeſtè conſociatur. Hic autem rigoris ſenſus vix primum conceptionis diem excedit: diutius tamen durat exiguus qvidam dolor circa umbilicum, atqve hypogaſtrium: qvem illæ præſertim experiuntur, qvæ tunc primùm prægnantes ſunt: qvod ſi manum prementem ægrè ferat mulier, ac dolor ob id ingraveſcat, hoc erit inter præcipua indicia, ſi qvando exploranda ea eſt gravidatio, qvam fœminæ mentiuntur.

Qvartum verò ab eodem fonte deductum ſignum hoc eſt: nam, ut ait *Galenus*, (*1. De ſem. c. 2.*) ipſi *viri evidenter plerumqve ſuum membrum intrò ab illis trahi, medicæ cucurbitulæ inſtar ſentiunt:* ita enim virilis ſeminis avidus eſt, ac famelicus uterus: ut non tantùm ejectum in ſe recipiat: ſed ſugat etiam trahatqve. Atqve *Avicennas*, (*21. 3. Trac. 1 c. 2.*) attrahi tunc virgæ caput teſtatur, qvaſi ſuctum & exiccatum.

Ex ſecundo autem fonte hæc præterea indicia deſumo: nimirum ut *menſtruæ purgationes prorſus retineantur*: nam inde nutriendus eſt fœtus. Atqve hoc indicium etſi incertum plerumqve eſt: ſi tamen *illis*, qvæ *legitimè* ante purgari ſolebat, repente ac ſine alia cauſa ſupprimantur purgatio-

gationes, magnũ hoc fuerit prægnationis indicium, præſertim ſi cibi faſtidium, nunc ac ſimilia qvædam acceſſerint. Qvod ſi aliqvando gravidis ab utero exeat ſangvis: ille qvidem exiguus plane eſt, ac prorſus ex his *venis* diſtillans, qvæ in collo ſunt: nam ab interioribus, qvæ in cavitate uteri ſunt conſtitutæ, nihil poteſt eo tempore excerni. Ideoqve de hac purgatione intelligens *Ariſtoteles* (*7. de hiſtor. anim. 3.*) optimè obſervat; purgationes plurimis accedere cum conceperint, ad tempus qvoddam: ſcil. triginta dierum, ſi fœmina ſit: aut qvadraginta ſi mas: nam poſtea in ubera tranſitur, & lac efficitur: cujus nota inter initia exigua, & araneæ propemodum ſpecie apparet in mammis. Qvoniam verò puriorem ad ſe ſangvinem trahit fœtus: hinc multa etiam indicia depromas licet: nam, ut ait *Hippocrates*, (*1. de morb. mulieb.*) *prægnans tota fit cum virore pellida, puriore ſangvine qvotidie in fœtus alimentum deſtillante: & cum paucus in corpore ſangvis ſuperſit, qvi nimirum bonæ conditionis ſit: ideò palleſcit fœmina*, ac debilis redditur, hinc etiam ſaliva plenæ ſunt: ventriculo ſcil. naturali calore aliqva ex parte deſtituto: item oris ventris morſus: ubiqve faſtidium apprehendit. Et qvia vitioſi ſucci etiam in habitum corporis ac cutaneas regiones ſeſe diffundunt: id eò maculam qvandam ſolarem in facie habere prægnantes obſervavit *Hippocrates* (*Lib. de Sterilib.*) nunc autem varos enaſci ſæpè videmus: itemqve citrinas

citrinas aut lividas maculas, vel lentigines qvoqve.

Præterea diſtrahuntur etiam oculi & cavi[illegible] fiunt: atqve eorum candidum in lividius vergit atqve albedinis naturam non habet. Nec mirum eſt affecto utero conſentire oculos: nam & in venerea delectatione, maniſeſtè illi *immutantur*, (*2. Generat. anim. cap. 5. & 4. probl. 2. cap.* [illegible]) atqve langveſcunt. Legimus qvoqve *ſeptimo*, de hiſtoria animalium, ipſo conceptu totum corpus gravari & deniqve non obſcura cacochymiæ ſigna deprehendes: qvæ qvidem aliis maturius, aliis decimo etiam menſe contingunt. Et *Avicennas*, (*ut ſupra*) *mali*, inqvit, *appetitus commoventur poſt menſem, aut duos menſes: Revera autem incommoda omnia, qvæ gravidis ventriculi ratione contingunt, ſecundo menſe præcipuè incipiunt: cum ſunt menſtrua jam ſuppreſſa actiones lædere poſſunt: ac fere usqve ad qvartum durant; ipſo ſcil. fœtu multum alimenti attrahente, perſeverant tamen diutius aliqvando, cum multa ſubeſt humorum cacochimia.*

Ex tertio autem hoc primum deduco; nimirum ſi prægnans futura ſit mulier; neceſſe eſſe *turgidas illi mammas ex creſcere* atqve illo præſertim tempore, cum menſtruæ purgationis inſtat momentum: ac præterea venas etiam, qvæ circa mammas ſunt, pleniores videri: ſangvis enim e toto corpore ad uterum confluens, regurgitat ad mammas. Sed qvanqvam magis

illa

albe conſpicuæ ſint, attamen univerſi etiam corporis venas pleniores eſſe obſervamus, ſi quæ unqvam concepit: & præſertim qvæ inferioribus ſunt partibus. Atqve hinc veriſſimè adverſit *Avicennas* in principio prægnationis mollificari mammillas, confluente nimirum ſangvine: qvod tamen evaneſcit indicium, ſi fœtus ſit major. In univerſum autem ſolideſcunt mammæ, extuberant, dolent. Papillarum color in rubeum vergit, & ſi qvid edunt, & bibunt, plerumqve calorem aut frigus rectâ mammas petere perſentiunt, debiliorem ſcil. particulam, atqve inſveto ſangvinis acceſſu laborantem. Sed hoc qvanqvam in omnibus fieri poſſe non negem: maxima tamen ex parte in illis animadvertes, qvæ primam gravidationem experiuntur.

## *CAPUT III.*

## Qvatenus prædictis ſignis fidendum ſit: & qvæ ſint potiora?

ATqve hæc artificioſa mihi videntur indicia, qvæ gravidationem oſtendere conſveverunt. Qvæ qvidem ſi per ſe ſeorſum ſumas; nihil eſt; cur illis multam adhibeas fidem. Si omnia, aut plurimam partem in unum componas; ſæpe rem aſſeqvi contingit. Qvanqvam ſi fiat, ut eas interroges fœminas, qvæ ſæpe aliàs utero geſſerunt, facilius adhuc fuerit, ex ſolitis qvibusdam ſignis, qvibus illæ antea aſſveverint,

earum ſtatum deprehendere. Ipſemet ſi quo certi habent, facilè enarrabunt.

Verùm ex his omnibus, qvæ multa hic numeravimus: aliqva præcipua tecum habeas velim, qvibus ante alia fidendum ſit. Tradunt doctiſſimi qvidam viri, multisqve experimentis compertum eſt: duo eſſe præcipua, ex qvibus fœminas uterum gerere planè dignoſcas. *Primum, ut poſt coitum non re foras effluat genitura: ſecundum, ſi interne os uteri clauſum eſſe deprehendatur.* Poſſent verò aliqua etiam alia non levem prægnationis fidem facere: nimirum ſi poſt coitum medicus ille ſentiatur horroris ſenſus: qvalem etiam poſt mictum interdum perſentimus: ſiqve adveniente menſtruæ purgationis tempore, aut doleant aut intumeſcant mammæ.

Verùm ſi cum his res agitur, qvæ nihil ſponte confiteri volunt, negantqve omnia, qvæ proponuntur: tunc reliqvum eſt, ut ſola per digitum exploratio, aut ſub umbilico compreſſio fidem aliqvam facere poſſit: abſentibus tamen affectibus præter naturam, qvæ & locum occupare, & dolorem præferre ſolent: additis inſuper faciei maculis, ac qvadam coloris defœdatione.

## *CAPUT IV.*

### Qvomodo vera graviditas à mola diſtingvatur?

QVoniam ſæpe molæ in utero conceptæ etiam

etiam præſtantes fallit medicos, ſe [illegible] gra-viditatem illam exiſtere arbitrantes: ideo in hoc etiam intervallo [illegible]: conſulendus *Hippocrates* eſt: (*Lib. de Sterilib.*) *quæ molam*, inquit, *geſtat, nihil in utero movens animal, cum tamen in vera prægnatione mas trimeſtris, fœmina quadrimeſtris moveatur.* Atque id præterea quod in Mammis lac non generatur. Et *Fern.* (*Fern. 4. lib.* [illegible] *cap.* [illegible]) *mola*, inquit, *ubi nonnunquam* [illegible] *difficultate* [illegible]*, primum ſane conceptum ſuſpicionem de ſe præbet: nam & menſes ſupprimuntur, & mammæ intumeſcunt, &* [illegible] *ventreq; attollitur. Verum tempore progreſſu diſcernitur:* [illegible] *dolor* [illegible] *nec in eo motus ullus velut in utero conceptu percipitur: quin & poſtea toto corpore extenuato, ac ventre amplificato, hydropis imaginem præ ſe fert.*

Diſcernitur tamen ab illo per tumoris duritiem: & quod tumor hic ad digitorum oppreſſionem & pulſationem non cedit: neque tympani ſonum velut in hydrope edit: & quod ad manus contactum nulla fluctuatio percipitur. Præterea cum multa ſint alia, quæ molæ cum vera prægnatione communia ſint. Illi tamen in omnibus certa quædam ac peculiaris conditio eſt: nam quod in mola eſt cibi faſtidium, non quale in prægnante eſt, ſed cum quadam animi dejectione ſeſe exhibet: immodicus etiam appetitus non quieſcit oblatâ Re concupitâ: vomitus ſunt

peſſimæ conditionis: dolores graviores acuti-
resqve, animi deliqvia: & deniqve omnia ma-
ſymptomata morboſam qvandam præ ſe ferunt
naturam: ac non obſcurè ab ea differentem,
qvam pati prægnantes ſolent.

## CAPUT V.

## De Prægnantium urinis: & qvate-
nus qvædam alia explorandæ gravidationis
experimenta fidem faciunt

DUo adhuc ſuperſunt ſignorum genera, qvæ
ab antiqviſſimis naturæ obſervatoribus affe-
runtur: alia nimirum, qvæ ab urina: alia qvæ à
qvibusdam experimentis deducuntur. Ergo ne
nihil ſit, qvod in hoc loco poſſis deſiderare, hæc
qvoqve in examen deduco. In principio præ-
gnationis, inqvit *Avicenna, urina apparet clara,*
*ſed qvæ ad ſubalbedinem declinet: & eſt qvaſi fra-*
*ctum in ejus medio ſparſum: item eſt puræ ſubſtantiæ,*
*& pendet nubecula: ſæpè etiam inſunt velut grana*
*aſcendentia, & deſcendentia: nec illa agitata conturbatur.* *In fine autem prægnationis qvandoqve appa-*
*ret rubedo loco ſubalbedinis, qvæ apparuerat in prin-*
*cipio: item commota matula, perturbabitur urina.*
Atqve hæc Avicenna.

Alii vero hæc inſuper addiderunt: ut nimi-
rum urinam reddant prægnantes citreo colore
craſſam ac turbidam: & qvæ leviter concuſſa
bullas, & granula e ſummo corona demittit:
qvod ſubſidet, craſſum eſt, ac male cohæret, com-

pene

phiſve lanæ haud abſimile: & ſæpius vino albo permiſceatur, fit ſimilis juſculo e[illegible] rum. Verum hujusmodi urinarum indicia nec *Hippocrates* nec *Galenus* unqvam meminerunt: ideoqve communis eſt multorum Doctorum ſententia, fallaciſſima plane eſſe: taleſqve à prægnante urinas reddi arbitrantur; qvales à cœteris etiam, qvæ crudis abundant ſuccis: ac ventriculo ſunt nimia cruditate referta. Ego vero etſi non auſim certiſſimam notam in prægnantium urinis ſtatuere; attamen non tam facilè *ducerem*, aliorumqve gravium virorum teſtimonia, obſervationesqve rejicere. Nemo eſt, qvi neſciat, qvam diligenter, qvam ſtudioſe illi rerum naturam indagarint qvam multum medicam artem ſua auxerint diligentia: ut indignum ſit hæc illorum experimenta, qvia *Hippocrati, Galenoq;* ignota fuerunt, nolle ad noſtrum uſum admittere. Et qvamqvam hæc ex urina deducta indicia, dicant eſſe prægnantibus cum multis aliis communia: aſſero id qvidem, ſed & menſtruæ purgationis retentio, mammarum tumor cæteraqve alia, à qvibus univerſa medicorum ſchola prægnantium ſtatum agnoſcit, multæ etiam qvamvis non gravidæ ſortiuntur.

Qvod ſi præterea hoc adjiciant, urinam oſtendere tantum, qvæ in venoſo genere continentur: ne id qvidem nego: ſed hoc ab his peto: cur nimirum graviditas immutare etiam venarum naturam non poſſit? convocato, ſelectoqve ad

uterum fere optimo totius corporis sanguine [illegible] cæteris venis illo destitutis ac propterea sanguinem minus bene conficere valentibus?

Ergo certa mihi sententia est, (dicant alii qvicqvid velint) & certa signa ad graviditatem noticiam adhiberi posse; nec ea propterea contemnenda, quæ ab [illegible] ſumuntur. Qvamvis qvidem [illegible], ut incertas ac fallaces com[illegible] [illegible] tamen [illegible] est apud [illegible] nio, certiſſimam inde prægnationis notam haberi, ideo in occulta graviditatione deprehendenda hactenus [illegible] qvæ ſu[illegible] ut qvæ fœminæ ejus rei causa [illegible] oſtendere coguntur, ſemper multas cunctationes morasqve interponere videas: qvo uno indicio non ſolum prægnationis ſuſpicio, & qvæ ad cætera vitam [illegible] [illegible] poteſt.

Varia autem experimenta, qvæ prægnantes arguere ſolent, hæc ferè ſunt. *Si velis*, inqvit *Hippocrates*, (5. *aph.* 41.) *noſſe, an conceperit mulier: cum dormitura eſt, ei aqvam mulſam potandam dato: & ſi circa ventrem tormina patietur, concepit, ſin minus, non concepit. Tormina autem* addit *Galenus*, *ex flatuoſo* [illegible] *ſpiritu fieri propter ventris anguſtiam exitum non habente.* Hoc indicium refertur *Avicennæ*, certiſſimum eſſe atqve experientia confirmatum: niſi tamen in iis, qvæ mulſam potare conſueverunt; jubet etiam *Avicenna*, ut fœmina jejunans in die laboret, [illegible] pannis involvatur, & ſuffumigetur inferne: qvod ſi

in his

ſi halitus egrediatur ex ore, & naſo, non eſt prægnans. Verum hoc ipſum etiam *Hippocratem* commendaviſſe (5. *Aph.* 59.) non ut gravidas; ſed ut fœcundas dignoſceret. Allium etiam ſubdere ſolent *obſtetrices*; idqve jejuno ventriculo; cujus deinde ſi ſapor odorve percipiatur, uteri pondere ſoluta eſt mulier.

Verùm hæc ſigna eò qvod ab illuſtribus medicinæ authoribus allata ſunt, haud qvaqvam damno: magna enim illorum authoritas eſt: Attamen ſi qvando ego de gravidis mulieribus periculum facturus ſum, nunqvam id genus tentabo experimenta: nam plena periculi ſunt; poſſuntqve & fœminas & fœtum lædere. Qvis enim neſcit tormina gravidis mulieribus excitari, ſi aromaticum ſuffimentum fiat, aut allium ſupponatur; poſſe hæc & menſes & abortum excitare? Ergo dignoſcenda hæc qvidem; ſed dignoſcenda tantum; nam ad uſum adhibuiſſe non admodum tutum puto. Atqve hæc prægnantium indicia ſunto: qvibus qvatenus fidendum ſit, ſatis hactenus expoſui. Qvanqvam illud etiam addiderim, ſecurius eſſe medicorum judicium, ſi ab omnibus his ſignis abeſſe prægnationem, qvam prævalentibus adeſſe pronunciant: nam ſit aliqvando, ut cum enarratis ſignis neqvaqvam conceperit fœmina; ſine illis autem concepiſſe aliqvo modo poteſt.

## Caput VI.

### Qvibus indiciis deprehendi poſſit maſne, an fœmina in utero geratur?

De ſignis univerſæ prægnationis ſatis pro virili diſſeruimus: nunc illud etiam addere, ut dignoſcas, maſne an fœmina in utero geſtetur: nam qvanqvam raro de hac re in publicis renunciare ſolemus: pulcherrimum tamen eſt, ac planè artificioſum: non ſolùm prægnantem eſſe fœminam, ſed qvali etiam conceptu, prædicere. Ergò dum in hanc cognitionem incumbis, illud ſemper ante oculos habeas, neceſſe eſſe marem ſcil. eſſe fœmina calidiorem, agilioremqve, ac minus excrementis redundantem. Qvapropter qvæcunq; prægnantis notæ in ſolidam qvandam caliditatem arguunt, eædem artificioſa ſeqvela maſculum intus conceptum eſſe ſignificant: qvæ vero frigiditatem in fœminam. nam ut calidior conceptus tanqvam efficiens cauſa prægnantis calorem & auget, & vigorat: ita frigidior eundem imminuit, ac reddit langvidiorem.

Sed ſigna hæc aut in prægnante inſunt, aut ipſe de ſe fœtus præbet: de qvibus ſigillatim agendum eſt. Mulier *qvæ gravida marem conceperit*, inqvit *Hippocrates* (5. *Aph.* 42) *benè colorata eſt, ſi verò fœminam, malè colorata:* [illegible] fœminam [illegible] conceptam qvia viri ſemen vel uterus mulieris frigidior illo tempore fuiſſet, in qvo con-

conceperit. Aſſimile autem utero totius corporis temperamentum in prægnatione commutari magna ex parte conſuevit. Sed hoc ipſum ſignum firmius adhuc aliqui agnoſcunt: ſiqvidem dextra gena coloratior apparet ſiniſtra. Ex ſpecie etiam dolorum, qui prægnantibus more comitantur, præſtantem conjecturam duces: nam ſi leniores hi ſint; ſed tamen longiores: qvales frigidiſſimas præſertim pariunt, fœminam geſtari ſuſpicari debebis: (*[illegible] 3*). Si verò acres ac moleſti, plane marem. Qvanqvam in univerſum maſculum conceptum facilius, qvàm fœmineum, fieri [illegible] ipſum legimus. Atque omnia *Avicenna*, *lib. 3. Fen 1. cap. 15.* *ſi mas*, inquit, *generatur, agilior ac levior eſt prægnans, atque omnia illius accidentia mitia apparent*. Illud etiam ab *Aetio* proditum eſt (*Tetr. 4. lib. 4. cap. 9.*) *ut malleolo* [illegible] *pulſum dextræ manus validiorem, celeriorem, crebriorem*, *a majorem plane ſentiri* [illegible] *in fœmineo*: qvod unum certiſſimum ac minime fallax indicii genus exiſtimavit. Mammæ etiam in conceptione diverſe ſe habent: nam ſi mas ſubſit, dextra amplior apparet, & magis adhuc papilla: quæ & ſolidior redditur, & ſurſum magis vergit: ſi vero fœmina, hujusmodi eſt ſiniſtra: ac papilla magis deorſum nutat. Lac vero ſiqvidem aqvæ inſtillatum in ſuperficie conſiſtat, marem intus geri indicio eſt, ſi vero diſpergatur, fœminam.

Sed & venis etiam extimi corporis nonnullam

conjecturam facimus : nam in maſculo conce-
ptu venæ omnes in dextro corpore magis con-
ſpicuæ ſunt ac tument , ſed quæ [illegible]
lingva ſunt : in fœmineo vero , quæ in ſiniſtro.
Quod ſi [illegible] pedes ; & ubi magis tumeſcunt,
atque exulcerentur , fœminam geſtari ſcripſit Ari-
ſtoteles (7. De hiſtor.anim.4.& Avic.ut ſup.)

Quod vero proditum ſit a nonnullis in ma-
ſculo conceptu dextram pedem ſemper in am-
bulando præponi , quod ter Raſis veriſſimum ſe
expertum fuiſſe affirmavit : tum etiam inter ſur-
gendum ſuper dextram manum prægnantem
inniti : nihil obſervationes contemno. Cæte-
rum quæ ab ipſo fœtu exhibentur , ſigna [illegible]
dem expono. *Fœtus mares quidem in dextris* , in-
qvit *Hippocrates* ; (*5. Aph. 48.*) *fœminæ vero in ſini-
ſtris magis.* Aeqvum enim eſt calidiorem conce-
ptum in calidiori etiam uteri loco generari : at-
qve ibi ſeſe commovendo prodere : talis eſt dex-
ter ; qvi & propter hepatis vicinitatem , & qvo-
niam dexter teſticulus ſemine abundat calidio-
ri , ac [illegible] , non immerito calidiorem e-
[illegible] temperaturam præ ſe fert : Et qvanqvam vi-
deatur nonnullis , inqvit *Galenus (6. Epid. c. 4.) in
ſiniſtra parte cor locatum eſſe : revera tamen in medio
eſt pectore* : percipitur autem pulſus magis in læva
parte ; qvoniam ſiniſtri cordis ventriculus [illegible]
ſeſe movet.

Ex his igitur colligitur , mares [illegible] in dextro
[illegible] potiſſimum generentur : ibi etiam mo-

veri

[illegible] quibuſcunque hoc in parte motus præſentium percipitur, marem in-tus eſſe ſignificari. Hoc ſignum ab *Hippocrate* primus obſervatum, cætera deinde medicorum ſchola, diſcrepante nemine admiſit: ac præſertim *Galenus*, (*ut ſupra*) ſæpe de eo pluribus diſſeruit.

Ego vero non equidem audeo magnorum virorum [illegible] aliqua ex parte convellere: Atqui ita hoc ſigni genus ab ipſa rei natura deductum eſt: non autem ab hominum pendet voluntate; [illegible], hoc *Hippocraticum* [illegible] nunquam valuit, ac proponere non poſſum id, quod tamen non licet profiteri. *Galenus* (*l. 2* [illegible]) [illegible] nit. In *toto utero concipitur, atque undique amplectitur; nec magis unam partem, quam aliam: ac cum multa animalia pregnantia difficulter* [illegible] [illegible]

Et quanquam dixeris perpetuum hoc non eſſe ſigni genus; ſed magna tantum ex parte: *dum* ſcilicet ſiniſtra pars à vi caloris, quæ ſemini ineſt, ſubacta, maſculum pro fœmina ſibi permittat: neſcio tamen quî poſſit fœtus aliquanto magis

in

in una parte uteri, qvàm in alia conſiſtere, neqvomodo ad dextram magis aut ad ſiniſtram vergere: totum enim uteri ſpatium ipſo æqve completur.

Proinde qvantum huic ſigno tribuendum ſit, his, qvi rebus ipſis magis, qvàm ſcriptorum authoritate ducuntur, conſiderandum relinqvo. Illud fateor magis probabile, ac naturæ conſentaneum eſſe, qvod ab ipſo etiam *Hippocrate* recenſetur: (*De nat. pueri & 1. de morb. mulier.*) ut in maſculo conceptu citius motus percipiatur: tardius in fœmineo: cum enim poſitum ſit marem eſſe calidiorem: idcirco neceſſe etiam eſt, illum ad motum promptiorem eſſe. Spatium verò qvo primum moveri fœtus ſolet, varium planè eſt; nam *Hippocrate*, (*lib. de nat. pueri.*) maſculus, inqvit, poſt tres menſes movetur: fœmina poſt qvatuor. Et *Ariſtoteles*, (*7. de hiſt. anim. 3.*) mares, inqvit, fœtus magna ex parte circa qvadrageſimum diem dextro potius latere movetur: fœmina ſiniſtro circiter nonageſimum.

Ergo cum incerta ſint temporum ſpatia, illud etiam ab eodem authore veriſſimè proditum eſt, neqve in hoc ipſo, neqve in aliis aliqvid certi ſtatui poſſe: hæc enim, inqvit, & reliqva hujuſmodi ſic accipimus, ut magna ex parte accidant: ac magis, minusvè. Qvin etiam illud aliqvando evenire accepimus, ut mulieres melius habeant, cum uterum gerunt. Ergo horum ſignorum

ea

[illegible] vis eſt, ut ſingula per ſe ſuæ cognitioni vix aliqvid præſtent, plura autem ſimul ſumpta, non prorſus incerta ſint. Sed de gravidarum notis hæc ſatis.

*LIBRI III.*

SECTIONIS QVINTÆ

De

Molæ generatione

## *CAPUT I.*

### Utrum ad Molæ Conceptum, virile Semen neceſſario reqviratur?

*Scribendi occaſio.*

MUlti ex illuſtribus medicis atqve Philoſophis, qvi in perſcrutandis rerum cauſis diligenter verſati ſunt: molæ conceptum, niſi virili ſemine admixto, neqvaqvam fieri poſſe, meminerunt: ut proſterea malè de his fœminis ſentiendum eſſe videatur, qvæ cum jam conjunctæ viro non ſint, molam tamen in utero ferant. Scioqve non ignobilem virum, nec hujusmodi ſpeculationis ignarum, cum diu domo abfuiſſet, atqve in reditu uxorem mola laborantem inveniſſet, de adulterio ſuſpicatum fuiſſe.

Qvæ-

Lemnius (*4. de occult. nat. mirac. cap. 19. In Ariſtot. 10. de hiſt. anim.*) etiam in virginibus molam concipi affirmavit: qvod præterea eruditiſſimus *Scaliger* pluribus oſtendit, authore Afranio qvi moluclum, id eſt, molam, virginum eſſe vitium, memoriæ prodit.

In hâc autẽ controverſia, qvoniam *Hippocratem* qvisqve ſuum eſſe vellet: putant aliqvi cum *Galeno*, atqve *Ariſtotele* de molæ conceptu ſentire: mihi autem cum attente illius verba expenderem, nihil certi de hac re attuliſſe videtur: *nam ſecundo libro de morbis mulieribus, ſi mola,* inqvit, *naſcitur à craſſa genitura, thymbram præbeto &c.* Et *Libro* de Sterilibus, molæ, inqvit, conceptus cauſa eſt, cum multi menſes modicum, & morboſum ſemen conceperint, neq; fœtus verus ſit, &c. Neſcias igitur ſi genituræ, ac ſeminis appellatione, fœmineum an maſculum, an utrumqve potius intelligat: commune enim nomen eſt. Qvapropter in hac controverſia nemini favet *Hippocrates*: ac ſpectator tantum ſedet.

Ergò ex his, qvos proxime attuli, ac multis etiam aliis illuſtribus medicis, qvos nunc nihil attinet recenſere: ſatis conſtare arbitror, *ad molæ conceptionem neqvaqvam virili ſemine opus eſſe.* Sed in hac contentione ſiqvidem authorum dignitas ſpectetur, priorem ſententiam cæteris omnibus potiorem ſemper ducam: qvam ſcilicet Galenus atqve Ariſtoteles tulerunt. At qvia non qvid illi ſentiant: ſed qvid natura ac re-

bus

bus ipſis conveniens ſit, hoc in libro perqviſivimus: ideò cum diu multumqve ſuper his cogitaſſem; alii longè meliùs ſentire mihi videntur. Sed ne temere hoc dixiſſe videar, ita mei conſilii rationem breviter abſolvo.

# CAPUT III.

## Ponuntur principia qvædam; & qvæſtionis determinatio.

SEmen à fœmina emitti, & qvidem fœcundum, pleniſſime demonſtratum eſt à *Galeno*, (*l. 2. de ſem. cap. 1.*) nam illa & teſtes habet qvi qve ſemine pleni interdum ſint, & vaſa item ſpermatica, ut ex diſſectionum evidentiis perſpectum eſt. Hoc ipſum etiam non obſcure ſignificavit *Hippocrates* (*Libro de genitura,*) dum ait in muliere, & in viro tum maſculam, tum fœmineam eſſe genituram. Præterea verò illud à *Galeno* didicimus; menſtruum ſangvinem qvanqvam magna ex parte materiam præbeat, habere tamen aliqvod effectivum principium.

Qvapropter credendum eſt, fœminæ vim aliqvam, & facultatem ineſſe: nec ſolam fœtui materiam ſubminiſtrare. Hoc tantum intereſt, qvod imperfectum eſt ſemen fœmineum atqve frigidius, ideoqve etiam viribus inferius. Qvamobrem ſi fœminam ponas, qvæ calidiori temperamento ſit: & valdè calidum ſemen ac ſiccum generet: hanc affirmat *Galenus*, (*2. de ſem. 4.*)

uterum ſere optimo totius corporis ſanguine cæteris venis illuc deſtinatis: ac propterea ſanguinem multo penè conficere valentius?

Ergo ea mihi ſententia eſt, (dicant alii quicquid velint) & cætera ſigna ad graviditatis notitiam adhibenda eſſe: nec eo prætereà contemnenda, quæ ab urinis ſumuntur. Quamvis quidem inſpectiones, ut incertas ac fallaces contemſerimus, illa tamen perſuaſa eſt apud vulgum opinio, certiſſimam inde prægnationis notam ſumi: ideo in omnium graviditatione deprehendenda hactenus hæc perquiſitio ſuccedit: ut qui ſcientiæ ejus rei curam [illegible] oſtendere cogitant, ſemper multas cunctationes, moraſque interponere videas: quo uno indicio non obſcura prægnationis ſuſpicio, & quæ ad cætera viam præbeat, haberi poteſt.

Varia autem experimenta, quæ prægnantem arguere ſolent, hæc ferè ſunt. *Si vis*, inquit *Hippocrates*, (5. aph. 41.) *ſcire, an conceperit mulier; cum dormitura eſt, ei aquam mulſam potandam dato: & ſi quidem tormina patietur, concepit; ſin minus, non concepit. Tormina autem addit Galenus, e [illegible] tenſo tum ſpiritu fieri propter uteri angustationem exitum non habente.* Hoc indicium teſtatur *Avicennas*, certiſſimum eſſe: atque experientia confirmatum: niſi tamen in his quæ mulſum potare non conſueverunt: jubet etiam Avicenna, ut fœmina jejunans in die laboret: ſerò autem pannis involvatur, & ſuffumigetur interne: quod ſi

iſtus

[illegible] expediatur ex [illegible], & naſus non eſt præ-
gnans. Verum hoc ipſum etiam *Hippocrates* com-
mendavit: (*5. Aph. 59.*) non ut gravidas; ſed
ut fœcundas dignoſceret. Allium etiam ſubde-
re ſolet [illegible]: idqve jejuno ventriculo; cu-
jus deinde ſi ſapor odorqve percipiatur, uteri
pondere ſoluta eſt mulier.

Verum hæc ſigna eò qvod ab illuſtribus medi-
cinæ authoribus allata ſunt, haud qvaqvam
damno: magna enim illorum authoritas eſt:
Attamen ſi qvando ego de gravidis mulieribus
periculum facturus ſim, nunqvam id genus un-
guentorum experiendum: nam [illegible] periculi ſunt:
poſſuntqve & fœminas & fœtum lædere. Qvis
enim neſcit, ſi tormina gravidis mulieribus exci-
tentur: ſi aromaticum ſuffimentum [illegible] allii-
um ſupponatur, poſſe hæc & menſes & abortum
excitare? Ergo dignoſcenda hæc qvidem: ſed
dignoſcenda tantum: nam ad uſum adhibuiſſe
non admodum tutum puto. Atqve hæc præ-
gnantium indicia ſunto: qvibus qvatenus ſiden-
dum ſit, ſatis hactenus expoſui. Qvanqvam il-
lud etiam addiderim: ſecurius eſſe medicorum
judicium, ſi abſentibus his ſignis abeſſe prægna-
tionem, qvam ſi præſentibus adeſſe pronunciave-
rint: ſit aliqvando enim cum enarratis ſignis neqva-
qvam conceperit fœmina: ſine illis autem con-
cipiſſe aliqvo modo poteſt.

## *CAPUT VI.*

### Qvibus indiciis deprehendi poſſit maſne, an fœmina in utero geratur?

DE ſignis univerſæ prægnationis ſatis ſuperioribus diſſeruimus. nunc illud etiam docere, ut dignoſcas, maſne an fœmina in utero geratur: nam qvanqvam raro de hac re in publicum conſule agere ſolemus: pulcherrimum tamen ſcitu, ac planè artificioſum: non ſolum prægnantem eſſe fœminam, ſed qvali etiam conceptu, prodere. Ergo dum in hanc cognitionem incumbis, illud ſemper ante oculos habeas, neceſſe eſt marem ſcil. eſſe fœmina calidiorem, agilioremqve, ac minus excrementis redundantem. Qvapropter qvæcumqve prægnantis notæ in ſolidam qvandam corporis caliditatem arguunt, eadem omnino ſeqvela maſculum ſexus conceptum eſſe ſignificant: qvæ vero frigiditatem, fœminam: nam ut calidior conceptus tanqvam efficiens cauſa prægnantis calorem & auget, & vigorat: ita frigidior eundem imminuit, ac reddit languidiorem.

Sed ſigna hæc aut in prægnante intuemur, aut ipſe de ſe fœtus præbet: de qvibus ita ſeorſum agendum eſt. Mulier *gravida ſi marem conceperit*, monuit *Hippocrates* (5. *Aph.* 42) *benè colorata eſt; ſi verò fœminam, malè colorata: etenim* nunqvam fœmina eſſet concepta, niſi viri ſemen, vel uteri muliebris frigidius illo tempore fuiſſet, in qvo con-

conceperit, aſſimile autem utero totius corporis temperamentum in prægnatione comparari magna ex parte conſvevit. Sed hoc ipſum ſignum ſemius adhuc aliqvi agnoſcunt: ſiqvidem dextra gena coloratior appareat ſiniſtra: Ex ſpecie etiam dolorum, qvi prægnantem de more comitantur, præſtantem conjecturam duces: nam ſi lentiores hi ſunt; ſed tamen longiores: qvales frigiditas præſertim parit, fœminam geſtari ſcripſit *Ariſtoteles*: (*7 de hiſtor. anim. 3*) Si verò acres ac moleſti, planè marem. Qvanqvam in univerſum maſculum conceptum facilius, qvàm fœmineum, ferri ab *eodem* ſcriptum legimus. Atqve ob id *Avicennas*, (*lib. 3 Fen. 1 cap. 13.*) *ſi mas*, inqvit, *generatur, agilior ac levior eſt prægnans, atqve omnia illius accidentia mitia apparent*. Illudq́; etiam ab *Aetio* proditum eſt (*Tetr. 4. lib. 4. cap. 9.*) *in maſculo conceptu pulſum dextræ manus validiorem, velociorem, durioremq́;, ac majorem planè ſentiri: contrà in fœmineo*: qvod unum certiſſimum ac minimè fallax indicii genus exiſtimavit. Mammæ etiam in conceptione diverſe ſe habent: nam ſi mas ſubſit, dextra amplior apparet, & magis adhuc papilla: quæ & ſolidior redditur, & ſurſum magis vergit: ſi verò fœmina, hujusmodi eſt ſiniſtra: ac papilla magis deorſum nutat. Lac vero ſiqvidem aqvæ inſtillatum in ſuperficie conſiſtat: marem intus geri indicio eſt: ſi verò diſpergatur, fœminam.

Sed à venis etiam extimi corporis nonnullam con-

conjecturam facimus: nam in masculo conce-
ptu venæ omnes in dextro corpore magis con-
ſpicuæ ſunt ac tument, ſed quæ præcipue ſub
lingva ſunt; in fœmineo vero, quæ in ſiniſtra.
Quod ſi fiat ut pedes, & tibiæ magis tumeſcant,
atque exulcerentur, fœminam geri ſcripſit *Ari-
ſtoteles* (*7. De hiſtor. anim. 4. & Avic. ut ſup.*)

Quod vero prodigium ſit à nonnullis in ma-
ſculo conceptu dextram pedem ſemper in am-
bulando præponi, quod ter *Raſis* veriſſimum ſe
expertum fuiſſe affirmavit: cum etiam inter [illegible]
gendum ſuper dextram manum prægnantem
inniti; nihil obſervationes contemno. Cæte-
rum quæ ab ipſo fœtu exhibentur, ſigna [illegible]
dem expono. *Fœtus mares quidem in dextris*, in-
quit *Hippocrates*, (*5. Aph. 48.*) *fœminæ vero in ſini-
ſtris magis.* Aequum enim eſt calidiorem conce-
ptum in calidiori etiam uteri loco generari: at-
que ibi ſeſe commovendo prodere: talis eſt dex-
ter; qui & propter hepatis vicinitatem, & quo-
niam dexter teſticulus ſemine abundat calidio-
ri, ac minus ſeroſo, non immerito calidiorem e-
tiam temperaturam præ ſe fert. Et quamquam vi-
deatur nonnullis, movit *Galenus* (*6. Epid. 2. 44.*) *in
ſiniſtra parte cor locatum eſt: r*[illegible]
[illegible]: percipitur autem pulſus magis in [illegible]
parte, quoniam ſiniſter cordis ventriculus [illegible]
[illegible] movet.

[illegible] colligitur, mares cum in dextro
[illegible] generentur; ibi etiam move-

vel augeſcit; ac propterea qvibuſcunqve hæc in parte motus præſertim percipitur, marem ſuum eſſe ſignificari. Hoc ſignum ab *Hippocrate* primò obſervatum, cætera deinde medicorum ſchola, diſcrepante nemine admiſit; ac præſertim *Galenus*, (*ut ſuprà*) ſæpe de eo pluribus diſſerit.

Ego verò non eqvidem, tale magnorum virorum placitum aliqva ex parte convellere: nam qvià hoc ſigni genus ab ipſa natura deductum eſt, non autem ab hominum pendet voluntate: animum mihi, qvæ in corpore ſic geruntur, hoc *Hippocratem* ex pluribus perſvaſiſſe nunqvam valuit: ac propterea non poſſum id, qvod ſentio, non liberè profiteri. *Galenus* (*ut ſuprà dixi*) *ſentit*, *fœtum in toto utero comprehendi*, *atque undique amplecti*; *nec magis unam partem*, *quam aliam*: *at cum multa animalia prægnantia diſſecuiſſem*, *ſemper uterum vulvæ ſpatium pro fœtu cohærentes circumdantur ſive majores ſive minores*, *ſive penitus pars ex utero repleat*, *ex his videre ſolum ſitus diſſerentem ſimilem in utero eſſe*: *aliogvin fuiſſet neceſſe*, *utrumque diverſa parte ab ea*, *non in qua movetur*, *vacuum eſſe*, *ac ſecundarum vinculis ſolutum*.

Et qvanqvam dixeris perpetuum hoc non eſſe ſigni genus, ſed magna tantùm ex parte: *dum* ſcilicet ſimiliter pars a vi coloris qvi ſeminis maſculi ſubſidio maſculinus pro fœminino fieri permittat: neſcio tamen qvi poſſit fœtus aliqvanto magis

in

in una parte uteri, qvàm in alia conſiſtere: neqvomodo ad dextram magis aut ad ſiniſtram vergere: totum enim uteri ſpatium ipſo æqve completur.

Proinde qvantum huic ſigno tribuendum ſit, his, qvi rebus ipſis magis, qvàm ſcriptorum authoritate ducuntur, conſiderandum relinqvo. Illud fateor magis probabile, ac naturæ conſentaneum eſſe, qvod ab ipſo etiam *Hippocrate* recenſetur: (*De nat. pueri & 1. de morb. mulieb.*) ut in maſculo conceptu citius motus percipiatur: tardius in fœmineo: cum enim poſitum ſit marem eſſe calidiorem: idcirco neceſſe etiam eſt, illum ad motum promptiorem eſſe. Spatium verò qvò primum moveri fœtus ſolet, varium planè eſt: nam *Hippocrates*, (*lib. de nat. pueri.*) maſculus, inqvit, poſt tres menſes movetur: fœmina poſt qvatuor. Et *Ariſtoteles*, (*7. de hiſt. anim. 3.*) mares, inqvit, fœtus magna ex parte circa qvadrageſimum diem dextro potius latere movetur, fœmina ſiniſtro circiter nonageſimum.

Ergò cùm incerta ſint temporum ſpatia illud etiam ab eodem authore veriſſimè proditum eſt, neqve in hoc ipſo, neqve in aliis aliqvid certi ſtatui poſſe: hæc enim, inqvit, & reliqva hujuſmodi ſic accipimus, ut magna ex parte accidant: ac magis, minusvè. Qvin etiam illud aliqvando evenire *accipimus*, ut mulieres melius habeant, cum uterum gerunt. Ergò horum ſignorum

ca[illegible]is eſt, ut ſingula per ſe huic cognitioni vix aliqvid præſtent: plura autem ſimul ſumpta [illegible] prorſus incerta ſunt. Sed de gravidarum notis hæc ſatis.

---

*LIBRI III.*

## SECTIONIS QVINTÆ

De

## Molæ generatione

## *CAPUT I.*

### Utrum ad Molæ Conceptum, virile Semen neceſſario reqviratur?

*Scribendi occaſio.*

MUlti ex illuſtribus medicis atqve Philoſophis, qvi in perſcrutandis rerum cauſis diligenter verſati ſunt: molæ conceptum, niſi virili ſemine admixto, neqvaqvam fieri poſſe, meminerint: ut propterea male de his fœminis ſentiendum eſſe videatur, qvæ cum jam conjunctæ viro non ſint: molam tamen in utero ferant. Scioqve non ignobilem virum nec hujusmodi ſpeculationis ignarum, cum diu domo abfuiſſet, atqve in reditu uxorem mola laborantem inveniſſet, de adulterio ſuſpicatum fuiſſe.

Qvæ

Quocirca ſi unquam hæc cauſa Medico di-
cenda eſt: ne incertus ac dubius in ambiguis
erret: operæ pretium ſeci duxi, ut quid revera
ſentiendum ſit, hoc in loco explicem. Quod qui-
dem ne ſine ordine proponatur: lubet primum di-
verſas authorum ſententias in medium afferre:
poſtea vero poſitis quibusdam principiis, unde
elicienda ſit veritas, propoſitæ quæſtionis con-
cluſio ſtatuetur.

# CAPUT II.

## De molæ cauſis variæ authorum ſententiæ.

Galenus, (li. 14. c. 7. d. uſ. P.) dum maris ac fe-
minæ procreationis principia contemplare-
tur: ac fœmineo ſemini ad hoc nullum ineſſe
motus principium adverſus Ariſtotelem aſſe-
reret; videtur tamen, voluiſſe ex eo, quæ inve-
ſtigat quidam conceptus ſunt, ac [illegible] propa-
tione [illegible], ſine maribus gignere. At, in-
quit, non ita aliquis mulierem vidit, quando
ſine viro, vel molam, vel hujuſmodi quidpiam
concepiſſe. Ariſtoteles quoque, (4. De Gener. anim.
7.) quorundam meminit, gravidis factum mulie-
ribus: & quæ conſecutæ ſunt, evenire breviter:
nec id ſine nullo ſemine contingere illam non
poſſe [illegible]. Atque Averroes mo-
lem cauſam hinc eſſe arbitratur, quia natura non
concordat inter duo ſemina in qualitate & quan-
titate.

ſtrave: tum etiam qvia ſemen [illegible] complexionis. Hos autem multi deinde, ac præſtantes doctrina viri ſecuti ſunt duces.

Adeoqve putant ad *molæ conceptum virile ſemen non eſſe*, ut nullo modo à ſententia removeri poſſint. Ex alio autem latere *Avicennas decimo libro de naturâ animalium*, molam generari, ait, cum mulier coitum ſomniat, & [illegible] os matricis. Ac *Plinius* (*lib. 10. c. 64.*) ex communi ſententia molas gigni putat, ubi mulier non ex mare: verùm ex ſemetipſa tantùm conceperit: ideo nec animari, qvia non ſit ex duobus: alteriusqve habere per ſe vitam illam, qvæ ſatis arboribusqve contingat. *Fernelius* vero, (*7. de hom. procreat. c. 1. & 6.*) recentiorum Medicorum doctiſſimus, fieri, inqvit, non poteſt, ut vel mare per ſe vel ſola fœmina ex ſeipſa animal perfectè generet: qvanqvam plerumqve rudem qvandam & inchoatam molem producit: qvod de [illegible] & ſubventaneis ovis compertum habemus. *Qvapropter mulieres molas proprii duntaxat ſeminis vi, nullo viri concubitu concipiunt*: qvæ profecto qvædam tantùm eſt procreationis adumbratio, & rudis materiæ concretio: qvam maris ſemen ſi ſuis exſtructum viribus acceſſiſſet, numeris omnibus abſolviſſet. Hoc idem etiam *Cardanus* magni vir experimenti [illegible]: (*Parali. cap. 18.*) dum molam ait concipi, cum multitudo ſeminis calidi currit ad matricem, cum carentia ſeminis virilis. *Levinus*

Lemni-

Lemnius (*4. de occult. nat. mirac. cap. 19. In Ariſtot. 10. de hiſt. anim.*) etiam in virginibus molam concipi affirmavit: qvod præterea eruditiſſimus *Scaliger* pluribus oſtendit, authore Afranio: qvi moluctrum, id eſt, molam, virginum eſſe vitium, memoriæ prodit.

In hâc autẽ controverſia, qvoniam *Hippocratem* qvisqve ſuum eſſe vellet: putant aliqvi cum *Galeno*, atqve *Ariſtotele* de molæ conceptu ſentire: mihi autem cùm attentè illius verba expenderem, nihil certi de hac re attuliſſe videtur: nam *ſecundo libro de morbis mulieribus, ſi mola,* inqvit, *innaſcitur à craſsâ genitura, thymbram præbeto &c.* Et *Libro* de Sterilibus, molæ, inqvit, conceptus cauſa eſt, cum multi menſes modicum, & morboſum ſemen conceperint, neq; fœtus verus fit &c. Neſcias igitur ſi genituræ, ac ſeminis appellatione, fœmineum an maſculum, an utriusqve potius intelligat: commune enim nomen eſt. Qvapropter in hac controverſia nemini ſevæ *Hippocrates*: ac ſpectator tantùm ſedet.

Ergò ex his, qvos proximè attuli, ac multis etiam aliis illuſtribus medicis, qvos nunc nihil attinet recenſere, ſatis conſtare arbitror, *ad molæ conceptionem neqvaqvam virili ſemine opus eſſe.* Sed in hac contentione ſiqvidem authorum dignitas ſpectetur, priorem ſententiam cæteris omnibus potiorem ſemper ducam: qvam ſcilicet Galenus atqve Ariſtoteles tulerunt. Atqvia non qvid illi ſentiant: ſed qvid naturæ actio-

bus

bus ipſis conveniens ſit, hoc in libro perqviſivimus: ideò cum diu multumqve ſuper his cogitaſſem; qui longè melius ſentire mihi videntur. Sed ne temere hoc dixiſſe videar: ita mei conſilii rationem breviter abſolvo.

## CAPUT III.

### Ponuntur principia qvædam; & qvæſtionis determinatio.

SEmen à fœmina emitti, & qvidem fœcundum, pleniſſimè demonſtratum eſt à *Galeno*, (*2. de ſem. cap. 1.*) nam illa & teſtes habet, qvi qve in fœmine pleni interdum ſint, & vaſa item ſpermatica, ut ex diſſectionum evidentiis perſpectum eſt. Hoc ipſum etiam non obſcurè ſignificavit *Hippocrates* (*Libro de genitura,*) dum ait in muliere, & in viro tum maſculam, tum fœmineam eſſe genituram. Prætereà verò illud à *Galeno* didicimus; menſtruum ſangvinem qvanqvam magna ex parte materiam præbeat, habere tamen aliqvod effectivum principium.

Qvapropter credendum eſt, fœminæ vim aliqvam, & facultatem ineſſe, nec ſolùm fœtui materiam ſubminiſtrare. Hoc tantum intereſt, qvod imperfectum eſt ſemen fœmineum atqve frigidius, ideoqve etiam viribus inferius. Qvamobrem ſi fœminam ponas, qvæ calidiori temperamento ſit: & valde calidum ſemen ac ſiccum generet: hanc affirmat *Galenus*, (*2, de ſem 4.*)

etiam ſine viro, qvantum in ſe eſt, concipere poſ-ſe. Sed qvia, inqvit, qvæ hujusmodi eſt, excre-mentis, qvæ ad ſeminis alitionem ſufficiant, mi-nimè abundat: ob id integrum fœtum concipe-re non poteſt. Sic volucres, qvoniam ſicciorem à natura habent temperaturam, ſine maris con-cubitu ova generant, qvæ veluti fœtus ſunt im-perfecti, ac maſculi caloris vigore egentes.

Ergò qvoniam ſatis conſtare arbitror, fœmi-nam vim etiam aliqvam habere effectricem: ni-hil video, cur in utero, etſi non integrum fœ-tum, ac cunctis numeris abſolutum: at ſaltem rude aliqvid atqve imperfectum concipere non poſſit: effuſo ſcil. proprio ipſius ſemine, ac cum ſangvinem nacto, à qvo in corpus aliqvod ſimul concreſcat. Qvid? qvod in aliis etiam corporis particulis, non in utero tantùm, ſimile aliqvid generari freqventer ſolet: in qvo ſcil. formatrix vis ſeminis ſuam actionem exerceat.

Nemo eſt, qvi atheromata, ſteatomata & re-liqvos alios tumores, qvi ex ſucco pituitoſo crea-ti, in tenui qvadam membrana contineri, ali-qvando non viderit: ac qvemadmodum in ſu-perficie multæ venulæ diſpergantur. De his ſcio anxiè perqviſiſſe aliqvos, qvanam ratione in tu-more præter naturam genito, membranæ & ve-næ adgenerentur. Ego autem ita qvidem ſentio. Facultas corporis, qvæ nutrimentum aſſumit, qvam etiam nonnulli doctiſſimi *viri* (*Valeſ. 4. contr. cap. 19.*) generantem ac formatricem eſſe

vetu-

...ri ſinè crediderunt, dum pituitoſam materiam, qvæ in ſubcutanea ſpatia decubuit, in aliam ſubſtantiam convertere non poteſt: eandem nititur qvaſi in ſuo opere luxurians: ut in monſtris nonnullis contingit, aliqva ratione efformare: ut ſiqvidem liceat, membris diſtingvere; at qvia inepta materia eſt, ineptus locus: ideò membranam tantum, ac venas: qvibus velut munimentis in concipiendis fœtibus ante alia uti ſolet natura, in illis adgeneratas cernimus. Hoc autem in pituitoſis his tumoribus præſertim ſere obſervamus: nam qvæ illis ſubjecta materia eſt, nec mordax eſt, nec putris, ſed ſolo lentore, ac craſſitie inutilis. Ideoqve non admodum à naturali conditione aliena: *nam* & pituita aliqvando pro ſangvine abuti ſolet natura.

Nec mirum videatur, ſi facultatem generatricem, qvæ in ſemine tantùm reſidet; in aliis etiam, ac remotiſſimis partibus ineſſe dixerim: *nam* præterqvam qvod ſeminalis materia, qvæ velut imperfectum eſt ſemen, per ſingulas partes, velut ros qvidam diſperſa eſt: illud etiam valdè probabile eſſe arbitror, ab aſſimilatrice, aut nutriente facultate nihil hanc differre, qvæ informat, ac generat. Si igitur membrana, ac venæ per habitum corporis ultra naturæ inſtitutum gigni poſſunt: cur non in utero mola? qvæ informis eſt caro, atqve otioſa: & cui efformandæ non materia ſeminalis: ſed ipſummet ſemen, ſuam perfectionem in teſtibus aſſecutum, præſto eſt.

Hæc igitur mihi nullis difficultatibus premi eſſe videntur: nam qvod putant aliqvi, ex corrupto viri ſemine molam progigni, hoc ipſum molæ durities, qvæ vix ferro transfigi poſſit, neqvaqvam admittit: didicimus enim ex *Ariſtotele*, (*4. Metheor. cap. 2*) qvæ corrupta ſunt & putrefacta, ſtatim etiam humeſcere, illo calore diſſoluto, unde particulæ continebantur. Qvamobrem veriſſime ab *eodem* ſcriptum legimus, (*2. de gener. anim. 7.*) molam non à putredine, ſed propter caloris debilitatem ac cruditatem fieri, ac tum demum, cum ex humore concoctu difficili conceptus conſiſtit. Ergo ea mihi ſententia eſt, qvam fidiſſimis argumentis ſtabiliſſe videor, ut nullo viri ſemine ad illius conceptum neceſ-ſit. De Galeno autem nihil dico: dicant ac judicent alii, qvicunqve de rebus ingenue ſentiunt.

*LIBRI III.*

# SECTIONIS SEXTÆ

*De*

# Animatione, & formatione Fœtus.

## *CAPUT I.*

## Qvot dierum fœtus in utero animam rationalem accipiat?

*Scribendi occaſio.*

QVo primum tempore incluſus in utero fœtus rationali anima exornetur: ac verè homo evadat; hoc quoque noviſſe ad medicas relationes pertinere mihi videtur: nam qvoniam his, qvi per vim vel dolum abortum committunt, certæ à legibus pœnæ ſtatutæ ſunt, ac graviores adhuc, ſi animatus ejectus ſit fœtus; minus graves ſi ſine anima; diſcrimen hoc internoſcere medicorum eſt munus; qvippe qvi humani corporis fabricam, primamqve efformationem tenere, ac tradere ſuo jure debent.

Utile ergo Reipublicæ, ac qvibus rerum gerendarum jus eſt, hoc argumentum fuerit: jucundum etiam & gratum philoſophicis ingeniis, qvi rerum naturæ ſtudio detinentur: nam qvæ [illegible]ri conceptus prima ac remota principia ſint, qvod hominis incrementum atqve perfectio, non ſine animi voluptate accipere ſolemus.

## CAPUT II.

### Duo eſſe tempora, qvibus animam rationalem fœtui primum immitti arbitrari licet.

Duo eſſe tempora videntur, qvibus conceptui animam rationalem infundi qvispiam exiſtimet: Primum momentum illud: quo in uterum conjectum ſemen concipitur: alterum diſtincto jam membris, atqve organis animalis primum corporis perfectionem adepto. *Argentarius* (*In 2. art. med. l. de temp. teſt. & Nicol. de venet. in communi cap. 16.*) & celebres qvidam Medici in ſemine hominis animam actu ſemper ineſſe adſtruxit: ſemen enim ſemper habere rationem animalis, opificisqve, qvod fieri nequiqvam poſſet, ſi potentia illa tantum ineſſet. Qva propter concludit, ſemen hominis, hominem eſſe: hactenus tamen differre, qvod expreſſa ac delineata membra non habet: ideoqve dictum eſſe ab *Ariſtotele*, ſemen eſſe potentia manum, pedem, caput, atqve alias partes, atqve præterea hominem in ſe hominem gignere, qvoniam in ſe ſemen gignit. *Galenus* etiam, ſeu qvisqvis alius ſit, ejus libelli author, qvi inſcribitur, *an animal ſit*, qvod *in utero* eſt, pluribus verbis demonſtrat, animam una cum actu in humano ſemine à creatore univerſi inſitam eſſe, ut gubernandi vim corporis haberet.

Verum complures alii philoſophi ac Medici qvi

qvi de rebus ſtudioſius perqvirunt ac ſentiunt, in diverſam ſententiam abierunt: animamqve rationalem non niſi poſt aliqvot à conceptu dies, cum ſcilicet perfectio aliqva in corpuſculo inducta eſt, à Deo optimo maximo creatam eſſe affirmant. Et revera indignum eſſe videtur, humanam formam, qvæ omnium eſt præſtantiſſima, rudem atqve informem ſubſtantiam, nulliſqve organis elaboratam actuare. Doctiſſime igitur *Ariſtoteles*, (*2. De Generat. anim. cap. 1. & 3.*) ſemen neqvaqvam actu animam habere demonſtrat; ſed priusqvam in uterum conjectum ſit, potentia tantum illam ineſſe. poſteà vero in actu; ſed hoc ordine: ut ſit primò qvæ vegetandi: deinde qvæ ſentiendi: poſteà verò, qvæ intelligendi vim habet.

Nec tam urget, qvod ajunt, ſemen habere rationem agentis: nemo illud negarit: ſemper enim conceptum ſemen in agendo verſatur: nunqvam eſt otioſum: verum facultates, qvibus agit, non ſimul atqve eodem habet tempore: nam pro varia materiæ aptitudine, nunc ſtirpis, nunc animalis, nunc hominis vitam vivit. Ergo cum ſatis conſtare putem, rationalem animam aliqvot à conceptu diebus creari: non ita tamen omnibus notum eſt, qvo præſertim tempore id ipſum contingat. De qvâ re qvoniam multæ diverſæqve ſententiæ circumferuntur: præſtiterit in his paululum immorari: ut, qvid vero ſentiendum eſt, palàm fiat.

## CAPUT III.

### De qvatuor fœtus temporibus: ac qvot diebus diſtinctio membrorum in utero perficiatur?

QVatuor ſunt tempora, qvibus fœtus in utero, qvaſi per qvosdam gradus formatur, ac novam perfectionem acqvirit: primum eſt, cum ſpecies ſeminis apparet; ac genituram vocat *Galenus*: qvod etiam tempus ſpumificationis qvidam appellant: turget enim tunc ſemen, & ſpuma qvadam intumeſcit. Tunc etiam vim ſeminis informativam agere, inqvit *Avicennas*, ([illegible] *Trac. 1. c. 3.*) aliqvid ex utero ſugendo. Atqve ut *Ariſtoteles ſentit*, vitam ſtirpis omnino tunc ſemen vivit. Et alii tale ſemen Zoophytis potius animalibus aſſimilant: qvæ ſcimus inter plantas & animalia ambigere. Secundum vero eſt tempus, *ubi ſeminis ſpecies eſſe deſinit ac ſangvine repletur*: & veluti carnea ſubapparet ſubſtantia: qvo etiam tempore, cererbrum ac jecur informem qvandam atqve indiſtinctam coagulationem præ ſe ferunt: & fœtus revera dicitur, qvod in utero eſt. Tertium autem formationis tempus eſt, *cum tria illa principia diſtincta qvodam modo ſunt: ſed aliorum membrorum indiſtincta apparent delineamenta*: ac venter vix diſcernitur: brachia autem & crura adhuc obſcurius. Atqve hoc tempus ramificationis nuncupavit Hippocrates. Qvartum vero illud eſſe ajunt, *cum brachia ac*

crura

*ertus diſtincte videntur*: & tunc non amplius fœtum, ſed infantem appellant.

Ergò cum hoc tempore perfecta quodam membrorum diſtinctio, ut veluti abſolutio operis eſſe videatur: veriſimile eſt, ac ſatis inter graviſſimos Philoſophos conſtitutum, illo tempore animam rationalem creari. Sed hæc cum vera ſint, haud tamen conſtare videtur, qvot diebus ſingula hæc tempora, ac qvartum præſertim definiantur.

Qvæ res, qvoniam omnium maximè à nobis expetitur: ideò percenſitis aliorum philoſophorum ſententiis: tandem, qvid de re ipſa ſentiendum ſit, ultimo loco ſtatuemus.

Primum qvidem tempus *Hippocrates* (*De natura pueri.*) atqve ab eo cœtera medicorum ſchola ſex dierum eſſe ſtatuit, facto periculo in puella cantatrice: qvæ cum ſexto jam die utero gereret, illius monitu abortum fecit, inſtar ſcilicet ovi ſubventanei.

Secundum eſſe novem dierum affirmant *alii*: ac tertium, duodecim dierum: ut viginti ſeptem diebus univerſa hæc tria tempora comprehendantur. Qvanqvam hoc opus interdum uno aut duobus diebus maturius, tardiusve abſolvi nihilominus putem. Qvæ dierum diſpoſitio priſcis etiam temporibus à Pythagora tradita fuit: ut apud *Cenſorinum* videre eſt (*c. 11 l. d. D. N.*) Sed in his haut plurimum ſolliciti eſſe debemus. Qvæcunqve enim ſit illorum terminus: qvoniam de

animæ infuſione certiores inde fieri non poſſumus: nec in eo abortu ullam hominis picturam fieri putamus: ideò de quarto, quod diſtinctionis ac formationis tempus appellant, diligenter eſt perqvirendum. *Hippocrates* (*De natura pueri*) magnus naturæ interpres, fœmella, inqvit, in utero quadraginta & duobus diebus, ut longiſſimè primam coagmentationem, ac coarticulationem accipit: maſculus vero ut longiſſimè in triginta: utplurimum enim in hoc tempore aut paulò breviore, aut paulò longiore articulatio ipſa contingit: nam & purgatio fit à partu, utplurimum in fœmellis qvidem diebus qvadraginta duobus: atqve hæc tardiſſima & perfecta: in Maſculo autem purgatio fit diebus triginta, & hæc tardisſima & perfecta eſt. Atq; hæc Hippocrates: qvi, uti vides & diſtinctionis tempus, qvot dierum ſit, ante oculos poſuit: & viam qvoqve explicavit: qva in ejus rei cognitionem veniret: tempus ſcilicet expurgationis poſt partum, cum tempore diſtinctionis conferendo.

Sed tametſi ingenioſa hujuſmodi eſt explicatio: omnium tamen promptisſimè, optimeqve oculata ipſa inſpectione adverti res poteſt, qvam etiam diligentisſimè autor [illegible] nam multæ, inqvit, mulieres puerum maſculum perdiderunt paulò ante trigeſimum diem: & inarticulatus apparuit: qvi verò poſtea perditi ſunt, aut ſimul cum trigeſimo die, omnes articulati apparuerunt. In fœmellis idem

dem, juxta rationem qvadraginta duorum dierum habet; nam ubi his abſolutis perditur, articulatio membrorum apparet.

Qvæ autem ratio ſit, qvod tempus formationis expurgationi poſt partum æqvale eſſe debeat, pulchrè *idem* declarat. (*De nat. pueri.*) *Primis*, inqvit, *geſtationis diebus exiguum ſangvinis in uterum deſtillat: nam ſi acervatim ac multus veniret, infantem obrueret,* (*qvanqvam* illo etiam tempore natura ideò minimum fœturam auget. qvoniam in diſtingvendo eſt occupata) *creſcente autem fœtu copioſior pro rei exigentia venit. Hoc ipſum igitur, qvod principio minimo fluxui deerat, rependitur in purgatione poſt partum. at qvia exiguus ſangvis deſtillat in uterum usqve ad exactam corpuſculi formationem, qvod tempus triginta eſt dierum in mare: in fœmina duorum & qvadraginta: ideò æqvum etiam fuerat, ut tot diebus poſt partum efflueret ſangvis: qvot principio in utero qvaſi ſuppreſſus retinebatur: qvam æqvam ac juſtam repenſionem ipſe talionem vocavit.* Hoc idem etiam ſignificaſſe videtur Ariſtoteles (*c.3. l.7. H. A.*) dum purgationes à partu eodem dierum numero, ac purgationes in utero compleri ait. Sed hactenus de *Hippocratis* placito. *Ariſtoteles* (*7. De hiſt. anim. 3.*) verò mares, inqvit, fœtus magna ex parte circa qvadrageſimum diem: fœminas circa nonageſimum perfici: qvo tempore ſi excidat abortus: illum apparere, ait, magnitudine formicæ majuſculæ, ac membra diſtincta eſſe: item genitalia

& ocu-

& oculos. Aſclepiades autem teſte *Plutarcho,* (*de hiſt. philoſ. m. ult.*) maſculos qvinqvageſimo die; fœminas qvarto menſe conſummari in utero. Ait *Avicennas* (*21.3. Trac. 2. c. 2.*) minimum formationis tempus ſtatuit triginta qvinqve dierum, raro usqve ad qvadrageſimum qvintum produci. Et *alibi* (*9. de anim. c. 10.*) à trigeſimo die usqve ad qvadrageſimum formari fœtum affirmat. *Fernelius* (*Lib. 5. c. 10.*) magnæ authoritatis Medicus, cum die vigeſimo primo partes omnes diſpoſitas & conformatas qvodammodo apparere ſtatuiſſet, perfectas illas tamen eſſe ait, in maribus qvidem die trigeſimo, in fœminis trigeſimo ſexto, aut certè qvadrageſimo: ac tandem animam à ſummo Conditore creatam in præparatum conſtructumqve corpus, temporis momento commigrare: atqve id qvarto menſe.

Ambroſius *Paræus*, (*ibid. c. 13. Lib. 23. c. 11.*) *anima*, inqvit, *in corpus migrat, ſimul atq; id perfectam in utero diſtinctionem & conformationem adeptum fuerit, qvod maribus fere ab inſito atq; informante calore vegetiore contingit die quadrigeſimo qvinto: aliàs citius, alias tardius pro agentis efficacia & ſubjectæ materiæ obedientia.* Dominicus qvidam *Terelius* (*1. De Gen. & part. hom. 19.*) pluries à ſe obſervatum eſſe teſtatur, articulationem fieri ferè in qvarto menſe: & hoc eſſe tempus: in qvo intellectus accedit divinitus, & homo fit. *Ludovicus Mercatus*, (*3. de affect. mulieb 6.*) certum eſt, inqvit, marem intra triginta qvinqve ad ſum-

ſummum [illegible] & rationali animæ [illegible].

Qvi vero Juris Canonici decreta profitentur, (*Hoſt. lib. 3. de purif. poſt part. & Navar. Enchir. c. 16. n. 14.*) fœtum, ajunt, maſculinum ad qvadrageſimum diem ſine animæ infuſione perdurare; fœmininum usqve ad diem octuageſimum: nam tot diebus immundam eſſe fœminam poſt partum. Atqve hi mediam viam tenentes, nec breviſſimum terminum cum *Hippocrate*, nec longiſſimum cum *Aſclepiade* elegerunt. Sed Ariſtotelis placitum, qvod inter utrumqve ambigit, modificatum ſacræ legis authoritate, cæteris prætulerunt. Scriptum eſt enim in Levitico, cautum ne mulier, ſi maſculum pepererit, ſanctuarium ingrediatur ante qvadrageſimum diem: ſi vero fœminam, ante octuageſimum: tot enim diebus immundam eſſe: atqve in ſangvine purificationis manere, etenim, dictum eſt, tot diebus in utero fœtum abſolvi, qvot menſtruæ purgationes poſt partum procedunt: ut jam liceat hinc colligere, terminum hunc eſſe omnium perfectiſſimum.

Vides igitur, qvàm variæ, qvàm diverſæ inter ſe ſint authorum ſententiæ. Qvos ego tamen nec erroris, nec incuriæ arguo: etenim in illorum diligentia, ac literis, ſtat omnis naturæ notitia. Ac credo, qvod illi diutina obſervatione cognoſcere potuerunt: id qvoq; fideliter poſteris tradidiſſe. Proinde perſvaſum eſt mihi, rem ipſam, de qva qværimus, variam eſſe: nec ſimiliter ſemper conſtare.

ſtare. Sed ne hoc mirum puta : nam cetera etiam naturæ opera eadem incertitudine variari ſemper ſolent. Hoc unum affirmant omnes, citius marem, qvàm fœminam formari ac perfici nam, ut verisſimè ſcriptum eſt ab *Hippocrate*, (*De natura pueri.*) genitura fœminea debilior eſt, atqve humidior qvàm maſcula : ideoqve & poſterius conformatur fœmella : cujus etiam purgatio eſt diuturnior. Qvod autem qvæ humidiora ſunt, tardius figuram ac formam accipiant : citius autem qvæ moderatam ſiccitatem habent, pluribus demonſtratum eſt à *Galeno* (*cap. 5. l. 2. de Semine.*)

# CAPUT IV.

## Qvomodo ſtatuendum ſit, abortivum fœtum animatum fuiſſe?

PRopoſitis variis Philoſophorum ac Medicorum ſententiis, qvos de tempore diſtinctionis fœtus advertere hactenus potui : reliqvum eſt, ut, an qvidpiam certi aliqvando à Medico referri posſit, paucis exponam. Mihi dubium non eſt, fœtus formationem qvoddam eſſe opus naturæ, qvod certum ſeminis, ac menſtrui ſangvinis temperamentum ſeqvatur : qvod, qvia multiplex eſt in diverſis hominibus : imò in iisdem qvoq; ſi temporum momenta evaries : nihil propterea mirum, ſi incerti qvoq; ſint termini, qvibus in utero fœtus perficiantur.

Qvam-

Qvamobrem veriſſimè *Galenus*, (*de fœtus format* 1.) *fœtibus*, inqvit, *neq; expreſſa formatione, neq; abſolutione, neq; egreſſus in lucem, neq; præſtitus terminus eſt.* Et *Hippocrates* cum *libro de alimento* varias de fœtus figuratione ſententias propoſuiſſet, deniqve ſic ait: *non eſt, & eſt: qve* qvidem dicendi genere, clariſſimè ſignificavit, nihil horum perpetuum eſſe. Ergo ignota erunt omnia? nec qvid verè ſtatuendum ſit, finiri unqvam poterit? Audi igitur. Facto abortu, atqve in conſpectum jam poſito, ſive ultrò hoc fiat, ſive cæſo utero: nulla facilior eſt judicandi via, qvàm ejus corpuſculum intueri: nam ſi expreſſa, ac diſtincta appareant membra: indubiè referes animatum fœtum fuiſſe, qvocunqve tempore illud obtingat. ſi verò aliter eſſe videatur: nullo pacto hominem fuiſſe affirmabis. *Ariſtoteles* (7. *De hiſtor. anim.* 3.) in frigidam aqvam abortum conjicit: ſic enim tenellum corpus cogi, ait: atqve in membranula conſiſtere: nam ſi in qvod vis aliud immittas, diffunditur atqve abolet[illegible]. Ut autem fœtus particulas ac configurationes exploret, membranulam [illegible] perfectum abortum ſæpius à ſe [illegible] *Fernelius* (7. *De hom. procreat.* 10.) omni ex parte diligenter deſcripſit, ac penè delineavit: ideò ejus [illegible]ationem, in qva, tanqvam in ſpeculo intueri [illegible] omnem poteris adducere huc libuit. *Sepr*[illegible] [illegible]qvit, *obſervavimus die qvadrageſimo ejectum fœtum*

*tum ſemidigiti magnitudine, vere ac perfectum conformatum: & cujus partes, omnes, excepto jecinore albæ, ac ſpermaticæ cernebantur. Caput par nuci avellanæ, & majus, qvàm pro reliqvi corporis ratione: oculi ut cancris, exerti, naſus, auriculæ, brachia, manus, crura, pedes, hisq́; ſecreti digiti: penis conſpicuus ſub qvo ſcrotum milii magnitudine. Superiora autem inferioribus majora: nullo oſſium robore: ſed flexibilia qvocunqve ducerentur: omnia contecta cute tenuiſſima, & pellucida, per qvam interiora cernebantur, alba omnia, & ſeminis æmula, nullo carnis aut ſangvinis rubore perfuſa: unum tamen jecur rubrum inerat, amplum & recens concreto ſangvini per ſimile &c.*

Ergo ſi fœtum intueri aliqvando liceat, haud difficilè deprehendes, an illi anima indita fuerit. Qvod ſi hujus rei nulla dabitur facultas, reliqvum eſt, ut certum dierum conceptionis numerum tecum conſtituas: qvem tamen qvoniam diximus, diverſum ab autoribus traditum eſſe. Ideo in referenda ſententia hoc temperamentum ſervabis: ut ſiqvidem abortus crimen apud judices puniendum ſit: an reus tua expectata relatione homicidii damnandus: longiſſimum tempus, qvod qvatuor menſium ex Aſclepiade, multisqve aliis eſſe diximus, ſemper præferes: facta interim nonnulla reliqvorum mentione, nec ita tamen referes, ut neceſſarium ac perpetuum illum terminum putes: ſed ad qvem ſæpe devenire res ſoleat.

Audio

Audio etiam Judices ipſos pro reo ſemper in ambiguis ſtatuere conſuevisse: ut proptereà ſi dubia ſint omnia: tunc & fœminam eſſe conceptã, præjudicio decernes: & non niſi poſt qvatuor menſes animam creatam fuiſſe. At ſi in expiandô abortus crimine conſcientiam piè qvispiam verſetur: tunc quoniam Deum tantùm piiſſimum judicem agnoſcimus; ideò tutior adeunda eſt via: ac propterea breviſſimum terminum: qui triginta dierum eſt, præſcribemus: hoc ipſum ſemper ante oculos habentes: tutius eſſe hoc tempore dubium crimen confiteri, qvàm excuſare. Atqve hæc de abortu judicando ita ſint conſtituta.

## LIBRI III. SECTIONIS SEPTIMÆ De TEMPORE PARTUS

## CAPUT I.

### Qvi Partus legitimo tempore editi ſint, & qvi ſecus habendi?

*Scribendi occaſio.*

PErſvaſa qvorundam opinio eſt, humanum partum novem duntaxat menſium, aut ſeptem aliqvando, vitalem eſſe, ac planè legitimum: præter hos verò ſi qva

fœmina unqvam parit: aut moriturum infantem: aut illius commenta planè eſſe: quæ impudicitiæ crimen effugere dolo contendit.

Magnas hinc & graviſſimas controverſias non antiqvis tantum, ſed noſtris etiam temporibus excitatas eſſe, ſat ſcio. Non multis ab hinc annis peperit mulier octavo menſe, eodemqve die à primo, unicoqve concubitu: filius ſuperſtes fuit: ideoqve ad alteram uxorem vir ſuſpiciosus de divortio meditabatur. Matrona illuſtriſſima undecimo menſe poſt mariti obitum partum edidit: unde magna corruptæ caſtitatis ſuſpicio irrepſit. Nec pauci alii ſimiles evenerunt caſus, qvi magna hæſitatione multorum animos tenuerunt, qvid ſcil. de eo partu ſentiendum ſit. Ergo qvoniam, qvi ſit naturalis pariendi terminus, ſtatuere proprium eſt Medicorum munus: idcirco opportunè hoc qvoqve argumentum aggrediar: ne qvis ſit, qvi qvo nam geſtationis menſe prodire fœtus ex naturæ inſtituto debeat, ambigere amplius poſſit.

Ac ut clariùs omnia, nec ſine ordine proponantur, qvatuor præcipua hoc in capite notabimus: Primum: *ſitne hominibus certus aliqvis pariendi terminus, a natura conſtitutus? Secundum, qvæ ſint ad ipſius rei fulciendam rationes, quæ communicari debeant? Tertium, utrùm geſtationis principium numerandum ſit.* Poſtremum vero, *qvemnam menſium partus legitimus, qvorum illegitimus cenſeri debeat?*

CAPUT

## CAPUT II.

### An aliqvod pariendi certum ſpatium ſtatui poſſit?

Cum qværitur, num certus aliqvis pariendi terminus mulieribus detur: hæc qvæſtio bifariam inaudiri poteſt: nimirum: num ſit aliqvod anni tempus, in qvo ita præſertim parere ſoleant fœminæ, ut non ſimiliter & in aliis. De qua qvidem re nemo unqvam ambiguit: omnia enim anni tempora humano partui aptiſſima ſunt: nam cum toto anno viri congreſſum nullo diſcrimine admittant fœminæ: neceſſe etiam fuit, toto ſimiliter anno concipere, & parere illos poſſe. Ita enim facto opus fuit: nam ſi ſtatutis tantùm temporibus homo in lucem prodiret, humani generis inopia laboraret natura, nec ſatis haberet, unde miranda ſua opera latè oſtentaret. Secundo autem modo intelligitur, *num certum aliqvod ſit dierum ſpatium, qvo geſtare utero ſoleant fœminæ; & qvo exacto, ſtatus etiam geſtationis dierum partus contingat.* De hac autem re qvoniam multa proponi ſolent, ideo rem omnem ita expendendam duco. *Omnibus animalibus*, inqvit *Ariſtot.* (*7. de hiſtor. animal. 4.*) *unum pariendi tempus a natura inſtitutum eſt; ſoli homini multiplex datum eſt.* Hoc etiam qvaſi paraphraſtes qvidam affirmavit *Plinius*, (*Lib. 7. cap. 5.*) dum cæteris animantibus ſtatutum & pariendi & partus gerendi tempus eſſe memoriæ prodidit:

hominem toto anno, & in certo gigni ſpatio. Hoc autem cùm veriſſimum ſit, naturalem etiam habet cauſam, qvæ ſcil. in multiplici varietate poſita eſt; varia enim diverſaqve fœminis eſſe ſolet temperamenti ac corporis ſtructuræ ratio, ut paucas omnino invenias, eàdem partiũ, actualiusqve corporis temperie conſtructioneqve exqviſite donatas. Sunt enim aliæ manifeſto differunt frigidiores, ideoqve ſegniores etiam ad pariendum: aliæ calidiorès, atqve ideo magis promptæ, ut fœtum perficiant. Hæ plurimo abundant ſangvine, & qvi magno etiam fœtui diu ſatis ſuppetat: aliæ exiguum ſortitæ ſunt: & qvi propterea fœtum ante tempus deſtituat: ut jam maturius calcitrando victum ſibi extra uterum qværat. Multis anguſtus eſt uterus: ideoqve celerius fœtus pondere gravatur: capaciſſimus aliis: & deniqve tam diverſæ ſunt partium diſpoſitiones, ut nihil mirum, ſi hac etiam de cauſa ſerius tardiusve partus proferatur. Præterea dum gravidæ ſunt mulieres, virum qvocunqve tempore appetunt: qvamobrem ſæpe fit, ut os uteri, qvod in prægnante ſæpè connivet, non leviter impetatur: atqve idcirco maturius etiam, qvàm pro naturæ lege pateat, & fœtum educat. In cœteris verò animalibus nihil tam varium invenies: nec tam eqvus ab eqvo, tam à leone leo, ut inter ſe diſtare fœminas videas.

Attamen qvamqvam hæc ita habeant, haud tamen prorſus incertum ego ſtatuerim in fœmi-

nis

mus edendi partus finem: ſed aliqvod mihi videtur non alienè poſſe conſtitui dierum ſpatium (qvod tamen in qvadam latitudine poſitum ſit) qvod ultra aut citra, ſi qvis naſcatur, tardius, aut citius æqvo prodiiſſe videri poſſit. Qvantum igitur ex *Hippocrate*, veraqve Philoſophia hactenus haurire potui, veriſſimum legitimi partus terminum, illud temporis ſpatium eſſe arbitror, qvod noni menſis ac decimi plurimam partem comprehendit.

Sed ne hæc temere dixiſſe me aliqvis putet: iſta mei inſtituti rationem exponam. Philoſophi ac Medici omnes dum certos aliqvos edendi partus fines invenire ſtuduerunt, inter nonum, ac decimum menſem planè conſtiterunt: nam qvi de nono hoc ſentiant, innumeri ſunt; ac vetuſtiſſima ea fuit opinio: etenim & in *ſacra* hiſtoria (*2. Machab. 7.*) conſtantiſſima illa ſeptem filiorum mater: fili, inqvit, te novem menſibus utero portavi. Item *Cicero* ipſe (*2. De nat. Deor.*) ex antiqviſſima Scriptorum fide, Diana, inqvit, adhibetur ad partus: qvod hi matureſcant plerumqve novem lunæ curſibus. Idem etiam ſtatuit *Hippocrates* (*Libro* de carnibus) ac compluresetiam, qvos longum eſſet adnumerare. De decimo autem multa qvoqve ac graviſſima habemus teſtimonia. *Salomon* (*Sapient. 7.*) mortalium ille ſapientiſſimus: decem, inqvit, menſium tempore coagulatus ſum in ſangvine, & ſemine hominis. Ipſe qvoqve *Ariſtoteles* de hiſtoria ani-

malium, plurimas, inqvit, parere decimo menſe. Neqve hoc etiam Poëtis ignotum fuit; etenim ſic ſcripſit *Virgilius*:

*Matri longa decem tulerint faſtidia menſes.*

Et *Ovidius* tertio libro de *Faſtis*:

*Tempus erat, decimum qvo luna repleverat orbem.:*

*Hic numerus magno tunc in honore fuit?*

*Seu qvia tot digiti, per qvos numerare ſolemus;*

*Seu qvia bis qvino fœmina menſe parit*

Has autem authorum ſententias, ſi qvis una componat, certum aliqvod, qvod ſcil. ex nono menſe, ac decimi parte aliqva ſit conſtitutum, pariendi tempus eliciet. Nam qvod Philoſophi Medicique univerſi tempus pariendi incertum eſſe affirmant: de menſe fortaſſe intelligunt, qui qvidem in partu rarò idem conſtat. Ita ergo vera omnes ſenſiſſe arbitror: nec qvidqvam à vero pſiſſe aliena. Sed ut hæc firmiora adhuc ſiant, pluribus exactiusqve de iisdem agendum eſt.

## CAPUT III.

### Septimum dierum qvadragenarium legitimum eſſe pariendi terminum: & qvatenus certus aliqvis dies in partu conſtitui poſſit?

Verè illud ab *Hippocrate* (*Lib. de ſept. partu.*) ſcriptum eſt: partuum ſcil. qvondam vitæ primum

criſim naturalem: fieriqve in eo tempore, in qvo & ſanitas & mors hominibus contingit. Ergo ut in morbis acutis ſeptenarius numerus magnæ eſt ad judicandum efficaciæ: ( nemini hoc non conſtat) ita etiam & in partu: qvi & ipſe veluti qvidam naturæ eſt impulſus ad expellendum id, qvod moleſtat: hoc tamen intereſt, qvod in ſubducendis morborum diebus criticis, dies ipſi, aut qvod longius, ſeptimanæ adhibentur: in partu autem, qvi multis eſt morbis diuturnior, non dies aut ſeptimanæ, ſed dierum qvadragenarii. Nam & in Græcia, ut perhibet *Cenſorinus*, ( *de die natali cap. 11.*) dies habent qvadrageſimos inſignes: ac prægnans ante hunc diem non procedit in fanum: & poſt partum qvadraginta diebus pleræqve fœtæ graviores ſunt, nec ſangvinem interdum continent; ob qvam cauſam cum is dies præteriit, diem feſtum ſolent agitare. Ut igitur ſeptimus dies in acutis & ſæpe & perfecte judicat, ita ſeptimus qvadragenarius: qvi nonum menſem integrum ac decimum tertia ex parte complectitur, legitimum partus terminum, qvaſi judicium qvoddam inſtituit.

In his autẽ, qvæ hactenus dixi, ne aliqvid dubites, *Hippocratem* authorem agnoſces. (*L. de Carn. in fin.*) *Puer*, inqvit, *ſeptimeſtri partu natus, pro ratione natus eſt, & vivit, & rationem talis habet: at numerum ad hebdomadas ac ſeptenarium exactum: octimeſtris autem natus nullus vixit:* [illegible]

 [illegible]

*menſium & decem dierum partus ſit, & vitalis; & habet ad hebdomadas numerum exactum: quatuor enim denarii hebdomadum dies ſunt ducenti & octoginta; qui numerus ſeptimum dierum quadragenarium præciſè æquat.* Sed hoc ipſum etiam libro de ſeptimeſtri partu clarius affirmat: ait enim, qui *in ſeptem quadragenariis naſcuntur, decem* [illegible] *pe*[illegible]*iti, maximè educantur, ac fortiſſimi ſunt.* Atque hæc *Hippocrates*, ut nihil jam ambigendum ſit, illius ſententiam eſſe, ſeptimum quadragenarium, in quo nonus menſis, ac pars decimi continentur, abſolutiſſimum eſſe pariendi tempus. At ne hoc quidem contentus, rationem etiam adjecit, cur ita ſit. Obſervavit enim graviſſimus Philoſophus, nihil gigni in humano corpore, quin in his ſeptenarius numerus perſpicuè celebretur: nam ſi corporis augmentum ſpectes, finem ille ſtatuit tertium annorum ſeptenarium; ſi primam geniture formam contempleris: ſeptem adhuc diebus corpulentiam illa habet: ſive etiam vitæ ſine cibo permanentiam, ſeptem ſimiliter diebus perdurare homines incibatos poſſe affirmavit ſive etiam dentium exortum: hoc item ſeptenis annis expletur: ut veriſimile ſit, ipſum etiam partum ſeptennario illo numero nihilominus contineri. At quia late hic terminus revera patet: quadraginta enim dies complectitur: idcirco non abs re quærat adhuc aliquis: num certus quiſpiam adhuc dari dies poſſit, in quo, quæ gravida eſt mulier, ut tandem paritura, ad ha-

ego, id planè mihi perſvadeo, hujus rei nullam ſtatui firmitudinem poſſe, neceſſitatemq; quo. Arbitror tamen, dari interdum aliqvem diem poſſe, qvo, ſi non ſemper, magna tamen ex parte ſoleant fœminæ partum edere. Non qvòd unicus iſte omnium ſit certus terminus: ſed qvòd certarum tantùm mulierum.

Qvod ipſum poſtqvam brevibus demonſtrabo, aut mecum ſenties, ſi lubet: aut tute ipſe meliorem ſententiam feres. Ergò ante alia initium conceptus dignoſcas neceſſe eſt: de quâ re poſteà diligenter diſſeremus. Atqve id qvoqve qvo nimirum poſt conceptum die, fœtus in utero primùm moveatur. Etenim longa obſervatione deprehenſum eſt: id temporis ſpatium, qvod inter primam motionem ac partum intercedit, triplum ad illud exiſtere, qvod inter principium conceptionis, ac motionis interponitur. Duo autem ſunt extremi termini, qvibus fœtus in utero manifeſtis motionibus primùm agitari incipit: ſeptuageſimus ſcilicet à primo conceptu dies, ac nonageſimus: inter qvos etiã alii ſtatuuntur fines: in qvibus dimoveri nihilominùs in utero fœtus ſolent. Ergò ſi fœtus ſeptuageſimo movebitur, ducenteſimo, ac decimo in lucẽ prodibit: triplicato ſcil. priore numero: ſi vero nonageſimo moveatur: orietur ducenteſimo ſeptuageſimo: tum ſcil. ſumpto priore illo motionis intervallo. Eademq; ratio in reliqvis habenda eſt. Atqve hæc veriſſima eſt Hippocratis ſententia (*ſect.*

7. *in fine l. 6 Epid.*) qvo in loco ita appoſitè memoriæ mandavit. *Qvicqvid*, inqvit, *ſeptenario movetur, in triplicitate perficitur.* Hos etiam præcitis ſubſcripſit *Avicennas* (21. 3. *Tract.* 1. *cap.* 2.) qvos deniqve multi graviſſimi viri ſecuti ſunt. Qvamqvam ipſemet *Hippocrates* libro de alimento, dum certos pariendi fines inveſtigat, *non eſt*, inqvit, *& eſt* : qva ſententia illud planè ſignificat, nihil certi poſſe de his rebus ſtatui: ſed interdum enarratos illos circuitus rebus ipſis reſpondere: interdum minimè. Qvapropter aſſertionem hanc non ut neceſſariam, ſed ut probabilem tantùm accipies.

Notandum tamen non omnem fœtus motionem ſatis eſſe, ut futurum partum pronunciet: etenim neceſſe eſt, ut fœtus & plurimùm & laborioſè in utero moveatur: hæc enim motio veriſſimo eſt partus prænuntia. Sed qvia hæc, qvæ diximus, obſcura fortaſsè illi fuerint, qvi, cujusnam menſis in partu habenda ſit ratio, minimè novit: ideò de menſibus qvatenus ad præſens inſtitutum pertinet, opportunè jam dicam.

## CAPUT IV.

### Solariſne, an lunaris menſis in partus temporibus computandis adhibendus ſit.

Duæ ſunt menſium differentiæ, qvæ in conſtituendis partus temporibus authores ſunt-

pauci

pant: *Solaris* ac *Lunaris*. De ſolari menſe ſic prodidit memoriæ *Galenus*, (*1. Epid. 1. com. 1*) *non ſunt*, inqvit, *pro lunæ ratione menſes ſubducendi: qvod multis jam Græciæ Civitatibus eſt ſolemne: ſed pro ratione ſolis apud omnes urbes antiqviores, & nationes complures numerantur. Et Romani univerſum annum in menſes duodecim diſpartiunt: qvorum eſt unus duodetriginta dierum: quem à ſolſtitio hyemali numerant alterum: ipſe verò primus eſt poſt ſolſtitium: qvem totius faciunt anni primum, unum ſupra triginta aſſumit: itidem tertius poſt ſolſtitium; nam & hic dierum eſt triginta unius: qvartus triginta diebus conſtat: qvintus præter triginta continet unum: ſextus triginta dies habet: qui ſextum ſeqvuntur duo, triginta ſunt, & unius dierum: qui hos excipit, triginta dierum eſt, huic proximus, unius & triginta: qui numero decimus eſt totius anni, triginta eſt dierum undecimus, duodecimus unius ſupra triginta. Qvod ſi cunctorum menſium dies in ſummam ſubducas: omnes ſunt qvinq; ſupra trecentos ſexaginta, addito præterea unius diei qvadrante.* Atqve hæc *Galenus*: qvi ut jam vides menſes ſolares omnes diſpari inter ſe dierum numero fuiſſe conſtitutos docet: ut propterea minime liceat in univerſum aſſerere, menſem illum eſſe certi dierum numeri.

De lunari autem Menſe ſatis etiam luculenter egit *Galenus*: menſtruum, inqvit, tempus viginti & novem dierum eſt cum dimidio: id ſcilicet ſpatium, qvod ab uno lunæ coitu cum ſole

uſqve

usqve ad alterum intercedit. Hunc etiam paulò infrà Græcanicum appellavit. Videtur etiam alio menſe meminiſſe Hippocrates (*S. Et. prope finem. l. 2. Epid.*) qvem nihilominus Græcanicum vocat: conſtareqve ait, ex triginta plane diebus: inqvit enim aut à menſtruis numerandi ſunt novem menſes, aut à conceptione: & in ducentos & ſeptuaginta dies Græci menſes fiunt. Qva propter græci dicti ſunt menſes, qvi tricenis conſtant diebus.

Sed hanc *Hippocratis* ſententiam minimè admittit *Galenus*: (*lib. de ſep. partu.*) *nam,* inqvit ille, *abſolute propoſita res ſatis jam eſt*: cum *Hippocrates* & in ſecundo libro vulgarium morborum adhuc qværat, utrum nomen Græcanici menſis ducentis, & ſeptuaginta diebus expleantur, eo qvod ſi qvis tricenis conſtare eos exiſtimet, exactè ad dierum rationem novimeſtris partus non reſpondeat. Cum igitur menſtruum hoc ſpatium non recipiat Galenus: nos etiam ſuſpectam ejus autoris ſententiam cum ipſo habebimus. Sunt, qvi pluribus verbis ſolarem menſem in legitimo partu judicando potisſimum adhibendum eſſe contendant; qvos ego, qvia multæ lectionis ac doctrinæ viros ſemper exiſtimavi, plurimum in cœteris aliis obſervo: at qvia qvæſtionem hanc negligenter tractarunt, ideo qva ratione illos ab errore vindicem, minimè video.

Mihi verò (puto enim lunarem menſem, non ſolarem in hunc computum adduci debere) ſatius

ſius nunc fuerit, ſententiam meam *Hippocratis*, & *Galeni* placitis tantum roborare: nam alios reprehendere, invidi atq; otioſi planè hominis eſt. Ergò ignorandū non eſt, Græciam ferè omnem, ubi natus, altusq; fuit Hippocrates, in duodecim lunæ curſus anni tempus diviſiſſe. Nam cum Arcades (ſic ſcripſit *Macrobius*, 1. *Saturnal. c.* 12.) annum ſuum tribus menſibus explicarent: Acarnanes ſex: Græci reliqvi trecentis diebus annum proprium computabant; qvos ſi in duodecim æqvas partes ſecueris, ſingulis viginti novem, dies obtingent cum dimidio. Ergò lunari menſe, uti vides, ſemper Græci ſunt uſi: qvod deinde Numa Pompilius Romæ ſecutus, eundem anni computum & ipſe in Latium invexit. Tametſi multo pòſt tempore ad numerum ſolis primus omnium *C. Cæſar*, annum direxit. Græca igitur conſvetudo in anni menſibus computandis, qvænam fuerit, ſatis conſtat. Ut veriſimile etiam ſit, non alio menſe *Hippocratem* in geſtationis tempore enumerando uſum fuiſſe. Sed hæc qvanqvam vera ſunt, præſtiterit tamen ex ipſius autoris monumentis illa reddere illuſtriora. *Hippocrates* igitur *libro de ſeptimeſtri partu*, *ſeptimeſtres*, inqvit, *naſcuntur diebus centum, & octoginta duobus ac dimidio, & inſuper accedente diei particula: ſi enim primi menſis dies qvindecim ſupputaveris: deinde qvinqve menſium, dies centum qvadraginta ſeptem, ac dimidium eſt.* Vide hic qvinqve menſes ſtatuiſſe ſpatium centum qvadraginta ſeptem

ptem dierum cum dimidio: qvem numerum ſi in qvinqve æqvales partes ſecueris, qvælibet novem & viginti dies habebit, cum dimidio, qui plane menſis eſt lunaris.

Confirmat hoc etiam *Galenus commentario illo de ſeptimeſtri partu*: in qvo id plane profitetur, menſem ſcil. cujus meminerat *Hippocrates*: & de qvo in partu ratio habenda eſt, lunarem eſſe: id eſt viginti novem dierum cum dimidio. Hoc idem etiam qvaſi ex vetuſtisſima hominum conſvetudine memoriæ mandavit *Cicero*: (*2. de nat. Deor.*) *Luna*, inqvit, *adhibetur ad partum, qvod hi matureſcunt, aut ſeptem nonnunqvam, aut plerumqve novem lunæ curſibus: qvi qvia menſa ſpatia conficiunt, menſes nominantur, concinneqve ut multa Timæus: qvi cum in hiſtoria dixiſſet: qva nocte natus Alexander eſſet, eadem Dianæ Epheſiæ templum deflagraviſſe: adjunxit, minime id eſſe mirandum, qvod Diana cum in partu olympiadis adeſſe voluiſſet, abfuiſſet domo*. Verum omnium copioſisſime id meminit Ariſtoteles (*l. 4. G. A. cap. 12.*) *optima*, inqvit, *ratione graviditatum tempora ſuas [illegible] dimenſiones ſtatis circuitibus recipiunt*: ſunt enim circuitus, dies ac menſes, lunæqve trajectiones ac ſectiones, qvibus illa cum ſole coit: menſis enim eſt circuitus amborum communis: eſt enim luna principium propter ſolis ſocietatem, & receptum lucis: ut qvaſi ſol alter exiſtit: qvamobrem conducit ad omnes generationes, perfectionesqve. Clariſſima igitur eſt Philo-

Philoſophi ſententia, lunæ menſem ad eam um ac gravidationum tempora dimetienda adhibendum eſſe: ut mihi propterea firmiter perſvaſerim, eos, qvi ſolarem uſurpant, longe ab *Hippocratis, Galeniq́;* ac *Ariſtotelis* ſententia: atqve adeo ab ipſa rei natura alienos fuiſſe.

## *CAPUT V.*

### Initium gravidationis unde ſumendum ſit?

NUnc illud etiam docendum, unde ſit ipſius gravidationis initium ſumere oporteat. Hæc enim notio tam eſt neceſſaria, ut ſine ipſa nec pariendi terminus, nec uteri geſtationis tempora dignoſci ſatis qveant. Sed anteqvam hoc enarro, ſedulò advertendum eſt, difficillimum ſemper apud noſtros authores fuiſſe, qvodnam ſit conceptionis principium deprehendere: Sæpè enim, inqvit *Hippocrates,* (*De nat. pueri* & *Ariſtot. 7. de hiſtor. 4.*) *à Spiritu flatuq́; uteri elevantur atqve intumeſcunt: ut jam putent fœminæ, ſe tunc concepiſſe, cum tamen multò poſt conceperint:* nonnullæqve aliæ difficultates in hac re negotium faceſſunt; ut non raro juſtâ excuſatione digniſſimi illi ſint, qvos certa hujus rei dignotio aliqvando latuerit. Attamen qvod non exigua aſſeqvi potui diligentia, id paucis jam explicabo. *Galenus* (*cap. ult. l. de V. S.*) conceptionis, inqvit, tempus eſt, vel incipientibus vel ceſſantibus men-

menſtruis. Qvamvis enim reliqvo etiam illo cer-to expurgationis tempore aperta ora hæc ſint, non tamen tunc concipere mulier ulla poteſt, cum ſemen neqveat in vulva remanere, ſed ab influentis ſangvinis copia eluatur. At ceſſanti-bus vel incipientibus menſtruis, & ora aperta ſunt, & menſtruum non multum neqve univer-ſum, ſed paucum & paulatim effluit, qvaſi ex humiditate qvadam ſangvinea exudante. Unde efficitur, ut ob aſperitatem ſemen vulvæ adhæ-reat, ſatisqve alimenti ex ſangvinis confluentis paucitate habeat.

Ante enim qvàm menſes veniant, conceptus fieri propterea non valet: qvia & alimento caret ſemen, & adhærentiam nullam invenit: nam-qve eo tempore occluſis vaſis lævis vulva relin-qvatur, diffluit: nec uniri cum tunica ejus pot-eſt. Atqve hæc *Galenus*, qvi non ſolum varia conceptionis initia palàm facit, ſed cujusqve eti-am rationem appoſuit.

Qvatuor autem ille enumerat tempora, in qvibus opinari qvis poſſet, conceptum fieri: pri-mum, qvando incipiunt menſes: ſecundum, dum adhuc fluunt: tertium, cum primum deſinunt, ac ceſſant fluere: qvartum verò eſt reliqvum in-tervallum. Statuit tamen duo tantum eſſe ad concipiendum idonea: reliqva vero plane in-epta: illa ſunt principium, & finis expurgatio-nis: hæc vero dum fluunt, & dum ſiccus eſt ute-rus. Ego autem vera qvidem hæc eſſe, minimè

uſi-

inficior: modo tamen poſſe aliqvando aliter evenire, mihi concedas: nam ſi perpetuò rem ſic habere contendas: eſt cur à Galeno diſcedere tantiſper compellar: nam & menſtruo ſangvine fluente, & ſicco etiamnum utero concepiſſe aliqvando mulieres animadvertimus.

Multi etiam ac graviſſimi *Medici*, ( *Avic. 3 4. tract 3. c. 1.* ) conceptum fieri fluentibus adhuc menſibus conceſſerunt: inde tamen aut monſtroſos prodire partus, aut elephanto, aliâqve labe coinqvinatos teſtati ſunt: viſæqve etiam ſunt, vix octavo à partu die nonnullæ concepiſſe. Et *Paræus*, ( *Lib. 23. cap. 39.* ) *ſunt*, inqvit, *nonnullæ mulieres, qvibus ſtatim à menſium fluxu occluditur orificium uteri: adeò ut neceſſe habeant fluentibus menſibus cum viro congredi, ſi modo concipere velint.* Qvid? qvod ſcriptum eſt ab Hippocrate, ubi qvis fœminam generare voluerit, coire illum debere, cum plurimi menſes prodierunt mulieri & dum adhuc eunt. Reliqvo autem tempore gravidas fieri mulieres, præter veriſſimas obſervationes, qvæ nobis ſpectatisſimæ ſunt, illud etiam demonſtrat, qvod eo tempore muliebria loca ipſo coitu agitata, nimiaqve affecta dulcedine facilè incaleſcant: poſſunt propterea, qvantum concipiendo ſemini ſatis eſt ſangvinis illo momento effundere, non adhuc legitimo expurgationis tempore adventante.

Ergo concipient qvidem illis temporibus omnium maximè fœminæ, uti placuit Galeno:

concipient tamen & reliqvis: qvanqvam nec ita benè, nec ita freqventer. Verum cum hæc [illegible] tis ſint explicata: ipſe tamen *Hippocrates* (*de octimeſt partu.*) unicum ſtatuit; idqve [illegible] opportunum conceptionis momentum, [illegible] rum poſt menſtrua purgamenta: ubi [illegible] lutæ ſunt fœminæ. *Alibi* vero (*2 Epid.3. prope fin.*) aut à menſtruis, inqvit numerandi ſunt novem menſes: aut à conceptione. In qvo qvidem [illegible] irrideant fortaſſe aliqvi dictum Hippocratis, ajuntqve nihil illius teſtimonio opus eſſe: ut ſcil. à conceptione ſumatur conceptus initium. Attamen non temerè ſic locutus eſt *Hippocrates*. Illud enim initium explicare voluit, cùm ſemel tantùm viro uſa eſt mulier, ac deinceps abſtinuit: tunc enim ſi gravida evaſerit: merito ab ipſa conceptione initium ducit: de qva re ſi minimè conſtet, ab ipſis menſtruis ſine dubio initium ſumendum eſt: non qvidem ab his, qvæ ultimo fluxerunt, (ſic celebres qvidam Medici interpretantur) ſed ab eo dies cum jam expectarentur: nec tamen prodierunt: per naturam enim ajunt uſu venit, diem conceptionis eſſe ipſummet diem, qvo fluxerunt, ſ. primum ſ. ultimum, qvo fluxerunt, intelligas.

Verum qvatenus hæc Opinio Hippocratis, Galenoqve conſentiat, præter ea, qvæ ex *Galeno* (*De vulvæ ſect. c. ult.*) paulo ante attulimus, [illegible] tat etiam clariſſima *Hippocratis* ſententia *primo libro de morbis mulierbribus*: ait enim [illegible]

[illegible]

*fuerint mulieris, maximè in ventre conſiſtens: tunc enim maximè os uterorum hiat, & diſtentum eſt; & venæ genituram attrahunt: at in priori tempore os uterorum clauſum eſt, & venæ magis ſangvine plenæ exiſtente, non ſimiliter genituram attrahunt.*

Qvamobrem ut certi aliqvid tandem affectatur: ſiqvidem unicus tantum præceſſerit concubitus, nulli dubium ab eodem initium ſumendum eſſe: ſin minus, ab ipſo expurgationis fine. Satis enim perpurgatus tunc uterus eſt; venarumqve ora modicè patent: ac non ita vitioſus ſtillat ſangvis. Vulgarisqve etiam matronarum opinio eſt, ſe tunc promptisſimas ad concipiendum eſſe, cum proximè menſtrua profluxerunt. Qvanqvam hac in re ſi diligentius præſtare judicium velis, hoc minime ſatis fuerit: nam, ut diximus, poteſt qvoqve à principio expurgationis conceptus fieri: poteſt & in ipſo etiam intervallo. Adhibenda igitur illa ſunt ſigna, qvæ nos docuit *Hippocrates* (*lib. de carnibus*) *Mulier*, inqvit, *cum in utero concipit, ſtatim horret, & calor & dentium ſtridor conſeqvitur: & convulſio occupat tum articulos, tum totum corpus; & uterum ſegnities ac torpor: & qvæ puræ ſunt, hæc perpetiuntur.* Sed de prægnantium dignotione alibi uberius diximus. Sic igitur certisſimum conceptionis initium deprehendes.

# CAPUT VI.

## De partubus ante ſeptimum menſem prodeuntibus: ac de ipſo ſeptimeſtri partu.

Reſtat nunc, ut partus ii, qui vitales, qui minime ſint, jam tandem ſingulatim exponam. Ergo fœtus, qui maturius, quam ſeptimo menſe prodit, nullo pacto vitalis eſt, inquit *Ariſtoteles*: (*7. De hiſtor. anim. 4. lib. 7. cap.*) quod ipſum etiam, ut in reliqvis ſolet, affirmat *Plinius*. Qvocirca ante ſeptimum geſtationis menſem, id eſt ante anni dimidium ab ipſo concepto (ut obſervavit *Hippocrates*, ut paulo poſt diligenter monſtrabo) nunqvam vivere puer poteſt: quod ſi vivat, doli ac fallaciæ ſuſpicionem eſſe. Quanqvam ſi exacte intueri rem velis, non perpetuum hoc fuerit naturæ inſtitutum: nam graviſſimi qvidam Medici ante ſeptimum menſem vitalem edi partum poſſe aſſeruerunt. Etenim *Avicenna* (*9. de anim. c. ult.*) puerum ſexto menſe natum ſalubriter fuiſſe educatum, memoriæ mandavit: & qvidem alii Medicinæ *Scriptores*, (*Auger. 2. tom. Epiſt. lib. 9. epiſt. ult.*) natum centeſimo ſeptuageſimo qvarto die, aut centeſimo ſeptuageſimo octavo, vitalem eſſe poſſe meminerunt: nam & ſpectaſſe hoc obſervaſſe, & nihil Hippocraticis placitis repugnare, ſi nunc qvodpiam rerum producat natura, qvod nunqvam alias tulerit. Et *Valleſius* (*De ſacra philoſophia,*
*15.*)

[illegible] fœmellam qvinqvemeſtrem natam, vivere [illegible] temporibus indubie affirmavit: qvamvis jam corpuſculi gracilitas ac tenuitas talem arguebat. Satisqve *alii affirmarunt*, (*Ferdinand. Mena in Comm. lib. de ſeptimeſt. partu, lib. 4. obſ. 152.*) apud Valentinos atqve incolas Madriti, multos in qvinto menſe vitales natos fuiſſe. Præterea *Johannes Schenchius* multis conſultis authoribus, [illegible] nonnullos obſervat, natos qvinto ac ſexto menſe, ac ſalubriter educatos.

Qvas ego obſervationes neqvaqvam auſim pertinaciter abnegare: attamen ſi qvi partus ita prodit in lucem, juſtæqve magnitudini, nec adeò imbecillus fuerit: hunc mihi ante ſeptimum menſem natum fuiſſe, nemo perſvadebit: qvando, & qvi etiam ſeptimo naſcuntur, imbecillos prodire ſatis conſtat. Qvanqvam hos ipſos naſci, ac vivere etiam poſſe, ſiqvidem validum fuerit parentum robur, certaqve locorum fœcunditas, facilè admittam.

Septimeſtris tamẽ partus freqventior omnino eſt, ac primus omnium verè vitalis (raris tamen qvibusdam caſibus ſeclusis, qvi præter naturæ ordinem contingunt) ſed, ut teſtis eſt *Ariſtoteles*, (*de hiſtor. anim 4.*) magna ex parte hic etiam infirmior eſt, qvamobrem cunabulis ex lana [illegible] obvolvunt, & faſciis alligant: qvod qvidem [illegible] illis intellexiſſe philoſophum putant aliqvi, [illegible] nono menſe erant naſcituri, attamen neſcio, [illegible] robuſtiores in utero facti, vegetioresqve vel

vi aliqva externa depulſi, ante ſuum à natura conſtitutum terminum in lucem prodeunt: ce-rum qvi nulla hujusmodi occaſione impelluntur ſeptimeſtres ſint: pro ratione natum eſſe ajunt, vivere, ut ait *Hippocrates* (*De carn. in fine*) nu-merumqve habere ad hebdomadas, & ſeptena-rium exitum.

Mihi vero poſthabito interim Hippocrate [illegible] uti vidimus, huic partui ſemper timui, [illegible], qvidqvid ad hunc diem diligenter obſervavi [illegible] medicum aderam. Qvi ſeptimo menſe [illegible] nati ſunt, ferè omnes exigui: & niſi bene valida formatrix facultas fuerit, qvaſi imperfecto cor-pore educuntur: qviqve nondum juſtum [illegible] robur aſſecuti fuiſſe videri poſſent. De hoc ta-men partu qvid præterea Hippocrates ac Gale-nus memoriæ prodiderint, jam dicere aggredior. *In ſeptimeſtri partu*, inqvit *Galenus* (*Lib. de ſept. partu.*) *deprehendi pleraqve inter medium termi-num centum nonaginta & ducentorum dierum ge-ſtaſſe fœtum: celerius aut tardius paucos, [illegible] centeſimum & octuageſimum ſecundum diem & [illegible] decim horas, vel poſt quartum ſupra [illegible] nullos.* Ut ideo ſeptimeſtris fœtus editionis [illegible] mus terminus ſit dimidii anni tempus: nam nul-los citra hoc: omnes ultra parere conſpicimus. At vero dimidii anni tempus centeſimo & octua-geſimo ſecundo poſt conceptum die, & qvindecim horis expletur. Idem etiam ſentit Polybus, nar-rante *Plutarcho* (*De hiſt. philoſ.*) ac [illegible]

poc

hoc ſpatium ſex menſes comprehendere videatur: ait tamen ſeptimum computari: quia dies ultimi ſeptimum menſem incurrunt. Unam quidem mulierem novi, inqvit *Galenus*, qvæ centeſimo & octuageſimo die exacto partum edidit.

Cur autem ſeptimeſtris partus dimidii anni ſpatio abſolvi, ſoleat: ita ille docet. *Primum*, inqvit, *atqve ultimum menſem nihil neceſſe eſt integros ſumi: ſed abunde fuerit, ſi ambo ſpatium triginta qvinqve dierum expleant*: hoc eſt, ſi habeant ſinguli paulò plus dimidii menſis: ſint enim interpoſiti qvinqve menſes, qvos ſemper integros lunas oportet, dies centum qvadraginta ſeptem, cum dimidio: neceſſe eſt, ſiqvidem ad centum, atqve octoginta duos dies, ac qvindecim horas pervenire numerus debeat: triginta qvinqve accedant dies: cum tribus inſuper horis. Ergò vel primus menſis viginti conſtare diebus debet, ac ſeptimus qvindecim: adjectis etiam utrilibet tribus horis. Atqve hoc eſt breviſſimum tempus, ut ſeptimeſtris partus naſcatur: longiſſimum verò eſt ducentorum & qvatuor dierum: qvod qvidem tempus non eſt integrum: atqve exactum ſpatium ſeptem lunæ menſium: nam deſunt illi duo dies, cum dimidio: ut ſeptimeſtre ſpatium abſolveretur. Ergò in hoc ipſo intervallo, qvod poſt anni dimidium viginti duos amplectitur dies, cum dimidio, fœtus naſcitur ſeptimeſtris, ac planè ex naturæ inſtituto: citius verò aut tardius ſi prodeat, ſuperſtes nunqvam ſolet,

 Ratio

Ratio autem cur certus hic menſium ac dierum numerus naturalem, ac Victurum fœtum producat, ab *Hippocrate* aſſertur: (*De carn. in fine*) dum ait, *ſeptimeſtrem partum tres habere hebdomadum decadas: & in unaqvâq; decade eſſe ſeptem dies*: qvæ qvidem ratio ex natura dierum decretoriorum deducta eſt. Atqve ut in morbis ſeptimus dies (*4. Aph. 36. Ariſtot. 25. probl. 5.*) decretorius & ejus generis primus: ita in uteri geſtatione tertia decas ſeptimeſtrem perficit partum: profertqve naturalem atqve vitalem.

Poſſes etiam nihilominus qvinti qvadragenarii rationem adducere: qvi numerus & in morbis benè judicat: & ſimiliter qvoqve in parientibus de eo bene ſperandum eſt: Iſtæ autem rerum rationes etſi probabiles ſint, & graviſſimi Hippocratis authoritate innitantur: tutius tamen qvorundam adverſariorum calumnias evitabis; ſi ad ſolas obſervationes certosqve rerum eventus confugies. Nam & ipſe *Galenus* (*De ſept. part. in princ.*) ea tantùm de ſeptimeſtri partu dicere profitetur, qvæ à peritis mulieribus per omne tempus accepit. Nec qvidem ſuo illo tractatu de exacta hac numeri ratione qvicqvam diſſeruit. Sed hæc tandem de ſeptimeſtri partu ad *Hippocratis* ac *Galeni* mentem ſatis ſint diſputata.

## CAPUT VII.
## De Octimeſtri partu.

O*ctimeſtrem partum nullum unqvam vixiſſe ſcribit* *Hippo-*

*Hippocrates* : ( *De carn. in fin.* & *de ſept. partu.*) *nam omnes*, inqvit, *mulieres, qvibus hac in re derogare fidem non oportet, cum diverſorum menſium partum naſci teſtentur*, ex his tamen octimeſtres non ſuperſtites manere profitentur : & qvanqvam in libro de alimento eſſe & non eſſe octimeſtrem partum, ut Gellius legit, (*3. Noct. Att. cap. 16.*) ſcriptum reliqverit. Attamen obſcuram *Hippocratis* ſententiam ita Sabinus interpretatur: nam partus octimeſtres apparent qvidem velut animalia poſt abortū: ſed neqvaqvam ſunt, qvippe qvæ ſtatim vita excedant. Itaqve eſſe qvidem tantiſper imaginantur : ſed potentia non ſunt. Ergò hactenus dixit eſſe, qvatenus animalia eos exiſtimamus eſſe : qvamvis paulò poſt ſint interituri. Num autem vera dixerit Sabinus, abortum nimirum, qvi poſt partum eſt interiturus, reverà animal non eſſe, hic minimè laboro; ſit enim alibi à nobis demonſtratum eſt: fœtum poſt aliqvot à conceptu dies, non ſolùm animal: ſed hominem etiam eſſe. Cœterum cur hic partus vivere non poſſit ; cauſam nos docuit *Hippocrates* ; *Propterea*, inqvit, *octimeſtres non ſuperſtites manent: qvia impoſſibile eſt, ut duas conſeqventer ſuccedentes afflictiones pueri ferre poſſint. Affligitur enim tum ea, qvæ in utero fit afflictione: tum ea, qvæ in partu.* Qvæ autem aut cujus generis ea ſit, qvam in utero perpetitur puer, in libro de ſeptimeſtri partu clarius explicavit : qvo in loco tum partum criſim qvandam exiſtere docuiſſet;

atqve eodem tempore & partum, & abortum in mulieribus: & ſanitatem morbumqve ægrotantibus evenire: adjecit poſteà qvadragenarium dierum ita in fœtibus judicare, qvemadmodum ipſi dies in morbis. Sed qvia ſatis jam conſtat ſextum diem in acutis infeliciter judicare: ita ſextum etiam qvadragenarium in fœtibus: qvi fere in octavum incidit menſem, atq; hæc potior mihi magisq; naturæ conveniens hujus problematis ratio videtur. Nam qvod dictum eſt propterea octimeſtrem interire, qvia ſeptimo menſe moveri divexariqve fœtus ſolet: ut proptereà duas laborioſas motiones non ita ſalubriter ferre posſit: hoc mihi perſvadere vix poſſunt: nam qvi etiam ſeptimo, nonové menſe naſcuntur, hi etiam paulò ante partum commoveri à fœminis deprehenduntur. Qvapropter ſolus motionis labor cauſa eſſe non poteſt, ſed potius alia qvædam moleſtia.

Nec *Hippocratem* de illo motu locutum hîc arbitror: ſed de his tantùm anguſtiis, laboribusqve, qvos octavus menſis qvadam proprietate ac vi naturali afferre obſervatur. Sic etiam in ſexto die plurimum febrientes periclitantur: non qvod ab illius diei humorum motione qvidqvam ſit timendum ſit: ſed qvod ſextus is dies neſcio qva ratione intenſus ægrotantibus eſſe ſoleat.

Hunc autem præterea Aſtrologorum atqve Arithmeticorum dogmata afferre poſſem: qvibus illi ex infelici aſtro: hi verò ex octavi nume-

ri, ia-

ex imperfectione, qvem fœminæ comparant, octimeſtris fœtus pericula demonſtrare nituntur. Attamen ſatius fuerit has medicas, id eſt magis probabiles, atqve ex ipſa rerum natura evidentius eductas rationes attuliſſe: qvibus ſi qvis acqvieſcere non valet: neſcio qvinam cæteris aliis unqvam acqvieſcet. Qvot autem dies contineat octimeſtris hic partus, ac qvo ſpatio vertetur, non ita facilè ab authoribus proditum eſt. Ego verò qvod ex Hippocrate colligere potui, fideliter huc transferam. Nam qvæ ſeptimeſtris fœtus ducenteſimo qvarto a conceptu die, ut id qvod longiſſimum eſt, prodire debet: id eſt duobus diebus, cum dimidio, priusqvam integer menſis ſeptimus compleatur: ideo ſi ſeptimum proximè octavus ſeqvitur: poſtridie incipiet octavus menſis, i. e. ducenteſimo qvinto à conceptu die: duratqve usqve ad primos decem dies noni menſis: qvod ſpatium ferè integrum continet ſextum dierum qvadragenarium.

Hoc autem eleganter demonſtravit *Hippocrates lib. de ſeptimeſtri partu: dum ait, octavum menſem non ſolum eſſe hoc tempus: ſed illi etiam dies accidere à ſeptimo menſe & à nono: ergò longius eſt illud temporis ſpatium, qvo octimeſtris exoriri fœtus ſolet, qvam qvo ſeptimeſtris.* Atqve hæc cum ita ſint conſtituta, ignorandum tamen non eſt ex *Ariſtotele, (7. de hiſtor. anim. 4.)* in Aegypto vivere aliqvando, atqve adoleſcere, qvi octavo menſe naſcuntur: & qvibusdam etiam aliis itra

loçis

locis: ubi nimirum mulieres ex qvadam cœli benignitate, ac felici temperamento fecundæ ſunt magis, multosqve ſimul & facilè fœtus pariunt. Et Hippon. Metapontinus *Cenſorino* teſte, (*de die nat. c. 11.*) univerſum ſpatium, qvod à ſeptimo ad decimum usqve menſem protenditur, hominum partui aptum eſſe exiſtimavit. At *Plutarchus* (*De hiſtor. philoſ.*) ex Diocle, atqve Epicuro, octavo menſe natos vivere aſſeruit infirmos tamen atqve ideò freqventer mori, & *Plinius*, (*lib. 7. c. 5.*) idem ſimiliter affirmavit: dum translatitium eſſe inqvit, & octavo gignantur adjectiq; tales partus eſſe etiam vitales in Italia contra priſcorum opiniones. Has autem magnorum virorum authoritates cum refellere minimè liceat: id qvidem pro re præſenti ſtatuendum nunc puto: omnes ſcil. partus ante nonum menſem ſemper de vita periclitari: neqve hoc octavi tantum menſis vitium eſſe: ſed & ſeptimi qvoqve, in qvo natos & Hippocrates, & complures alii rarò vivere obſervarunt.

Fateor tamen hos, neſcio qvid, qvàm octimeſtres eſſe vivaciores: qvod nimirum in [illegible] illa, ac qvaſi præcoci maturitate majus etiam robur oſtenditur, eademqve ratione ſeptimeſtres in lucem prodeunt, ut & criſis etiam, qvæ materia non adhuc bene concocta perficitur: qvæ tamen in die Decretorio peragatur: attamen non propterea perfecta fuit: Eſt igitur ſeptimeſtris natus, qvantum ad dierum numerum ſpectat, ex

natura

naturæ inſtituto editus; at qvia non adhuc integrum ſpatium in utero exactum eſt: ideò & pupillus & langvidus, & cum periculo prodit.

Proinde in mea ſententia libenter perſiſto, qui dixerim ſeptimum dierum qvadragenarium legitimum eſſe pariendi terminum: ac magis omnibus naturalem, atqve hoc unum verisſimè obſervo, cœteros alios maturiores partus aliqva ex parte ſemper eſſe imperfectos: tardiores verò non ita: ſed tantū aliqvo naturæ impedimento ſegniores fuiſſe: ideoqve plus temporis reqviſiviſſe, ut in utero perficerentur. Sic fructus ante maturitatis terminum ſi decidant, fere erunt acerbi, imperfectiqve; non ita tamen de ſerotinis judicabis: nam modò hæreant appenſi, niſi externa vis vitiet, utcunqve integri ſunt. Fateor igitur multos octimeſtres vitales non eſſe: ſed falſum id tamen puto, hos omnes interire: nam qvod autores dixerint, illos vitales non eſſe: aut magna ex parte hoc dictum intellige: aut dices ſecula illa plus nimio numeris credidiſſe: ideoqve res ipſas plerumqve non ex propria natura, ſed tantum pro numeri ratione menſos eſſe. Qvamobrem qvod *Celſus* (*Lib.3 c.4.*) in cenſendis diebus criticis ſentiebat: idem ego in antiqvis partus temporum computatione non alienè dicam: antiqvos ſcil. illos celebres à Pythagoricis numeris nimis falſos fuiſſe.

CA-

## CAPUT VIII.

## De Novimeſtri & Decimeſtri partu.

DE novimeſtri partu nemo unqvam ambigit, num vitalis ſit, ac receptiſſima omnium eſt opinio: illum fœtum maximè victurum eſſe, qvi nono exoritur menſe: habet enim, inqvit *Hippocrates* (*Lib. de carnib.*) ad hebdomades numerum exactum: qvatuor enim denarii hebdomadum, dies ſunt ducenti & octoginta. Hoc autem novimeſtre ſpatium incipit ferè poſt primos decem dies noni menſis: ad qvem qvidem terminum pertinere octimeſtrem partum antea docuimus: atqve ad decimum diem decimi menſis accedit. Qvæ qvidem clariſſima eſt Hippocratis ſententia *libro* de carnibus: dum novem inqvit, menſium, & decem dierum partus & vivit &c.

Ergo fœtus hic novimeſtris illo geſtationis intervallo exoriri ſolet, qvod eſt inter ducenteſimum & qvadrageſimum ſextum à conceptu diem, usqve ad ducenteſimum ſeptuageſimum qvintum cum dimidio: qvem terminum ad humanum partum eſſe omnium perfectiſſimum ac maximè naturalem, ideo mihi perſvadeo: qvoniam Chriſtus humani generis Servator, illud ſpatium in Virginis utero eſſe voluit: nam ut notat etiam *D. Auguſtinus* (*4. de Trinit. 5. & lib. 83. qvæſt. 56.*) diebus ducentis, ſeptuaginta ſex perfectio corpo-

corporis Dominici ad partum perducta comperitur: ſicut a majoribus traditum, ſuſcipiens Eccleſiæ cuſtodit authoritas; octavô enim Calendas Aprilis conceptus creditur: natus autem traditur octavo Calendas Januarias.

Decimeſtrem vero partum nihilominus, qvàm novimeſtrem vitalem eſſe cônſtanter affirmo. Hujus rei plura nos anteà attulimus teſtimonia. Sed qvot dierum hoc decimeſtre ſpatium exiſtat, hunc tantùm apud Hippocratem invenire locum potui: libro nimirum de ſeptimeſtri partu: ubi partus, inqvit, decimeſtris in ſeptem qvadragenariis naſcitur: ut vix videatur differre à novimeſtri, qvi à fine ſeptimi qvadragenarii, qvatuor tantùm infra diebus cum dimidio diſtat: atqve his paucis ſolùm diebus decimeſtris partus novimeſtrem ſuperare videbitur. Ideo arbitror communem qvandam eſſe dierum portionem, qvæ tum novimeſtris tum decimeſtris communis ſit: qvemadmodum dici etiam ſolet in morbis acutis de decimo qvarto die: qvi & finis eſt ſecundæ ſeptimanæ & initium tertiæ. Qvanqvam ſi qvis dicat finem decimeſtris partus extendi ultra ſeptimum qvadragenarium, qvindecim diebus: ut nimirum compleat numerum decem lunarium menſium, maximè rationabile illud eſſe exiſtimabo. Nam qvicunqve partus poſt nonum menſem eduntur, non tot laboribus objecti ſunt, perinde ac qvi anteà in lucem prodeunt: nam qvamvis frigidiu forTaſſe

tale temperamentum præ ſe ferunt: nihil tamen habent præter naturam, qvod inculpare jure poſſis: ſiqvidem naturales parientium ſucceſſus diligenter obſerves.

## *CAPUT IX.*

## De Undecimeſtri partu & reliqvis tardioribus.

DE Undecimeſtri partu magna ſolet eſſe controverſia, num vitalis ſit. Ideoqve operæ pretium fuerit, varias de hac re autorum opiniones adducere: ac deinde ſtatuere, qvid ingenue ſentiendum ſit. Putat *Hippocrates, (De nat. pueri propè fin.)* partum illum, qui poſt decem menſes viſus eſt prodiiſſe, plane eſſe fallacem: nam qvæ longius, inqvit, qvam decem menſium tempus uterum geſtare ſibi viſæ ſunt (nam hoc ſæpe, ait, audivi) illæ ipſæ deceptæ ſunt: ſæpe enim flatu attolli uterus videtur: menſesqve ſiſtuntur: ut propterea falſa eſſe videatur conceptio.

Statuit ergò, non licere fœminam diutius decem menſibus uterum geſtare. Nec enim adeo ſufficiens eſſe matris alimentum, ut magno fœtui ſatis eſſe poſſit; nam qvicqvid dulciſſimum eſt in ſangvine, ad ſe trahit fœtus. Hoc etiam in fragmento de ſeptimeſtri partu idem autor affirmat: ac dicti rationem adjecit: nihil ſcil. vivere, atqve adoleſcere præter ſuæ naturæ fines. Ut

[illegible]

jam tandem humani partus terminum non ultra decimum menſem prorogari velit. *Libro tamen de octimeſtri partu*, neceſſe, inqvit, eſt, cum ultra plenilunium mulier concipit, eum conceptum undecimum menſem attingere. *Alibi* etiam, (*De ſeptim. partu*) mulieribus, inqvit, fides detrahenda non eſt: cum ajunt, undecimeſtres ſe parere aliqvando. Ac *Plinius* Veſtaliam, ait, undecimo menſe Suillum Ruffum peperiſſe. Et *Gellius* [3. *Noct. Att. c. 16.*] (qvod qvidem plurimi ſemper feci) *fœminam*, inqvit, *bonis atqve honeſtis moribus, non ambigua pudicitia in undecimo menſe poſt mariti mortem peperiſſe: factumq́; eſſe negotium propter rationem temporis*, qvaſi mortuo marito poſteà concepiſſet: qvoniam decemviri in decimo menſe gigni hominem, non in Undecimo, ſcripſiſſent. Sed Divum Hadrianum, cauſa cognita decreviſſe, in undecimo qvoqve menſe partum edi poſſe; idqve ipſum ejus rei decretum nos legimus. In eo decreto Hadrianus id ſtatuere ſe dicit, reqviſitis veterum Philoſophorum & Medicorum ſententiis. Prætereà *Conciliator* (*Differ. 49.*) ſeipſum perhibet, moram decem menſium, & qvatuordecim dierum in utero contraxiſſe.

In hac igitur opinionum diffidentia petita tantiſper ab Hippocrate venia, mea ſententia eſt, (an probabilis antè, alii judicent) poſſe, ac nihilominus ſolere undecimeſtrem partum ex naturæ præſcripto in lucem prodire. Sic autem ex *Galeni*

*( 3 De natur., facult. 12. ) [illegible] nem deduco. Poſtquam illa naturalis facultas, quæ expultrix uteri facultas fœtum extra propellit. [illegible] autem noſtri corporis particula quidquam eſt [illegible] nit, quod prius attraxerat: niſi id maxime [illegible] in [illegible] tranſferit affectum: ac [illegible] fiat: ſic ventriculus poſtqvam [illegible] eſt ſatiatus, reliqvum tanqvam alienum [illegible] onus detrudit. Non aliter ipſe etiam uterus nunqvam fœtum expellit, niſi ab eo moleſte [illegible]. Offenſio autem communiſſima qvædam cauſa eſt, [illegible] expultrix facultas ad actionem inſurgit. Atqve in utero triplex omnino eſt offenſionis cauſa, moles, pondus, morſus: moles qvidem ubi amplius diſtendi uterus non tolerat: pondus, cum ſupra vires ejus [illegible] morſus, ubi humores, qvi prius in membranis continebantur, his diſruptis in ipſum uterum ſunt diffuſi, vel etiam totus partus corruptus, & putridus, ac in noxiam ſaniem diſſolutus, uteri tunicam [illegible] mordicat.* Atqve hæc Galenus: qvibus ad hunc modum conſtitutis: concedo eqvidem nonum ac decimum menſem communiorem eſſe pariendi terminum: tunc enim & magna eſt fœtus moles, & grave pondus. Verum cur ſerius etiam aliqvando evenire non poſſit, minime video. Poteſt enim fœtus juſtam molem tardius æqvo acqvirere: ac ſi [illegible], ut mature acqvirat: poteſt tamen [illegible] uterus, ut in decimo menſe multum extenſus, valeat adhuc amplius diſtendi: [illegible] propterea diutius etiam ferri partus

poſſit,

poſſit. Præterea cur fieri non poteſt, ut frigidior uteri, ac ſeminis natura fœtum etiam frigidiorem ac minus vigentem reddat? ut propterea tardisſimus ſeſe fœtus movere, ac membranas diſrumpere valeat?

Mihi qvidem & hæc omnia factu poſſibilia videntur: & ſæpe etiam eveniſſe nihilominus ſcio: ut mirum non ſit, ſi hæc mihi conceſſeris (concedere autem nullà controverſià debes) poſſe fœtum & ultra decimum menſem, & ad undecimum usqve produci: aut etiam ad longum tempus. Concedo eqvidem ſemina omnia cerealia in terram injectà certis temporibus intus latere, certis prodire; ac ſimiliter matureſcere, (nam & hoc etiam collatione uſi nonnulli, impoſſibile eſſe arguunt, ut fœtus ultra nonum aut decimum menſem legitimè in lucem prodeat.)

At nemo mihi abnegabit, aliqva ex his ſeminibus eſſe, qvæ certis terris commiſſa tardius aut citius aliqvando & prodeant; & germen emittant: qvod ſimiliter de humano ſemine dicendum puto: atqve eò etiam magis, qvod humanus conceptus multiplici varietati expoſitus eſt: pluresqve omnino mutationes, qvàm qvævis alia ſemina ſubire ſolet.

Atqve hæc ſatis efficax cauſa ſemper mihi viſa eſt: cur fœtus interdum ultra decimum menſem prodire naturaliter poſſit: cui ſi allatas à me antea magnorum virorum autoritates adjunxeris, nihil amplius dubitare hîc poteris. Qvanqvam

illud etiam advertendum puto, qvod nihilominus ex *Hippocrate* acceptum eſt: (*De octim. partu*) Nimirum in qvocunqve partu perfecto: ac præſertim ſi ultra nonum decimumqve transgreditur, primum geſtationis menſem ſectum, nullumqve ac dimidia etiam parte breviorem aſſumi interdum poſſe: cum tamen in ſeptimeſtri plus dimidia illius parte numerari neceſſe eſt: in tardioribus autem ac præſertim in undecimo hoc minimè eſt neceſſarium: ſed ſatis tantum fuerit, ut exigua qvædam particula ejus menſis computetur, ut integer menſis exiſtat: Nam ſi qva mulier decimo ante lunæ congreſſum die, aut qvatuor ferè diebus poſt plenilunium conceperit: tunc primus ejus geſtationis menſis decem tantùm dierum fuerit.

Benè igitur advertit *Hippocrates*: qvæ ſcil. poſt plenilunium conceperint, ad undecimum usqve menſem pervenire oportere; tunc enim Menſis id ſpatium intelligitur, qvod inter plenilunium ac conſeqventem lunæ congreſſum intercedit: qvod qvatuordecim dierum, aut etiam pauciorum exiſtere poteſt. Atq; *libro de ſeptimeſtri partu*; pars, inqvit, in undecimo menſe menſis eſt, ut ſic ſatis memorabilis exiſtat. Sed hæc tametſi non doceat Hippocrates: mihi tamen ut ingenuè fatear, ſectio hujusmodi menſium ac mutilatio in ſubducendis partus temporibus exiguum uſum præſtare videtur: nam qvoniam per integros lunæ menſes res ipſa ſatis benè ſuccedit:

qvid

qvid qvæso primum menſem minuere an dividere neceſſe eſt? Etenim & anni dimidium, qvod breviſſimum ſpatium in partu ſeptimeſtri ſtatuit Hippocrates: etiam ſi primum menſem integrum ponas, ſeptem menſium nihilominus eſſe comperies: nam in ultimis menſibus nihil intereſt: initiumnè, an potius medium adnumeres; Qvodq́; ait, eos partus, qvi in plenilunio concepti ſunt, undecimum menſem neceſſario attingere, nihil hoc ad exactas temporum rationes facit: nam ſi fiat, ut primo menſe integro intra decimum menſem totum geſtationis ſpatium comprehendas, expeditior certè res eſt, atqve ipſi etiā *Hippocrati* magis conſona: qvi ultra decimum menſem prodire partum naturalem prorſus poſſe negavit. Sed hæc exqviſitius ii viderint, qvi majori otio de rebus perqvirunt.

De reliqvis verò partibus, qvi ultra undecimum menſem in lucem prodeunt, plures adhuc ambigunt: negantqve omninò tam tardum pariendi tempus unqvam fœminas experiri. Ego verò tardius undecimo menſe qvandoqve naſci partum poſſe, ſatis mihi perſvadeo (qvanqvam rarisſima hujusmodi ſunt exempla) ſiqidem illæ affuerint cauſæ, qvæ, paulò ante & moram, & tarditatem parientibus afferre ex Galeno abundè docuimus. Et ſunt etiam clarisſimi qvidam viri, qvi tales partus ſe obſervaſſe, teſtati ſunt. Credidit Timæus, ut narrat *Plutarchus*, (*de hiſt. philoſ.*) duodecim menſibus partum geſtari: no-

 vem

vem tamen eos interdum exiſtimari: interdum & ſeptem: qvia non ſemper ſtatim à conceptione menſtrua ſupprimuntur. Teſtis eſt *Plinius*, (*Lib. 7. cap. 5.*) L. Papyrium prætorem, ſecundo hærede de lege agente, bonorum poſſeſſionem contra eum dediſſe, cum mater partum ſe tredecim menſibus diceret tuliſſe: qvoniam nullum certum tempus pariendi ſtatutum videretur. Et *Avicennas* (*9. De natura animal.*) dixit ſibi, ait, una fide dignus, qvod una mulier peperit poſt decimum qvartum menſem unum puerum. Sed horū exempla plura adhuc habes apud Joan. *Schenckium* (*Lib. 4. obſ. 1..*) qvi etiam vigintitrium menſium geſtationem extitiſſe narravit. His autem autoribus & fidem eſſe adhibendam puto, & in dubio arbitror, in qvibusdam regionibus, in qvibus non ita fœcundæ mulieres ſunt, ac proptereà imbecilliores eduntur fœtus, longius etiam tempus ad juſtam parturitionem reqviri: neqve enim niſi plurimum menſium ſpatio apta ejus corpuſculi moles comparari poteſt. Ergo ſatis hactenus diſputatum ſit, qvi vitales partus: qvi minus vitales partus exiſtant. Qvod ſi hæc noſtra, qvæcunqve ſunt, his minime ſatisfecerint, qvibus nimis eſt turgens ſupercilium: abunde pro me fuerit, nihil huc attuliſſe: qvin Hippocratem Galenumqve authorem; aut ipſam rei naturam conſentientem habuerint. Cætera addant ipſi, ſiqvidem feliciore ingenio atqve in rerum cauſis perſcrutandis acutiore exiſtant.

CAPUT

LIBRI III.

# SECTIONIS OCTAVÆ

De

# MONSTRIS

## CAPUT I.

### Qvinam partus monſtroſi rationalis animæ participes ſint, qvive pro uno homine, aut duobus habendi?

*Scribendi occaſio.*

PArtus ita interdum monſtroſi in lucem prodeunt, ut non ſolùm ſpectaculi novitate nos in ſui admirationem trahant, ſed ancipites etiam reddant, nũ ſpeciem ſervent humanam: ac propterea ſacro baptiſmate exornandi ſint. Qvæ res, ut qvandoqve etiam conſtet: illud tamen non rarò in qvæſtionem revocari ſolet, unumne animal, aut plura illud ſit, qvod enatum eſt monſtrum; hoc nimirum conſilio: ut palam fiat; ſemel ne an bis baptizari conveniat. Hujusmodi autem problemata qvanqvam Theologi viri gravisſimi: itemqve ſacrorum canonum Doctores, ſuo qvodam jure diſceptant: attamen eſt, cur intereà noſtra ab illis reqviratur ſententia: qvippe qvi fabricam humani corporis, membrorum uſus, ac munera: in

qvorum notitia omne qvæſtionis momentum verſatur, ex officio tenere, ac tradere ſolemus.

Cum igitur ſatis jam conſtet, eos tantum pro-tus baptizandos eſſe, qvi rationalem animam ſortiti ſunt; atqve illum qvoqve pro unico ho-mine habendum: qvi unius tantum animæ par-ticeps eſt: illum pro duplici, qvi duas habet: non ita tamen promptum fuerit, hoc ipſum uti-qve dignoſcere: nimirum qvodnam inter mon-ſtra rationale animal debeat exiſtimari: qvodve unum tale; ac qvod plura.

Ergò hic mihi in præſentia labor ſuſcipitur: qvi ut honeſtus ac pulcher: ita etiam haud faci-lis mihi videtur: nam & multarum, nec vulga-rium qvæſtionum notitiam exigit: & nemo in-ter medicos, qvod ſciam, hanc tractationem ſe-cundùm aggreſſus eſt: qvamobrem aut venia da-bitur mihi ab ingenuis lectoribus: ſi hac illis non omni ex parte ſatisfacient, aut laus aliqva etiam ſperanda: dum egregiam hanc ſcribendi occaſionem tantiſper præbeo.

## CAPUT II.

### Qvæ corporis figura animam ra-tionalem monſtro ineſſe ſigni-ficat?

IGitur, ut ad inſtitutum; enato jam monſtro, nulla mihi præſtantior ratio eſſe videtur, ut conſtet, rationalené illud ſit animal, qvod pro-

dis,

dit, an brutum: qvam figuræ corporis, aliusqve formæ contemplatio: nam tametſi anima, quæ incorporea ſubſtantia eſt, nullo ſenſu exacte comprehendi poteſt: reverà tamen *accidentia* ad id, qvod qvid eſt, exiguam conferunt partem: ac per ſenſum, qvi circa viſum eſt, non obſcurè, inqvit, *Ariſtoteles* (2. *Top. t.3.*) ea, qvæ in unoqvoqve eſt forma, dignoſci valet. Ergo ſi fœtus, de qvo qværitur, corpus humanum exculpta figura intuebimur: homo ſine ulla controverſia fuerit: ac baptiſmate dignus. Si verò ab hac nota receſſerit, nemo illum hominem nuncupabit: nec propterea ſacro illo charactere obſignandum:

Sed hæc qvamqvam vera: nimis tamen tenuiter jejuneqve dicta ſunt: nec ad qvæſtionem ſatis: ideoq; pluribus etiam ex plicanda ſunt mihi. Qvalis humana ſit figura omnibus planè notum eſt: qvalis item altera: ne id qvidem latet. Etenim videas interdum partu editum monſtratum glirem, buffonemve, aut ſerpentem aut herinaceum, aut qvædam alia inhumanæ formæ animalia: qvæ ſi qvando eduntur, non modo baptizari non debent: verùm prorſus de medio tollenda ſunt: ne infandi partus immerita fortaſſe mulierum infamia in vulgus diſpergatur: neve turpi rei memoria in qvorundam mentibus inhærente, ſimile qvipiam aliàs in civitate concipiatur: tum etiam ut ſiqvid ſiniſtri monſtrum portenderit: id proprio exitio in ſuum recidat caput.

Nec eſt, cur dicas, qvod ex noſtro ſemine eſt, id qvoqve noſtram eſſe prolem: ac ſervandam propterea; impiumqve eſſe ac nefas interficere. Etenim noſtram prolem illam ego veriſſime exiſtimabo: qvæ ex ſemine ſuis viribus integro neqve unqvam corrupto generatur: nam qvæ monſtra ex corrupto, maleve diſpoſito ſemine concepta ſunt, non magis ad prolem noſtram pertinere dicam: qvàm etiam vermes, qvi ex putreſcente illo fieri aliqvando poſſunt.

Verùm & iſta etiam Monſtra, qvæ nihil hominem repræſentant, adhuc bifariam diſtingvuntur: nam aut certi effigiem habent animalis: ut qvæ modò retulimus aut res qvædam, incertæ formæ, ac promiſcui generis apparent. Utcunqve autem ſint, ſive ſint animalia, ſive plantarum inſtar duntaxat vivant, inhumana ſunt omnia: neqve his ullus eſt ſacramenti locus: cujus rationalis tantùm anima nec ulla præterea ſubſtantia capax, ac particeps eſſe poteſt.

# CAPUT III.

## De humano monſtro cum ferino capite: aut de ferino cum humano capite, item de qvibusdam particulis, qvæ præter naturam geminantur, aut deſunt, aut monſtroſè augentur.

SEd hæc jam omnibus nota ſunt ac perſpecta: illud autem non ita adhuc conſtat: qvid mi-

nimirum ſentiendum ſic: cum cœtera hominem qvidem præ ſe ferunt; caput tamen ſit vituli aut canis tum etiam arietis aut bovis, aut ſi qvando aliud eſt brutæ naturæ animal. Talia enim monſtra & noſtris temporibus viſa ſunt: & meminit etiã *Ariſtoteles*,(*4.De gener.anim.4.*)Huc etiam referas licet,qvæ pro pedibus ungulas; ac pro auribus auriculas gerunt: atqve ut univerſim dicam, partim hominis partim bruti habent animalis. Ergò hâc in re ea mihi ſententia eſt:ut ſi plurimæ monſtri partes ac caput præſertim humanam præ ſe ferant figuram,baptizandum illud putem: contrà vero ſi evenerit, pro bruto habendum. Hoc idem ſignificare viſus eſt Divus *Bonaventura*: (*4. Sent.Diſt. 4.part. 2.*) dum monſtrum, inqvit,qvod partim eſt homo,partim eſt beſtia: ſiqvidem partes principales ſint hominis,animam habet humanam. Et *Conciliator qvarta ſectione problematum* veriſſimè ſtatuit,tunc aliqvod animal noſtrum genitum dici debere:cum tantum humanum præ ſe tulerit caput: etiamſi in multis aliis partibus ſit monſtroſum: aitqve etiam Doctores Legis, illud baptizandum eſſe præcipere, tanqvam in noſtra ſpecie recipiendum.

In hoc autem judicio principem ideò locum capiti tribui neceſſe eſt: qvoniam mens humana in eo ſedem habet: de qva tamen re plurimis poſteà differemus. Qvod ſi dicas, Syrenes, monſtra hominum voraciſſima: itemqve Nereides, qvanqvam cœtero corpore longè abſimina

mana figura diſſideant, attamen humanum caput habuiſſe: ut propterea etiam homines [illegible] eſſe putandum ſit. Ad hæc ego, non ſatis mihi perſvaſum eſt, num qvæ de his monſtris aut [illegible] prodidit, vera ſint, an potius fabulæ, ut & pleraqve alia decantata. Sed ut demus vera eſſe: nego tamen humanum caput illas habuiſſe, ſed ſimilem tantùm illius figuram præ ſe tuliſſe, contenderim: cujusmodi etiam cætera alia inhumana monſtra eſſe non dubito: qvæ nimirum [illegible] hominis capite inſignita eſſe circumferuntur, ſive mari ſive terris ea naſcantur. Atqve hæc ut inhumana ſunt omnia: ſic illa hominis naturam retinere affirmaverim, qvæ muliebri partu edicta, capite tamen arietis aut bovis eſſe videntur. Hi enim, inqvit *Ariſtoteles*, (*4. De gener. anim. 3. inprinc.*) humani nihilominus partus ſunt, nihilqve ait, ex his eſſe, qvæ nominant: ſed ſolum qvandam ſimilitudinem generari. nam memoriæ proditum eſt, nonnullas mulieres, qvæ leporem, aut ovem vehementer appetiverunt, filios propterea peperiſſe, ore leporino, aut pedibus ovillis: id eſt, qvæ leporis os aut pedes ovis referrent.

Ergo in hoc ferendo judicio genus qvidem ante alia ſpectandum eſt: qvod ſi e. g. humanum, atq; ex muliere fuerit, haut eqvidem [illegible] illud naturæ propterea exiſtimabis: ſiqvidem una, aut altera duntaxat particula bruto ſimilis apparuerit: ſed ſi plures præſtantioreſqve

ac

... ſi non tam ſimiles, qvam ejusdem naturæ. Verum ſi qvod unqvam prodierit monſtrum, cui deſit tantùm pars aliqva corporis, qvales apedes ſunt, unimani, monoculi, ac ſimiles qvidam: nihil hoc eſſe debet impedimento, qvo minus hominem putes; cujus etiam conditionis ea fuerint, qvibus pars aliqva ultra naturæ modum excreverit, aut numerus auctus ſit: cujusmodi natus eſt puer M. *Marcello*, (*Jul. Obſeqvens de Prodigiis*) P. Sulpitio Coſſ. cum qvatuor manibus & totidem pedibus: & alius L. Furio, Attilio Serrano Coſſ. duplicatis pedibus, manibus, oculis, & duplici item obſcœno. His igitur, qvoniam humanæ formæ nihil detractum eſt: baptismus haud injuriâ concedetur. Securè etiam huc illos admiſeris, qvibus non jam naturalis ulla particula; ſed inanimum aliqvid adnaſcitur: ut cornu, galea, cauda, & ſimilia nonnulla: nihil hæc enim ſi cætera adſint, humanæ detrahunt naturæ.

## CAPUT IV.

### De partu ferino ex humano ſemine.

HOc etiam in loco non alienè qværere qvispiam poſſet: num qvi fœtus à brutis animalibus, qvæ ex humano conceperint ſemine, in lucem eduntur: aut qvos mulieres aliqvando ab illis compreſſæ peperint, inter homines revera habendi ſint. Narrat enim *Montanus*, (*in Avicen.*

*cen. ſen. 4.*) qvendam naufragio ejectum in inſulam, ubi magna erat ſimiarum copia, ex illis unam ſubegiſſe, à qva filium ac filiam ſuſcepit, qui nec homines eſſent nec ſimiæ: ſed mixtæ ſpeciei animalia. Vacca etiam cum, ut ſcripſit Albertus, à paſtore conciperet, fœtum edidit hominis figuram repræſentantem. Narrat etiam *Plutarchus* (*In ſympoſio.*) ad Periandrum allatum eſſe infantem, ex eqva & homine natum: cujus caput, collum, & manus hominis eſſent, cætera eqvi, ejulatus Infantis. Idem etiam *author* eſt, (*In paralel. num. 54. 55.*) Fulvium Stellum mulierum odio eqvæ ſeſe commiſcuiſſe, qvæ deinde puellam peperit admodum formoſam. Atqve Ariſtonem Epheſinum ſimiliter mulierum genus peroſum, cuidam ſe aſinæ immiſcuiſſe, qvæ ſuo deinde tempore puellã ſpecie honeſtiſſimam peperit. Neſcias igitur, num hos homines putes, an bruta potius animalia? multæ enim difficultates occurrunt, qvæ arduam hanc qvæſtionem reddant. Ergò longis diſſertationibus in aliud tempus dimisſis: ea, qvæ noſtro propoſito magis conveniunt, ſuccinctè attingam. Galenus (*l. 3. U. P. cap. 1.*) hanc mixtionem corporum adeò differentium neqvaqvam admittit: non enim inqvit, ſicut plaſtæ & pictores ipſorum colores, tum figuras ſolum componunt ſic etiam facit natura: verum totas ſubſtantias commiſcet, qvæ impermixtæ, & puræ ſint. non ergo ſi coitus qvidam venereus homini cum eqva fie-

at

at, perficiet uterus ſperma: eqva enim aſini: & aſina eqvi poterit certè recipere ſpermă & retinere, & perficere ad animalis mixti generationem: ita & lupa maſculi canis, canis verò ipſa non lupi ſolum: ſed & vulpis: ſicut & vulpes canis.

Præterea cum Galeno ſentit etiam *Lucretius*, (*5. De deorum natura.*) qvi non ſolùm impoſſibilem hanc eſſe cenſet miſcelam, ſed ſuæ etiam ſententiæ rationem ſic eleganter adjecit:

Sed neqve centauri fuerint: neqve tempore in illo
Eſſe qveat duplici naturâ, & corpore bino
Ex alienigenis membris compacta poteſtas:
Hinc illinc parvis, ut non pari eſſe potis ſit:
Id licet hinc hebeti qvāvis cognoſcere corde.
Principio circum tribus actis impiger annis
Floret eqvus: puer haudqvaqvam: qvin, ſæpè etiam nunc
Ubera mammarum in ſomnis lactantia qværit.
Poſt ubi eqvum validæ vires ætate ſenecta,
Membraqve deficiunt fugienti langvida vita:
Tum demum pueris ævo florente juventas:
Ne forte ex homine, & uterino ſemine eqvorum,
Confieri credas centauros poſſe, nec eſſe:
Aut rapidis canibus ſuccinctas ſemimarinis
Corporibus Scyllas, & cætera de genere horum:

Inter

Inter ſe qvorum diſcordia membra videmus
Qvæ neqve floreſcunt pariter: neqve robora
ſumunt
Corporibus: neqve proficiunt ætate ſenecta:
Nec ſimili venere ardeſcunt, nec moribus unis
Conveniunt: nec ſunt eadem jucunda per
artus.

Ergò cum animalium diverſæ ſpeciei, multumqve alienæ inter ſe naturæ miſcelam ad generationem negent celebres iſti authores; *Plinius* (*c.12. l.7. H. N.*) verò Indorum qvosdam, ait, cum feris coire; mixtosqve & ſemiferos eſſe partus. Notisſimum eſt etiam *in Aphrica* inopia aqvarum, ad paucos amnes ſe congregantibus feris, multiformes animalium partus fieri, variè fœminis cujuscunqve generis mares aut vi, aut voluptate miſcente. Unde etiam vulgare Græcorum dictum, ſemper aliqvid novi Aphricam afferre.

Vides ex his igitur, diverſorum animalium miſcelam ad gignendum non ſemper ineptam eſſe. Ergò ſi brutum animal ex homine poſſe concipere mihi conceſſeris: facilè tunc etiam ad qvæſita Ariſtoteles reſpondebis. Partum ſcilicet qvem ex humano ſemine eduxerit ſimia, humanum eſſe: ipſi enim maſculo tantùm formæ opificis vim ineſſe, ac motus initium manifeſtè do*cuit*. Ideoq; eum ſemper agere, fœminam patientem eſſe. Ac *ſecundo* de generatione animalium, c. 4. corpus ex fœmina eſſe, animam ex mare ſtatuit.

At verò dū hæc ex eodē authore, ac rebus ipſis magis

magis intento, diligentiùs perqvirens, video ex diverſæ ſpeciei animalibus, aut commixto aliqvid prodire, qvod propriam ac peculiarem qvandam ſpeciem ſtatim habet: aut qvod certè ad fœmineam magis vergat. Illum, *inqvit*, qvæ non omninò unigena coëunt, ſiqvidem tempus par, & uteri geſtatio proxima, & corporis magnitudo non multo diſcrepent: hæc primos partus ſimiles ſibi edunt, communi generis utriusqve ſpecie: qvales ex vulpe & cane generantur: aut ex perdice & Gallinaceo: ſed tempore procedente diverſi ex diverſis prodeuntes &c.

Et *Alexander* Aphrodiſæus (*l. Probl. 97.*) princeps Ariſtotelis interpres: miſtum, inqvit, ſeminū, qvæ tam habitu, qvam natura inter ſe diſcrepant, aliud qvidpiam præter vires ſuorum ſimplicium conficit: & naturam eorum penitus abolet: qvemadmodum albi & nigri mixtio: aboletis extremis coloribus, alium parit colorem fuſcum nominatum: qvi neuter extremorum eſt. Igitur habitus genitalis aboletur: & ſpecierum habilitas omnis deſtruitur, qvæ creatrix certi individui eſt. Ergò qvem vacca, aut ſimia ex humano ſemine fortè ille conceptum pepererit, qvanqvam humanam fortaſſe faciem aut qvidpiam ſimile præ ſe ferre illum poſſe non negabo: attamen verè homo non fuerit; ſed ut ex Ariſtotele & Alexandro docuimus, aut inter utrumqve ambiget, propria qvadam præditus ſpecie: aut certè ad fœminam maternamqve vergit naturam.

Quinimo [illegible] etiam [illegible], ut admonuit [illegible] ſtruit *Galenus*, (*2. De ſem. c. 4.*) tertiam [illegible] ex ſemine materno, cui nihilominus inſit [illegible] [illegible] in utero fieri: ut jam communem quandam ſpeciem ex diverſis ſeminibus [illegible] opificem vim habent, prodire neceſſe ſit. [illegible] eandem ſimilitudinis rationem, quæ [illegible], idem *author perſequitur*. Species, inquit, [illegible] genus animalis ſequitur naturam ſubjectæ ad animal generandum materiæ: h. e. ut ego interpretor, materiale eſſe principium utriusqve ſeminis & menſtrui etiam ſangvinis. *Et alibi* [illegible] *cto.* (*1. de ſem. c. 1.*) plus, inqvit, à matre, qvàm à patre habent naſcentium: ab eqva mulum, à mula hinnum naſci videmus: ſimili modo ex vulpis & canis mixtione fœtum, ſi canis maſculus, vulpis ſpecie præditum effici: ſi contra, in canis formam cadere: ut ſi ovem caper iniret, ovem duriori lanâ: ſi è contrario capram aries, capram molliori pilo gigni: ut nihilominus naturam qvantum ad formam ſpectat, conſtet aliqvid à matre imò amplius verè, qvàm à patre videatur. Veriſſimum ergo ſit oportet, omnem partum, qvodcunqve ſit ſe humanis ſemen, *indignum eſſe*, qvem Sacramento exornes: *ſemper enim* [illegible] num, nunqvam humanum eſſe.

## *CAPUT V.*

### De partu, qvem mulier ex bruti congreſſu ediderit.

Non

Num verò qvem fœtum ex eqvo, cane, brutove alio, mulier aliqvando conceperit, humanum putem, haud facile eſt judicatu. Qvanqvam ſi, qvæ paulò ante ex Ariſtotele, atqve Alexandro attulimus, recipiantur: nimirum aliena ſemina ad terræ naturam tandem accedere, ſemperqve ejus conditionem imitari. nemini dubium eſt, humanum eſſe partum, qvem mulier utcunqve ediderit: modò tamen humana ſervetur corporis figura. Hujus etiam rei non exiguam fidem facit, qvod ex doctiſſimo qvodam authore (*Nicol. Florent. Tract. 4. ſerm. 6. c. 25.*) dictum accepimus. In Italia ſcil. fœminam ex urſo filium peperiſſe, non ſolum humana effigie, ſed ingenio etiam præſtanti: & ex qvo illuſtris familia ortum duxerit.

Ergò ea mihi ſententia eſt, (expectabo interim qvid alii melius ſentiant) humanum eſſe fœtum, qvemcunqve mulier ediderit, qvamvis alienum ſuſceperit ſemen: nam ipſa etiam in fœtu efformando non materiam duntaxat præbet: ſed cum mare vim aliqvam præſtat effectricem: qvod multis ac validiſſimis rationibus monſtravit *Galenus*, (*2. de ſem. cap. 4.*) qvibus etiam etſi nunqvam libenter acqvieverit Ariſtoteles: ea tamen veritatis vis eſt, ut eundem vel nolentem aliqvando induxerit: ut fœminam ſemen emittere: idqve prolificum *confiteretur* (*1. de hiſt. anim. cap. 3. & 10. de hiſt. anim. 18.*) Ergò ſi unqvam fiat, ut ex eqvo mulier concipiat (nam

neqve hoc eqvidem libenter aſſenſerim. Tametſi hæc plus roboris fœmineum ſemen : atqve [illegible] temperiem, menſtruumqve ſangvinem in fœtus formatione habiturum puto : qvàm [illegible] [illegible] ſemen. Neqve etiam ullo [illegible] eqvis commiſceat, qvin ardentiſſimo [illegible] magnoqve accenſa deſiderio ad id [illegible] pellatur : ut jam propterea plus qvàm [illegible] ejus ſeminis calidius, viriusqve eſſe [illegible].

## CAPUT VI.

### De Partu ex Dæmonum concubitu.

HOc in loco illud etiam opportunè adden- dum ; eos nimirum qvi ex [illegible] dæmonum concubitu interdum naſcuntur, homines [illegible] [illegible] eſſe : ac dignos qvoqve, ut [illegible] de more tingantur : ſiqvidem humana ſerventur figura. Neqve enim novum eſt, dæmones [illegible] ſub maris aut ſub fœminæ ſpecie (incubos ſuccubosqve hos vocant) ad coitum mortales allicere : unde & concipiunt interdum fœminæ, & filios ex ſe proferunt : non ſolum ratione participes : ſed ut ex hiſtoriis accepimus, etiam qvibuſdam ingenii laudibus ac prærogativis excellentes. Sic olim gigantes corporis viribus inſignes ideoqve è terra [illegible] generatos recenti adhuc prima animalium generatione fuiſſe memoriæ *Diodorus* (*Lib. 1. cap. 2.*) Sic heroes [illegible]

[illegible]

[illegible] splendore præditi qvos etiam ( *in Gallia.* ) ex amore Deorum erga mulieres humanas: vel ex amore virorum erga Deas, ortos fuiſſe.

Sic etiam in Britannia Merlinum qvendam genitum memoriæ proditum eſt, qvi & prophetico inſtinctu, & multarum laudum præſtantia ad noſtra usqve tempora celebris memoratur. Qvodqve ajunt, ( *Plutarch. in vita Alexand.* ) Olympiadem, Philippi Macedonis uxorem, à ſerpente compreſſam, magnum Alexandrum peperiſſe, non aliena ad hunc concubitum referre poteris.

Neqve eſt, cur dicas, hos partus eſſe impoſſibiles: qvod Dæmoni cum homine nulla ſit naturæ convenientia: aut illos certe utriusqve conditionem participare, ut medii inter homines ac dæmones ſint. Etenim homines ſunt ſine dubio atqve ex humano ſemine procreati: dum enim dæmones ſibi, qvibusdam corporibus cum feminis congrediuntur, ſæcundum ſemen ex alio qvopiam homine excipiunt, colliguntq́ve, qvod deinde adhuc calens, nec genitivo ſpiritu deſtitutum tempeſtive in uterum transferunt.

## *CAPUT VII.*

### Duone capita, an duo pectora ad duo animalia efformanda, reqvirantur.

DE altera autem qvæſtione, qvam à principio

proposuimus: omnino, an plura animalia [illegible] aliquod membrum, non eadem operatione [illegible]. Communis est Theologorum omnium sententia, hoc ipsum docere praeterea partem ullam publicam: dum absque in corpore sit positionem, & [illegible] animae rationalis: ergo si hujusmodi in [illegible] [illegible] sunt, dum eorum illud [illegible] unum plane. Atque hoc optime [illegible] acre adhuc certamen inter antiquos [illegible] naturae indagatores intercedit, quae sit [illegible] modi in homine particula requiritur. *[illegible]*, & *Epicurus*, (*Plutarch. de hist. phil.*) sedem [illegible] animae in toto pectore [illegible] [illegible] in ipso corde, vel in [illegible] cordis. [illegible] [illegible] consistolum: [illegible] in [illegible] [illegible] quidam in [illegible] cordis; alii in [illegible] vel [illegible] nonnulli in [illegible], alii in ea corporis parte, quae a [illegible] ad [illegible] pervenit; [illegible] in eo capitis [illegible] quae supercilia [illegible]. [illegible] [illegible] quae [illegible] [illegible] [illegible] in [illegible].

Ast, horum philosophorum [illegible], [illegible] noverant, vel quia obsoleta jam sunt, atque a communi Doctorum consensu plane [illegible] [illegible] posthabuimus. [illegible] [illegible] in aciem constituere, quorum maxime [illegible] [illegible] [illegible]. [illegible] cor esse affirmat, [illegible] cerebrum Galenus, [illegible] secutus, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible]

rem, libet utriuſque placita in medium afferre: deinde pro virili parte, quid verè ſentiendum ſit, ingenuè ſtatuere. Quod ſi hæc à nobis ſententia non omnibus arriſerit, integrum erit cuique, rebus ipſis ante oculos poſitis, meliorem ſententiam recenſere. *Ariſtoteles* (*de motu animal. c.* [illegible]) animal eſſe ait inſtar civitatis bene legibus inſtitutæ: in qua unico tantum opus ſit Principe, qui ſingulis omnia pro dignitate diſtribuat. Principis autem vicem in animali cor præſtat: quippe quod in regendo ita movet, ut à nullo moveatur: hujuſmodi autem plura ſtatuenda non ſunt; nam ubicunque fieri poteſt, *præſtat* (*3. de part. anim. 4. De juvent. & ſenect. 2. 3. de part. anim. 7.*) unum eſſe, quam plura. *Cor etiam* fons eſt ac principium nativi caloris: *cùm ad* exequenda animæ officia, calor omnium maximè adminiſtrandi vim habet: non immeritò ipſum fuerit animæ ſedes. *A corde* etiam ſanguinis ac venarum principium eſt: ejus enim natura venoſa eſt, ac generis ſocietate cum venis conjungitur: quod quidem ex diſſectione animalium manifeſtè deprehenditur. Præterea ſitus cordis ſedem obtinet principalem: in medio enim eſt, ut undique attingi non longo intervallo poſſit. Cor item omnium partium primum conſtituitur, eſtque etiam ſenſuum origo: nam copia nervorum in ipſo eſt. Ex quibus omnibus tandem ille ſtatuit, cor totius corporis eſſe principium: atque multos in eoſq; graviſſimos viros etiã, ſuam ſententiam traxit.

Qvamobrem [illegible] à nobis qvæſitum ſic (*l. 4. cap.* [illegible] *Gal.*) determinat [illegible] an plura ſint per coagmentationem, quod [illegible] ſtrificum [illegible] animal, judicandum eſt [illegible] ſpirationem v. g. quod unum cor habet, unum animal eſt: quod duo, id duo eſt animalia [illegible] ſibi coaluerint per conceptum conjunctionem. Contra autem *Galenum*, *qui Platonem* (*de Temp.* [illegible] *poſt Princip.*) hac in re ducem ſequitur, non unum ſed tria ſtatuit eſſe membra principia, [illegible] dantes animæ facultates toti corpori diſtribuuntur: & cum ſingulæ ex proprio emanent fonte, rationi maxime conſentaneum *putat* (*l.* [illegible] *4.3.* [illegible] *affect. 7*) mentem ipſam in cerebri corpore ſedem obtinere: atq; in ipſo & rationalis vim & ſenſibilium imaginum memoriam [illegible] *ſtatuit*, cor eſſe qvidem in nobis, qvantum [illegible] ſitum, omnium præcipuum: non autem [illegible] ſoluteq; ſimpliciter; neqve enim natura [illegible] cordi id tribuit, ut dominaretur, [illegible] aliis [illegible] cerebro imperium: cordi obedientiam demandavit. Præterea hinc probat cerebrum [illegible] ſtrumentorum omnium, qvæ ſenſum & motum voluntarium in animalis membra traducunt, originem eſſe: qvod ſcil. illius ventriculis [illegible] vel vulneratis, eorum repente animal ſopitum collabatur: neqve tamen vel arteria [illegible] dis agitatio impeditur. Qvod ſi fiat eodem modo cor [illegible]: arteriarum qvidem [illegible] læſionem affirmat: totum vero animal, neqve [illegible] ſenſu

ſenſu aliqvo neqve in motu notam contrahet.
Præterea ad hanc probationem diverſorum
morborum adhibet teſtimonium: nam ſi in ce-
rebro, inqvit, vitium ſit, in delirium animal,
motusqve ac ſenſus privationem promptè inci-
dere: ſi verò cor laboret, nihil hujusmodi patie-
tur. Sed hoc ipſum etiam ab evidenti remedio-
rum profectu efficaciter *demonſtrat*: (*12. Meth. c.
21.*) cum enim communis ſit omnium medico-
rum ſententia, in phrenitide, ac Lethargo, per
qvos affectus mens hominum laborat ac deliri-
ans interturbatur, remedia capiti, non thoraci eſſe
admovenda, (ita enim ipſe uſus atqve experien-
tia confirmat) hinc haud obſcurè educitur ar-
gumentum, in capite, non in corde, mentem ac
rationem ineſſe. Objectis autem ab *Ariſtotele*,
tum ipſemet *Galenus*, tum qvi ejus doctrinæ ſtu-
dioſi ſunt haud multo negotio ſatisfaciunt. Nam
qvod ait, ſatis unius cordis Dominatu regi ani-
mal: nec pluribus propterea opus eſſe: nullam
hujusmodi propoſitionis neceſſitatem unqvam
attulit philoſophus: ſed cautè adjecit, ſi fieri
poſſit. Reverà autem in homine unicum eſſe,
membrorum principem non poteſt; debebant enim
diverſæ facultates derivari per corpus, qvæ non
eodem, ejusdemqve partis temperamento gau-
derent. Ut jam ideo multiplex in corpore eſſe,
principium debuerat, unde multiplices hujus-
modi partes, facultatesqve oriri, emanareqve
poſſent.

Quod ſi inſtas adhuc, atque unicum eſſe in civitate principem oportere contendas: ne ſi plures ſint, diſſenſio fortaſſe aliqua exoriatur: quod equidem nego; ſed animum hujusmodi eſſe in ullam corporis particulam, vehementer diſſentio. Membra enim inſtrumenta ſunt potius, ac ſedes ubi animæ, quæ Principis vicem gerit, collocantur. Quod vero cor dixerit naturalis caloris principium eſſe, Fatetur quidem *Galenus*, (*l. 6. De uſu part. 7.*) cor fontem atque originem eſſe caloris inſiti, quo animal vivit, atque eundem omnium naturæ operum *authorem* exiſtere: eſſe tamen in corde animæ Domicilium hoc plane negamus. Principes animæ actiones non vehementem illum calorem, qualis in corde eſt; ſed moderatum plane, ac certa affectum temperie requirunt, qualis in cerebro viſcere minus calido, comparari commodius poterat. Ille etiam hoc materiam decet, ſanguinem, qui in cerebro exercendis animæ functionibus opus eſt, a corde quidem ſuſumtum eſſe: atque animalem ſpiritum, prima ſaltem origine vitalem fuiſſe: & in *ſubminiſtranda* materia, (*l 6 De uſu part. 17. & 7. de placit. c.3.*) eam vicem præſtare cor cerebro, quam hepar cordi, ac ventriculus hepati: & quemadmodum ſanguis, quo plura pervadit conſimilium inſtrumenta, eo etiam redditur lyncerior, ita præſtantior evadat; ita omnium perfectiſſima ea ſpirituum concoctio putanda eſt, quæ in cerebro, quaſi ultima impoſita manu, perficitur. Iſi

igitur

igitur connativi caloris principium: ſed nihil hoc ad *Galenum* facit: nam ſpirituum animalium, qvæ proximæ ſunt animæ inſtrumenta, cerebrum ſemper fuerit origo. Qvod vero cor ſangvinis & venarum principium ſtatuerit *Ariſtoteles*: hoc diſſectionum evidentiis maximè refellit *Galenus* (*6 de placit. cap. 4. 5 6.*) neqve enim in hoc diſputationum genere ulla eſſe efficacior poteſt probatio, qvàm qvæ ab ipſa inſpectione deſumitur: ſtultumqve puto, velle aliud naturæ rei, aliud doctrinæ invenire principium. Probatur igitur, ſangvinem ab hepate, ut primo illius conficiendi inſtrumento emanare: nam plurimæ corporis particulæ ab eo tantum ſangvinem accipiunt; cujus conficiendi ſi cor opifex fuiſſet, illuc antè demandari illum fuiſſet neceſſe, qvàm toti corpori diſtribueretur. Venas etiam ab hepate exoriri clara res eſt. Cava enim, à qva maxima venarum pars divaricatur, à gibboſis partibus, Janitrix à concavis complexè dependet: qvæ ſi à corde ducerentur, prætermiſſis qvæ evenirent abſurda, illud etiam eſſet neceſſe, qvod pulſum eſſent habituræ. In medio etiam exiſtit cor: ergò principium eſt animalis.

Incidet argumentum *Galeni*, (*2 de placit. c. 8.*) qvod in hoc genere diſputationis à ſitu partis deſumitur: qvanqvam ut validum illud eſſe conceſſerit: falſum tamen eſt, cor in medio eſſe animali: nam umbilicus hujusmodi eſt in homine:

qvi

qvi nimirum ab extremis partibus [illegible] intervallo. Primum etiam in fœtus formatione conſiſtere cor dixit, ideoque omnium eſſe nobiliſſimum. At *Galenus*, (*De fœt. form.* c. [illegible]) [illegible] omnium & philoſophorum & medicorum ſententiam eſſe videret, fœtum uſque ad [illegible] formationem plantæ modo diſponi [illegible] putat, nullam in illo principio cordis, [illegible] ſuique eſſe neceſſitatem, ſed ipſum poſtea [illegible] alia efformari. qvippe quod materiam [illegible] do corpori neceſſariam præbeat: quam ſententiam veriſſimis etiam demonſtrationibus confirmavit. Qvod autem etiam nervos à corde exoriri dixerit Ariſtoteles, rem omnem ad ſenſus æſtimationem deducit *Galenus*: conſpicuum enim eſt, multos nervos ex cerebro, reliquos ex dorſi medulla enaſci: ipſam vero medullam ex cerebro. *Conſpexi*, in ſacrificiis, victimam ex-[illegible] pro corde, utrique jam impoſito, cum reſpiraret & ingenter clamaret, eum etiam fugere: tum jumentum, qvibus dorſi medulla ad ſummum [illegible] cum abſciſſa, [illegible] quidem amplius progredi potuerunt. At qvia ipſe etiam Ariſtoteles in hoc comprobando [illegible] judicio [illegible] ſuamque ſententiam ex illa differentia confirmat; ambigunt plerique, utri fides ſit adhibenda; verum qvi in ipſis rebus diligenter verſantur, atque in corporum diſſectione profecerunt, nihil hoc quantum judicatu difficile. Galeno facile palmam deferunt, qvare Doctiſſimi non-

nulli

nullos miror Ariſtotelis Interpretes, qvi cum ipſam corporum inſpectionem Magiſtri placitis adverſari intuerentur, ad novas neſcio qvas nimiumqve à ſenſibus remotas interpretationes, qvaſi ad diverticula qvædam confugerunt: ac rem ipſam ſatis per ſe conſpicuam, obſcuriſſimis Diſputationibus, tanqvam tenebris obduxerunt. Ergo & ſi magna eſt Ariſtotelis authoritas: major tamen naturæ vis eſt: qvam intimius attigiſſe Galenum peritioribus eſt perſvaſum.

## *CAPUT VIII.*

## Qvæſtionis concluſio & confirmatio.

RElìqvum igitur eſt, ut potiſſima humanæ mentis ſedes in cerebro collocetur: qvod cùm omnium viſcerum excellentiſſimum ſit, ac cœlo propius, magni inſtar regis in elata arce præſidet, ſenſusqve omnes qvaſi apparitores, ac ſatellites habet. Hoc ipſum etiam tale eſſe in homine videtur: qvale in univerſo eſt cœlum: ideoqve ſicut hoc in ſummo locatum, Deorum eſt Domicilium: ita cerebrum rationalis, qvæ princeps eſt animæ facultas, ſedes æſtimari debet. Ac propterea divinisſimum corporis membrum *Plato* ( *In Timæo, ante med.* ) appellavit caput; ac reliqvorum Princeps, cui totum corpus connexum dii ſubeſſe, & parere juſſerunt.

*Qvod*

*Qvod* verò etiam antiqvitas Palladem ( *ut Boccac. in Genealog. Deorum cap.* ) qvam prudentiam ſolent interpretantur, concuſſo Jovis capite [illegible] tradidit ( ſi neſt modo fabulam, ſed doctrinam plenam hic attuliſſe ) qvid qvæſo aliud, qvàm rationem omnem intellectivam in cerebro conſiſtere ſignificavit? Sed hæc vera ſunt qvidem majore argumenta: attamen omnium maximum eſſe puto, qvod Chriſtus, divinus noſtræ Legis conditor, aqvam ipſam, qvæ baptiſmi materia eſt, non pectori, qvod fuiſſet neceſſe, ſi ſedes animæ rationalis ibi eſſet conſtituta: ſed capiti affundere nos proprio docuit exemplo. Ergo, ut me tandem colligam, ea mihi ſententia eſt, qvam & magnorum virorum placitis & rebus ipſis confirmaſſe ſatis videor: cerebrum eſſe principem rationalis animæ domicilium: ideoqve ſi qvodpiam monſtrum duobus capitibus diſtinctum in lucem prodeat: qvamvis reliqva unius tantum ſint hominis; dicam in hoc ego duas eſſe rationales animas, ac pro duobus omnino habendum. Qvod ſi fiat, ut duo conſpicua ſint pectora, ac totidem ſimiliter corda: non propterea duas in hoc eſſe animas putabo: ſiqvidem uno capite conjungentur: nam qvanqvam ea omnia, qvæ ad iraſcibilem, atqve animoſam attinent partem, lætari, iraſci, timere, & cætera alia, diverſis fortaſſe in eo affectibus fient. Attamen imaginari, intelligere, memorari, velle, nolle, qvæ mentis ac rationis ſunt munera, unico tantum principio, momentoqve exercebuntur [illegible]

Qvæ

Qvocirca graviſſimus D. *Augustinus* (*in Enchirid. c. 87. Epiſt. 63. ad Vitalem*) qvi meæ nunc ſententiæ non exiguum fundamentum ſtruit, cum de eo monſtro qvod Divi *Hieronymi* ætate Lyddæ natum fuit, duorum capitum qvatuor manuum, uno ventre ac duobus pedibus, judicium ferret: illud non unum hominem duplicem, ſed plane duos eſſe teſtatus eſt. Qvamobrem haud plane qvæſtionem terminaſſe mihi videtur celeberrimus *qvidam Doctor* (*Sco. 4. ſent. diſt. 3. art. 9.*) tunc nimirum vero duobus monſtrum habendum eſſe, cum non ſolum diverſiſſima ſint capita, ſed pectora etiam diviſa: nam in hoc ipſo nemo unqvam dubitavit: illud autem, qvod controverſum eſt: utrum ſit, per ſe hominem conſtituat: neqvaqvam ille explicat; nam qvod, ait, rariſſimè accidere, ut duo ſint, niſi duo hæc etiam membra principia ſeorſum conſiſtant; proditum eſt à doctisſimis qvibusdam viris: atqve ego ab oculatis teſtibus accepi, non multis abhinc annis Panormi monſtrum exortum fuiſſe duobus capitibus ac reliqvis membris ita conduplicatis, ut duos planè diceres, unicum tamen erat cor agglutinatis utrinq; pectoribus, atqve unicum tantum ſpatium efformantibus. Illud tamen fateor, optimè ab eo conſtitutum fuiſſe: ut ſi qvando integer prodeat fœtus, in eô tamen vel à dorſo, vel à ventre, vel aliunde homuncio aliqvis pendeat, ſiqvidem caput intus lateat: neqvaqvam pro altero habendum

dum ille eſſe, qvodcunqve adhabitum eſt. Verum ſi vel exiguum aliqvod caput exortum ſit, modo proprias edat functiones, ( fere plurimam corporis partem illud ſeqvi neceſſe eſt ) hic ſine dubio alter eſt homo : ac baptiſmo ſeorſum intingendus.

Sed nihil jam video, qvod noſtræ ſententiæ adverſari amplius poſſit. Nam qvod aliqvi ſacræ hiſtoriæ teſtimonio uſi, primatum cerebro eripere contendunt, paſſim enim iſta leguntur
,, ubi eſt theſaurus tuus ibi & cor tuum; & Beati
,, mundo corde; & qvid cogitatis mala in cordi-
,, bus veſtris: & ex abundantia cordis os loqvitur
,, it, de corde exeunt cogitationes malæ. Hæc qvidem nihil adverſus cerebri dignitatem: nam & ego multa ex iiſdem ſacris literis accepta animadverto; qvæ capiti, cujus potiſſima pars eſt cerebrum, nihilominus eminere inter cætera oſtendant. Scriptum eſt in *Proverbiis* ( *Cap.* 4. &
,, *Coloſſ cap.* 1. *Proverb.* 1. 1. *Reg.* 28. ) Dabo capiti
,, tuo augmenta gratiarum: item: *Chriſtus* caput
,, eſt Eccleſiæ: & ne *dimittas* legem matris tuæ, ut
,, reddatur gratia capiti tuo. Præterea, ego cuſto-
,, dem te ponâ capitis mei, in qvibus, ut videtur, ca-
pitis appellatione aut voluntas aut animus, aut etiam vita intelligitur. Qvemadmodum &
,, apud Latinos authores ſæpè hæc leges: capitis
,, reus eſt damnatus ille eſt capitis: cauſa capitis
,, acta eſt, & ſimilia. Sed qvanqvam hæc aliqvid faciunt, levia tamen hæc ſunt argumenta, qvæ

à me

a metaphoris, nominumqve Etymologiis deducuntur. Mihi autem hactenus in hunc locum adducta, ut aliorum levitatem eodem genere redarguerem. Ergò qvid tandem de Principe membro ſentiendum ſit, efficaciter diſputatum puto: ut jam conſtare etiam poſſit, in monſtra qvoties miniſtrari baptiſmi ſacramentum liceat.

FINIS LIBRI TERTII.

# DE RELATIONIBUS MEDICORUM

## LIBRI IV.

## SECTIONIS PRIMÆ

*De*

## MORTUORUM INDICIIS

## *CAPUT I.*

### Qvibus Indiciis Mortui ſunt deprehendendi?

*Scribendi occaſio.*

NOn pauci ſunt, qvi graviſſimo crimine convicti ac diligenter aſſervati, in ſola mortis ſimulatione ſpem aliqvam ac diffugium ponunt: ideoq; tam ſubdolè interdum callideqve agunt, ut medicatis qvi-

buſdam hauſtis potionibus delati juſtam com-
merita evadant ſupplicia. Ergò liqvanda ej-
jus rei ſuſpicio eſt,noſtram Judices temerè im-
petunt, ut dolus omnino palam fiat.

Qvanqvam illud etiam uſu venit, ut qvi in
carceribus detenti ſunt, morbifico aliqvo mo-
tu repente opprimantur: ut cum inter vivos ad-
huc verſentur, verè tamen mortuo[illegible]
Ergò utilisſimum fuerit, ſi modò ratio aliqva
nobis tradatur: qva eos, qvi ve[illegible] mortui ſunt,
ab aliis diſcernas; qvi ſcil. mortis aliqvam tan-
tùm ſimilitudinem ac faciem gerunt. Multis
enim rei ignorantiâ incuriaqve turpiter errare
complures animadverto, Nam & *Veſalius* Cele-
berrimus anatomes Profeſſor, cum,ut memoriæ
tradidit *Paræus*, (*Lib. 24. cap. 46.*) ad nobilem
mulierem,qvæ ex hyſterico ſtrangulatu mortua
credebatur, diſſecandam accerſeretur: eccè ad
alteram adactæ novaculæ impreſſionem illaeſ-
citat,[illegible] motuqve acclamore ſe vivam oſtendit,
atqve infamiæ notam evitare non potuit. Qva-
circa cum a domeſticis mulieris commeſſationis
ſuæ injuriam timeret,fugam arripuit: at non
multò poſt mœrore confectus magno medicinæ
diſpendio interiit.

## CAPUT II.

### Reſpirationem communiſſimum vivendi ſignum eſſe:& qvibus modis occulta reſpiratio deprehendi poſſit?

Vivere

VIvere qvempiam reſpiratione interceptâ neqvaqvam poſſe, & nos qvotidie experimur, & demonſtratum *Galeno* eſt (*cap. 3. l. 4. d. L. A.*) Et qvanqvam nonnulla animalia, qvæ in cavernis vitam degunt, thoracem interdum minimè movere videantur: ſola ſcil. tranſpiratione, qvæ per univerſum fit corpus, ſatis contenta. Nihil tamen à *Galeno* (*1. de diffic. reſp. 8.*) de homine tale dictum unqvam invenies. qvem *tum* demum interire neceſſe eſt, cum reſpirare non poteſt.

Qvapropter *reſpirationis privatio* certiſſimum mortis indicium fuerit. Attamen vivere homines aliqvando, ac nullam conſpicuam in his reſpirationem apparere, minimè negabo. *Fæminæ* (*3. de diffic. reſp. 10.*) enim, qvas uteri ſtrangulatio malè habet: itemqve qvæcunqve apnææ, id eſt ſpiritus interceptiones apprehendunt, tam exiliter interdum ac tenuiter reſpirant: ut hoc ipſum pleroſqve lateat: ideoqve extinctæ eſſe omnino creduntur. *Timocrates*(*5. Epidem in princ*) etiam in Helide, inqvit *Hippocrates*, ſomno correptus nihil videbatur reſpirare: ſed mortuus eſſe: nihil ſentiebat; corpus erat extentum; vivebat tamen & excitatus eſt. Qvamobrem nonnulli, ut de re ipſa certiores fiant, accenſam candelam naribus admovent: cujus flamma ſi non rectè accendere, ſed inæqvali motu agitari ac tremula eſſe videatur: ſupereſſe adhuc hominem affirmant. Prætereà ſupino ac benè firmato ho-

mine, ne in ullam partem nutet, vitreum vaſcu-
lum aqvæ plenum ſub oſſe pectoris locant: qvod ſi
nusqvam illa dimoveatur, mortuum puerum e-
ſſe; ſin vero, plane vivere. Nec id qvidem immerito:
nam tametſi in parvis reſpirationibus intercoſtalium muſculorum actione opus non eſt: ſolo
diaphragmate ad id opus ſatis idoneo: qvod
qvidem non uno in loco demonſtravit *Galenus*
(*8. anatom admin. c. 5. 9. & 4 loc. affect. 5.*) at-
tamen qvia ad diaphragmatis motum imas
etiam coſtas unà moveri oportet: ideo ſive in-
intercoſtalibus muſculis aliis, ſive ſolo diaphrag-
mate opus ſit: ſemper ſub oſſe pectoris (qvod
ſternon vocant) atqve ad imas coſtas moveri
thoracem in vivente animali neceſſe eſt. Qvan-
qvam fieri aliqvando arbitror, ut in minima ac
tardiſſima reſpiratione, qvam vix oculus depre-
hendit, conſiſtere vaſculum poſſit. Ergo diligen-
tius ſolet *Galenus* (*3 de diffic. reſpir. 10.*) digitum
primo ægri naribus admovere: aut pilum, te-
nuemve lanam, diligenter ac probè concerptam
ſuſpendere: tunc enim ſi vivat animal, manife-
ſtè motum reſpirationem ſentiri. Peritè etiam
alii ſpeculum probè abſterſum naribus admo-
vent: in qvo ſi afflatu inqvinatum, ac maculis
inſpergitur, jam reſpirare animal [illegible]

# CAPUT III.

## Rejiciuntur Aetii argumenta contra Galenum; & de qvibusdam aliis viven-tium indiciis.

His,

Illa quæ hactenus ex *Galeno* adduximus, (*Gale-no, Tetr. 4. ser. 4. cap.* [illegible]) planè [illegible], proinde operæ pretium est, ne aliqvid dubitem, scrupulos omnes evellere, qvi assertiones nostras infirmare aliqva ex parte videntur. *Quidam, inqvit ille, experiri volentes, an in aliqva uteri strangulatione suppressa sit respiratio, Lanam carptam naribus admoverunt, utque inde ex lanæ motu colligerent, an aliqva inspiratio vel expiratio fieret. Alii pateram aqva plenam ad os ventris ponunt, & intuentur, an aliqvo motu aqva agitetur. Et profectò utraque* [illegible] *erant, aliqvandiu* [illegible] *respirationem suppressam* [illegible] *quæ in toto corpore ab arteriis* [illegible], *idque etiam in* [illegible] *venenatis contingere videmus* [illegible] *hyemem mortuis simillima in cavernis* [illegible] *arterias tantum corporis respirantia. Sic* [illegible] *uteri strangulatione fieri potest, ut toto corpore* [illegible] *oris ac narium respiratio* [illegible] *quæ ab arteriis fit.* Atque hæc Actio [illegible] ut jam liberè dicam, temerè mihi [illegible] animalia, frigidissima illa quidem hominibus omnium animantium sua natura calidissimis, comparare videtur. [illegible] illa enim sola corporis transpiratione in vita [illegible] permanere, exiguo admodum calore donata: nos autem etiam in frigidis affectibus longè illis sumus calidiores, haud similiter possumus. Ut verissimè [illegible] in universum scripserit *Galenus* (*4. loc. aff.* & *lib. de diff. resp. 8.*) *impossibile esse, ut animal* [illegible]

 [illegible]

*tamen ex iſta providum in vita ſervari poſſit.* Non negat tamen eas animalia, quæ in cavernis habitant, nulla indigere reſpiratione: ſola tranſpiratione, quæ per univerſum fit corpus, abunde contenta. Ergo ſatis jam & rerum naturæ ratio, & Galeni authoritas *Aetio* fuerit.

Cæterum hæc tam diligens reſpirationis perquiſitio in his tantum affectibus adhibenda eſt: in quibus præ multitudine frigidæ materiæ innata caliditas inſtar flammæ præ multa frigidi ligni gravata ſuffocatur: cujuſmodi ante alia uterinæ ſunt ſuffocationes: nonnunquam verò & apoplexiæ, quas convulſiones, hoc eſt primario affectu excitato, vocant. In aliis verò quibuſdam ſi quidem omnino non appareat reſpiratio, ſufficit manum cordis regioni, aut ſub oſſe pectoris admovere: ſic enim de rebus omnibus certiores. Ergò qui opium certa lege compoſitum aſſumpſerunt; quos ſcil. & ſummi corporis rigor, & commiſſæ palpebræ & pallor totius corporis, atque unguium livor deploratos arguunt: cordis tamen intus coacta agitatio ac diaphragmatis motio, vitam arguet.

Sed ubicunque etiam de vita ambigimus *præſentiſsimi quidam* Medici *Holler. 1. de morb. inter. c. 18.*) ſternutatoriis adhibitis rem omnem deprehendunt. Et quidem hoc remedii genus ſpiritus in cerebri ventriculis torpentes ſopitosque laceſſit, atque excitat: & quicquid obſtat, excutit: nec nos diutius ſinit in hæſitatione verſari. Cujuſ-

modi

modi etiam auxilium eſt, ſi valida voce in jacentis aures inclames: nam qvicunqve eſt ſuper, hoc modo deturbari ſæpiſſime aſſvevit: ventricem aliqvi inurunt, ubi coronalis dicta ſubeſt commiſſura. Acutisſimum mucronem nonnulli ſub ungvibus ſenſim, ac ſubinde affigunt: exqviſitum enim hujus loci ſenſum eſſe, qvorundam muſculorum tendinibus ad firmandos ungves illuc deſinentibus. Lene,ſed probatum tamen remedium eſt, ſi modicum vulgaris aqvæ vitæ, ſæpius diſtillatæ ore immittatur: hæc enim tam tenuis, tam vaporabilis ſubſtantiæ eſt, ut ad internas qvascunqve venas citisſimè pertingens, calefaciat excitetqve, ſi ſopitus tantum, nedum extinctus ſit calor.

## CAPUT IV.

### Rigorem ac frigus corporis non ſemper interitum arguere.

PRætereundum verò non eſt, nonnullos eſſe, qvi recens extincti, membra tamen nullo rigore obtenta gerunt: aut qvi tactu etiam calidi, aut certè non frigidi videantur: ut propterea vivos illos putes. Hoc autem indicium nimis ego vulgare, ac fallax ſemper exiſtimavi: ut inde qvempiam in ambiguis rebus vivere aſſeramus: nam & ſæpè mortui ſunt deprehenſi, qvorum liberè extendi artus poterant: calore ſcil. nonnullo in corpore adhuc remanente; nec pauciores

etiam diu calentes inventi ſunt: ac præſertim in pectore: qvod ipſum qvoq; advertit *Hippocrates* (*4. Epidem. tex. 81.*) qvi de hydropico qvodam mortuo: calidior, inqvit, multum tempus erat.

Neqve id qvidem mirabere. nam calor putredinalis nihil prohibet, qvin cadavera aliqvandiu concalefacere poſſit: ac præſertim ad cordis vicinium: ad qvem locum omnis ſpiritus ac calor corporis univerſi in vitæ extremis conveniunt, ac retrahuntur. Qvin etiam qvicunqve ex convulſivo aliqvo affectu moriuntur, diutiſſime calidos permanere, teſtatur *Galenus* (*1. De præſag. ex pulſ. 4*) qvocirca hoc indicium, qvod à calore deſumitur, leve omnino, ac nullius momenti eſt.

## *CAPUT V.*

## Tridui expectatio in mortuis explorandis, an unqvam ex uſu ſit.

SEd hoc etiam prætereundum non eſt, qvod *Avicennas*, (*3. 1. Trac. 5. c. 12.*) nonnulliqve alii peritiſſimi viri memoriæ prodiderunt: Aliqvando accidit, inqvit *ille*, *ut homo apoplexiam incurrat: & non ſit differentia inter ipſum & mortuum. & non apparet in ipſo aliqvid anhelitus, deinde reviviſcit, & ſanatur.* Et nos plurimos comitiales vidimus, & in iſtis qvidem anhelitus non apparet: & ipſorum pulſus non integrè cadit. & videtur, qvod calor innatus in eis non vehementer indigeat eventatione, & expulſione vaporis fu-

moſi

moſi propter frigus, & ideo volunt, ut inferatur ſepulturæ ambigui ex mortuis, donec perpendatur ex ejus diſpoſitione: & neqve ſit minus ſeptuaginta duabus horis. *Gentilis* etiam apoplecticum vidit, qvi inter exeqvias & propinqvorum ejulatus qvaſi ab inferis rediit. *Nicolus* ſe apoplecticam mulierem noviſſe teſtatur, qvam nemo non mortuam crederet: in ipſo autem funere parum ſeipſam primo commovit, ac tandem locuta eſt: verum tertia die interiit. *Plinius* ( *lib. 7. c. 52.* ) multa illorum exempla commemorat, qvi elati revixerunt; aitqve præterea feminarum ſexum huic malo maximè eſſe opportunum, converſione vulvæ: qvæ ſi corrigatur, ſpiritus reſtituitur; mirumqve narrat de fœmina, qvæ ſeptem diebus exanimis, ad vitam revocata fuit.

Scripſit etiam *Amatus* ( *4. Cent. cur. 23.* ) puellam Ferrarienſem, apoplexia apprehenſam, cunctis mortuam fuiſſe deploratam: cumqve illam mater triduo domi inſepultam lugeret: poſt id temporis ex inſperato qvaſi redivivam factam eſſe. Ajunt præterea id, qvod ego non raro ab his accepi, qvi mortuis humandis qvæſtum faciunt; multos, qvi immaturius fuerant ſepulti, loco dimotos, aut etiam ſedentes repertos fuiſſe: ut credibile ſit, proptereà fuerit, viventes illos fuiſſe ſepulturæ donatos. Hac fortaſſe de cauſa apud nonnullas nationes in more poſitum erat, ut aliqvo tempore ſervarent inſepultos. Etenim *Naſamones* ( *Alex. ab Alex. lib. 3. c. 7.* )

Lloyæ populi diebus ſeptem ita ſervabant; Græci ſeptendecim.

Qvod autem trium dierum ſpatium exigunt aliqvi, ut certum obitum deprehendant: licet neſcio qvam rationem reddiderit Conciliator, qvæ in integra humorum eventatione, qvam ille triduo abſolvit, poſita eſt: mihi tamen infirma eſſe illa omnia videntur; nec ſemper ſi deficiat apoplecticus, aut hyſterica, tamdiu expectandum, reor, ut triduum prætereat. Attamen non eqvidem nego eveniſſe interdum, ut viventes aliqvi ita ſepulti ſint: præſertim ſi imbecilli natura fuerint, frigidoqve temperamento, ac fœminæ omnium maximè. Sed hoc ajo: ſi ea diligentia adhibeatur, qvam nos paulo ante ſatis propoſuimus, ſupervacuam illam tridui expectationem fore: nam etſi nulla in his perſpicua ſit, reſpiratio: eſt tamen aliqva: & qvæ prædicto artificio deprehendi poſſit. Attamen hoc admoneo: ut ſi cæteri inſtent, inſepultum, & tu qvoqve cadaver aſſervari minimè repugnabis: donec ſcil. fœtor interitus certitudinem præbeat: modo tamen qvicqvid ingenuè ſenſeris, palam facias. Verum qvicqvid de reſpiratione hactenus dixi, idem qvoqve de arteriarum pulſu mihi dictum eſſe intellige. æqva enim utriusqve neceſſitas: ac neutrum ipſorum, ut docte monſtrat *Galenus (l. 1. de Diff. reſp. 8.)* in totum perire poſſibile eſt, donec animal vivit: hunc tamen ipſum periiſſe putare propter parvitatem nil mirum,

rium. Nam quod ajunt, cum pulſuum privatione, qvam aſphyxiam vocant, aliqvandiu vixiſſe aliqvos: de apparente intellige: non de vera: qvæ nunqvam in vivente eſſe poteſt.

# CAPUT VI.

## Qvæ in mortuis viventium ſimilia conſpiciantur.

AD hoc etiam argumentum ſpectat, ut nonnulla proponamus, qvæ ita in mortuis conſpiciuntur, ut etiam viventium propria eſſe nihilominus ſoleant. Illis enim augentur pili, creſcunt ungves, ſæpè penis erigitur. *Narratur* etiam, (*Marc. Donat. lib 2. c 3.*) virginem monialem cum alterius demortuæ manum illachrymans apprehenderet, ut ex oſcularetur: ter mortuam viventis manum adeò fortiter ſtrinxiſſe, ut viva ob id eſſe crederetur.

Ergò ſi qvid unqvam hujusmodi inciderit: ne ſtatim tu quoque cum vulgo obſtupeſces: ſed graviter potius omnium cauſas explicabis. Pili enim, inqvit *Alexander* (*1. Probl. 145.*) atq; ungves videntur quidem mortuis augeri, revera autem minimè augentur; ſed carne tabeſcente, conſumptaque partes illæ, quæ jam opertæ latebant, deteguntur, & patent. Qvanqvam nihil etiam prohibet, illas augeri: nam hæ corporis particulæ non alimento, ut cæteræ, ſed excrementi impulſu

pili excreſcunt : quod mortuis per foramina atqve extrema corporis promptè valeat effluere.

Quocirca ſilendum illud non eſt, quod *Pierius* (*Tract. de Emblemat. in fine*) memoriæ prodidit ſe multis annis integrum cadaver domi conditum aſſervaſſe : cui cum ſæpè ungves excreſcerent, crebro etiam reſecabat, cum tamen non multo poſt ad priorem magnitudinem rediret. *Penis* autē erectio ſine dubio a flatuum eſt copia, qvi tabeſcente cadavere plurimi excitantur. a qvibus etiam ſpongioſa & poroſa illa ſubſtantia in tumorem attollitur. Monialis autem manus à flatu ſimiliter contracta ac convulſa tunc fuit, cum illa apprehenderetur. Quamobrem mirandum qvoqve non fuerit, ſi mortuo interdum homini, caput, faciem aliamve particulam moveri videas: eadem enim horum omnium eſt ratio. Sed de propoſita diſputatione hæc ſatis.

LIBRI

*LIBRI IV.*

# SECTIONIS SECUNDÆ

*De*

# Lethalitate Vulnerum

## *CAPUT I.*

### Utrum accepto vulnere qviſpiam interierit? an alia fuerit mortis occaſio?

*Scribendi occaſio.*

COmplures ſunt, qvi levibus acceptis vulneribus: aut certè minimè exitioſis, non rarò tamen præter opinionem intereunt: qvæ res ad Judices delata, non modicè illorum animos verſat: unde nimirum potiſſima extiterit mortis origo? In qvo qvidem judicio, ſi percuſſores incertæ necis crimine damnentur, jus & fas omne pervertitur: ſi verò injuſte abſolvantur: iniqvum fuerit, nullam de occiſore pœnam ſumere. Qvamobrem jure illi in his anguſtiis nos adeunt conſultores: noſtraqve tandem adjuti ſententia integrè de rebus decernunt.

Hoc igitur conſilio peculiarem de hac re tractationem faciam: in qva viam, ac rationem oſtendam, qva deprehendi poſſit: illatine vulneris cauſa; an alterius mali interventu is, de qvo

qvo qværitur, interierit? Qvæ qvidem perqviſitio, ut abſolutior fiat, nonnihil prius de lethalibus vulneribus, ac cæteris differentiis dicam. Poſteà verò qvâ ratione ab exiguis percusſionibus mori homines contingit: ut deniqve qvomodo non tam in vulnus: qvàm in multas alias rerum occaſiones, necis culpa jure referri poſſit.

## *CAPUT II.*

### Unde lethalium vulnerum ratio in univerſum ſumenda ſit? ac qvæ tuta, mediaqvé vulnera ſint judicanda?

PRimo igitur triplicem vulnerum differentiam, qvæ mihi ad præſens inſtitutum faciat, propono: ut alia ſcil. lethalia ſint: alia tuta nuncupentur: ultima autem, qvæ medio conſiſtunt loco, ac periculoſa dicenda ſint.

Lethalia qvæ ſint, & unde talia conſtituantur, qvánqvam *Hippocrates & Galenus* non obſcurè explicarint: qvia tamen nonnulli ſunt: nec hi qvidam incelebres viri, qvi ſupervacuas neſcio qvas hujusmodi vulnerum differentias attulerunt: qvibus aliqvi forſitan perſvaſi, alienè de rebus ſentiant: ideò pluribus de hac re agendum puto. Scribunt iſti, (*Fran. Valler. 3. enarr. med. 8*) lethalia vulnera non ſolum à vulneratæ partis natura, ſed etiam ab eſſentia vulneris, ab ejusdem magnitudine: item à complexu ſymptomatum, atqve à propriis ſolutæ unitatis differentiis

rentius proficiſci. Mihi autem, dum ſummos medicinæ Magiſtros conſulo, ac res ipſas diligenter intueor, ab una tantum partium natura lethalia vulnera cenſeri, nuncupariqve non aliene videtur. Et qvidem ſatis conſtat, eſſentiam vulneris, qvæ in mollis particulæ recens ſoluta unitate conſiſtit, eandem ubiqve eſſe: neqve enim magis vulnus eſt, qvod in corde, qvàm in nate infligitur: ſed eandem ſemper naturam ac characterem ſervat. Qvocirca ſi verum eſſet, vulnus aliqvod ſua eſſentia lethale eſſe: vulnera omnia ſemper eſſent lethalia, nulla ſalubria. Neqve etiam ab affectus magnitudine ullum vulnus lethale eſt: ſed magnum duntaxat, ac parvum: qvæ longè alia ſunt à lethali: nam qvod magnum eſt, tutum, & qvod parvum, perniciofum eſſe ſæpenumero poteſt. Attamen neſcio qvid veriſimile habet, qvod ajunt, à ſupervenientibus ſymptomatibus lethale vulnus nuncupari: nam ſi gravia accedunt ſymptomata, nemo eſt, qvi neſciat, lethaliter quoque affectum eſſe hominem. Reverà autem nullum vulnus à ſymptomatibus habet, cur lethale ſit. Neque enim ſi quis accepto in digito vulnere, oborta deinde inflammatione aut ſpaſmo intereat, lethale propterea illud fuerit appellandum: ſic enim vulnera omnia poſſent lethalia eſſe: nam ut verisſimè ſcripſit *Hippocrates*; (*2. Prædict.*) moriuntur homines ab omnis generis vulneribus, qvamvis in vilibus locis, & nulla re gravia eſſe videantur.

Ergò

Ergo qvæ ſymptomata ſuperveniunt, exitum qvidem afferre: at non propterea naturam vulneris immutare unquam poſſunt. Eadem quoque ratione, ſi qvis lethali vulnere in cerebro accepto, evadat tamen ac convaleſcat: nunqvam illud tamen tutum propterea fuerit, ſed ſemper lethale: tametſi mors inſecuta non fuit. Qvamobrem ſatis mihi perſvadeo, nec per præſentiam ſymptomatum lethale unqvam ſua natura vulnus conſtitui; nec tutum per illorum remotionem. Ergò partium duntaxat ratione, lethalis vulneris naturam definio.

Et cum *Hippocrates*, qvi unus mihi inſtar omnium fuerit, tum in *ſecundo prædictionum libro*: tum in *ſexto aphoriſmorum*: tum etiam in *coacis prædictionibus*, multa de lethalibus vulneribus diſſeruiſſet: horum differentias à vulnere tantum partis natura: nec unqvam aliunde deſumſit. Ergò diligenter explicandum eſt nobis, qvæ particulæ noſtri corporis hujusmodi ſint: ut in his accepta vulnera lethalia eſſe dicantur. Qvocirca qvod ego ab ipſa rei natura, atqve authorum teſtimoniis, propriisqve obſervationibus accipere hactenus potui, ad hunc modum ſe habet. Particulæ omnes, qvæ in corpore principatum tenent, ac fontes ſunt facultatum: nimirum cor, cerebrum ac jecur, ſiqvidem vulnerentur, lethale vulnus efficiunt: inter has etiam merito ventriculum poſuerim: propter magnam illius actionis neceſſitatem: unde etiam regem corpo-

corporis *veteres medici* illum nuncuparunt: Neqve ab hoc ordine ſpinalem medullam ſecluſerim: qvippe qvæ ejusmodi notæ cum cerebro eſſe cenſeatur: *eſtq;* velut alterum qvoddam cerebrum partibus omnibus, qvæ ſub capite ſunt. Secundo loco illas etiam particulas pono; qvæ ſemel diviſæ coaleſcere non poſſunt: cum tamen neceſſariam vitæ actionem exerceant: cujusmodi eſt ſeptum transverſum, tenue inteſtinum atqve urinaria veſica: tertio illas qvoqve, qvæ eximio donatæ ſunt ſenſu: læſæqve promptisſimam afferunt ſyncopen: qvale præſertim eſt os ventriculi: ultimo autem qvæcunqve larga ſangvinis ac ſpirituum effuſione vitam perdunt: ut magnæ arteriæ ac venæ.

Sed eſt, qvod hoc in loco nonnihil dubites: nimirum in his particulis accepta vulnera vix unqvam mortem afferre absqve ſymptomatum interventu: ut jam propterea à ſymptomatibus lethalium vulnerum differentias ſumendas eſſe, putes. Ad hæc ego, ſymptomata illa, qvorum interventu vulnerati interire videntur, ſemper læſæ particulæ naturam conſeqvuntur: etenim læſo ore ventriculi, ſyncope, neceſſaria qvadam ſeqvela ſuperveniens occidit: ſic etiam ſi cerebrum vulneretur, convulſione, apoplexia, ac ſimilibus necem affert: arteriæ & venæ effuſione ſangvinis. Qvamobrem omnis lethalium vulnerum ratio ab ipſa particularum natura ſemper pendet: & qvæ ſymptomata in earum percusſio-

 nibus

nibus gravia ſunt, certam earundem pro[illegible]-tem ſeqvuntur.

Sed de lethalibus vulneribus illud etiam op-portunè hic dicam: bifariam ſcil. ex *Hippocrate* (*6. Aph. 50.*) ac *Galeno* illa diſtingvi, ut alia ni-mirum ex neceſſitate ſint lethalia: alia magna ex parte, qvæ adhuc diſtinctio ex ipſa partium natura, ſi rectè adverteris, deſumpta eſſe intelli-gitur: nam illa neceſſario lethalia erunt, qvæ no-bilioribus particulis, aut maximè ſentientibus; aut qvarum uſus plurimum animali expedit, infliguntur: magna autem ex parte qvæ minus nobilibus.

Cum verè hujusmodi ſint lethalia vulnera: tum ea fuerint, qvæ periculo carentia vocare ſolet *Galenus*: qvæ ſemper ad ſalutem, qvantum in ipſis eſt, vergunt: ſuntqve cum evaſoriis, qvæ nunqvam peremptoria idem appellat, poteſtate eadem. Sed hæc latiſſimam habent differentiā pro majoris minorisq; ratione. Qvæ autē medio loco conſiſtunt, periculoſa nuncupavit Galenus, ea-qve eſſe ait, qvæ ad perniciem, atqve ad ſalutem æqvale habent momentum: huc vulnera cacoë-thica referuntur: qvæ ſcilicet ad ſanandum ſunt contumacia: qvæ iidem indifferentia, media-qve, ac neutra, docti *qvidam medici* (*Guido tr. 3. doc. 1. c. 1.*) nuncupaverunt. Ad hoc etiam genus ea reduci ſolent, qvæ magna qvidem ex parte lethalia eſſe ex Galeno meminimus: ſed qvibus tamen affectus pravitas aliqvid de pericu-lo

lo detraxit: cujusmodi ea ſunt, qvæ extremam jecoris partem, aut etiam menynges leviter attigerunt. Sed hæc ſatis: nam de ſingulis vulneratis particulis, ubi hæc omnia fient lucidiora, jam dicere aggredior.

## CAPUT III.

### Qvarum corporis partium lethalia ſint vulnera?

Cordis vulnera lethalia eſſe, unum ex his eſt, inqvit *Galenus* (*6. aph. 18.*) qvæ in confeſſo habentur: & ſi ad ventrem ejus vulnus pertingat, protinus magno cum ſangvinis fluore hominem mori neceſſe eſt: idqve præcipuè ſi ſiniſtræ patris venter fuerit vulneratus: ſi verò non ad ventrem usqve penetravit, ſed in cordis ſubſtantia conſiſtat vulnus; ex ita affectis aliqvi non ſolùm eadem die, qva vulnerati fuerunt, ſed ſeqventi qvoqve nocte vivere potuerunt: qvi etiam inflammationis ratione extingvuntur. Ex hoc autem vulnere non tantùm qvi in cordis ſinibus continentur, ſpiritus educuntur; ſed qvi in univerſo etiam corpore: nam cum natura opem ferre principi laboranti particulæ enitatur, ſangvinem undiqve, ac ſpiritum illuc demandat, qvibus veluti inſtrumentis ſemper uti ſolet, ſi qvoniam rem moleſtam violenter expellit. Sed mirum illud eſt, qvod *Benivenius* (*De admir. rer. cauſ. cap. 65.*) narrat, qvempiam

gladio ictum in ſede cordis: effuſo plurimo ſanguine, langveſcentibus illicò viribus, pallente facie atq;oborto ſudore frigido,benè convaluiſſe: putat ille tamen non ipſam cordis ſubſtantiam, ſed ejus tantùm tunicam fuiſſe perſtrictam, qvam qvidem *Galenus* (*cap. 2. l. 5. d. L. A.*) inter ignobiles partes reputavit: ac qvomodocunqve afficiatur,nullum afferre,ait, periculum: exemplo ſcil. reliqvarum omnium partium, qvæ ad cuſtodiam & tegumentum cæterarum nobiliorum factæ ſunt.

Cerebri vulnera duplici nomine lethalia ſunt, tum qvia princeps eſt pars,ac facultatis animalis origo; tum qvia plura ac gravia ſymptomata afferri ſolent: nam qvia pars eſt princeps, celerrimè exhauritur ſpiritu, noxaqve toti corpori impertitur: ſymptomata autē ſuperveniunt gravia ex inflammatione, atq; intercepta facultate animali. Verum cerebri vulnera ea eſſe intelligimus, qvæ tum illius ſubſtantiam, tum etiam qvæ ſolas menynges attingunt. Suntqve ejus omnino generis: ſiqvidem non adeò magna ſit plaga,ut non neceſſario, ſed magna ex parte hominem tollant. Qvæ res ne ſine authorum fide pertranſeat: nonnulla ex multis huc afferam loca, qvæ noſtram ſententiam confirment. Cerebrum vulneratum, inqvit *Galenus*, (*6. Aph. 18.*) ſæpe ſanatum vidimus: ſemelqve in Smyrna Joniæ e vulnere eſſatum ligno: hoc tamen rariſſimum eſt. Hunc ipſum *alibi* (*8. de uſu part. 10.*)

ſcripſit,

ſcripſit, accepiſſe vulnus in anteriorem cerebri ventriculum: qvod ſi in utriusqve illatum fuiſſet, nullo pacto potuiſſet evadere. Plura etiam hujusmodi poſt Galeni tempora obtigerunt, qvæ ferè hominum fidem excedere videntur. Nam *Marcellus Donatus libro qvinto de Medica hiſtoria mirabili, c. 4.* multa vulneratorum exempla recenſet: in qvibus non ſolum inciſi vulneratiqve cerebri panniculi, ſed in ipſam etiam ſubſtantiam vulnus penetrarit, & qvod mirabile eſt, usqve ad os baſilare. Qvid? ipſius etiam ſubſtantiæ nonnihil fuiſſe aliquando deperditum; idqve tam multum, ut etiam gallinacei ovi magnitudinem æqvaret. Tu verò omnium horum hiſtorias à gravisſimis authoribus excerptas, apud ipſum per otium leges. Ex his enim hoc planè ſtatuendum puto, vulnera panniculorũ eſſe qvidem lethalia; vix enim horum incommoda ſubjecta cerebri ſubſtantia non participat: non tamẽ neceſſariò, ſed magna ex parte; ſæpeqve obſervatum eſt, non paucos vulneratos inde evaſiſſe, niſi in malos incidant chirurgos. Subſtantiæ verò cerebri lethalia ſimiliter ſunt: qvanqvam ut magis periculoſa: ita ab his pauciores evadunt: qvod ſi magnum admodum ſit vulnus, ac cum multæ ſubſtantiæ jactura: tunc aut nemo, aut certè ſi qvispiam evaſerit, inſtar naturæ miraculum fuerit. Narrat etiam *Amatus (Cent. 3. curat. 2.)* (digna notatu hiſtoria eſt) juvenem accepiſſe in fronte vulnere; mucrone jam ad ventricu-

los cerebri penetrante, optimè tamen, nullo exorto ſymptomate convaluiſſe: qvod nimirum inter ipſos cerebri ventriculos enſis fuiſſet inflictus: ipſius illæſa ſubſtantia; Membranæ enim, qvæ cerebrum operiunt, ſub recta cranii ſutura duplicatæ in medium cerebrum deſcendunt: dextram illius partem à ſiniſtra manifeſto interſtitio ſejungentes; ut mirum non ſit, ſiqvidem inter has membranas juſtè ferrum adigatur, vulnus lethale non eſſe. Atqve has plagas ejusdem notæ ille eſſe arbitratur, ac illas, qvæ tantùm menynges afficiunt cerebro illæſo.

Hepatis non ſolum profundum vulnus in fibris ejus inflictum: ſed etiam fibram abſciſſam ajunt fuiſſe ſanatam: verùm hæc vulnera plurimo manant ſangvine: idcirco prius moriuntur; qvi ita ſunt vulnerati, qvàm agglutinari vulnus poſſit: nam qvi in ſumma ejus parte conſiſtentia vulnera agglutinari ajunt; & fibras etiam fuiſſe ablatas, verùm videntur dicere. Ideoqve & *Celſus* (*Lib. 5. cap. 26.*) hepatis vulnera in portis tantùm lethalia eſſe affirmavit: vixqve ad ſanitatẽ pervenire, qvibus illius craſſũ ſit vulneratũ. Veriſſimum ergò ſit, jecoris tantùm connexa concavaq; vulnerata lethale vulnus conſtituere: nam qvod fibras tantùm aut lobos attigerint: ſeu potius qvod extremas tenuesqve viſceris oras læſerit, (nam lobos reverà non habet humanum jecur) periculoſum eſt tantùm: & qvod niſi in corpore nimis cacochymo: aut in qvo qvispiam

error

error commiſſus ſit, haud ægrè ſaneſcat.

*Ventriculo* diſciſſo, inqvit *Hippocrates (6. Aph. 18.)* lethale eſt: qvanqvam hoc quibusdam eſſe ambiguum ſcripſit Galenus: nam qvosdam in eo vulneratos, dicunt aliquando: ſed rarò, fuiſſe ſanatos: ac denique ſaucium ventriculum in ſumma ejus parte ſæpè agglutinari ait. Vide etiam Marcellum *Donatum*, (*Lib. 5. cap. 4.*) qvi nonnullos memorat ſauciato ventriculo, optime convaluiſſe. Verùm *Cornelius Celſus* (*Lib. 5. c. 26.*) percusſi ſtomachi lethale vulnus eſſe memoriæ prodidit: cujus tamen ſententiam moderabere: atqve ad Galeni placitum qvod verius eſſe obſervatur, accommodabis. Atqve omninò de his vulneribus ita ſentiendum eſt: nam ſi læſa ſit tantùm exterior tunica: facile ſaneſcit: ſi verò ad ſinum interiorem vulnus perveniat, difficilior curatio eſt: item quæ circa fundum ſunt, minus habent periculi: at in ore, quod maximè nervoſum eſt, inſigne vulnus multis de cauſis deſperatum eſt: nimirum propter partis præſtantiam: ſingularem quandam ſympathiam cum corde & cerebro, & naturam exangvem.

Pulmonis vulnera, ſiquidem magna ſint: quæ ſcil. profunda continui ſolutione & carnem viſceris diſſipent, & magna vaſa inſignesqve ramos venæ arterioſæ, ac venoſæ arteriæ offendant, neceſſario ac ſubito vitam adimunt: primo ex diſſipatione ſpiritus vitalis ac ſangvinis profuſione illius etiam grumo ſpirituum con-

ceptacula intercipiente : qvod ſi mediocria aut exigua ſint ; ſed ſerius vel minus artificioſè tractentur, idem de illis judicium ferendum eſt : cum verò magna illa vaſa ſangvinea percuſſa non ſunt: ſed tantùm aſperæ arteriæ, vel bronchia notabili vulnere affecta deprehenduntur : hæc vulnera non eqvidem ſubito, neceſſariò tamen poſt aliqvod tempus occidunt : multæ enim mortis cauſæ conſpirant : cordis ſympathia, ſpiritus vitalis diſſipatio, pulmonis putredo, curandi difficultas, continuus motus, & tusſis, vulnus amplificans. Si verò minora vaſa ſangvinea rupta fuerint, vel caro ipſa pulmonis diviſa : hæc vulnera nec ſubitò, nec neceſſariò hominem necant : ſed tantùm ſi particula inflammetur : qvanqvam plus periculi ex ſubſtantia, qvàm ex vaſis vulneratis immineat : nam vix firma induci in ea poteſt cicatrix. Sed illud ſilentio prætereundum non eſt, qvod ſcriptum reliqvit Galenus (*cap. 5. l. 3. M. M.*) nimirum vulnera pulmonis, non propterea qvod in perpetuo motu eſt viſcus, curari non poſſe : qvod tamen qvi ante ipſum fuerant, ſenſerunt : ſed propter ſaniem & puris vacuationem : nam ægrè ea excrementa ex ſpatiis pulmonis expelli poſſunt. *Prætereà verò viſi* ſunt, (*Cornel. Gem. l. coſmot. cap. 6.*) qvibus pulmonis fibræ, nec illæ qvidem exiguæ per vulnus rejectæ ſint, nullo tamen vitæ diſcrimine. *Celſus* (*Lib. 5. cap. 26.*) verò inſanabile eſſe ait, duntaxat vulnus, cum medius pulmo præciſus eſt.

Septi

Septi transverſi vulnera (diaphragma appellant) ex ejus ſubſtantiæ varietate varios qvoqve habent eventus: nam ſi in ejus nervoſa accepta ſunt parte, qvæ in centro eſt: neceſſariò lethalia ſunt: jugi illius motu conſolidationem impediente. Si verò in parte carnoſa, qvæ undiqve internum attingit thoracem: hæc ſubinde coaleſcere ſunt viſa, inqvit *Galenus*, ejus motu non obſtante: qvanqvam difficilem hanc curationem ſemper putavit, qvôcunqve tempore phlegmone occupavit.

Ex tenuibus inteſtinis diſciſſo aliqvo, lethale eſt, inqvit *Hippocrates*: & ſiqvidem ad earum cavitatem pervenerit vulnus: rarisſimè, ait *Galenus*, conſolidari: neqve hoc tantùm propter illorum ſubſtantiam: ſed qvoniam non poſſumus æqve intrinſecis, ſicut extrinſecis imponere vulneribus medicamentum. Reverà autem jejunum inteſtinum omnium maximè inter tenuia inſanabile eſſe experimur, ſi vulnere offendatur: nimirum propter vaſorum magnitudinem, tunicæ tenuitatem, nerveam naturam, jecoris viciniam, bilis ſuſceptionem, & curandi difficultatem. Aliqvando tamen viſum eſt ſaneſcere vulnus, qvod in ſumma parte acceptum fuit: reliqvarum verò levior vulneratio agglutinatur: qvia plurimum carnoſa ſunt: nec ad mortem perducit: niſi phlegmone & ulcus ſupervenerint. At magna vulnera & per transverſum inflicta lethalia ſunt: tum qvia magna eſt partium ſepa-

ratio, qvæ continuo vitioſarum humiditatum tranſitu disjunguntur: tum etiam, qvod nec medicamenta convenienter admittunt. De his autē vulneribus vide etiam *Marcellum Donatum* loco jam ſæpius citato: nam qvendam inter alios memorat, qvi tenui inteſtino præciſo, diu vixerit: qvod tamen ego inter rara poſuerim exempla.

Veſica etiam diſciſſa, lethale eſt, inqvit Hippocrates: Verùm diſtinctione hic opus eſt: nimirum ut tota ipſius tunica ad interiorem usqve capacitatem diviſa, diſſectaqve ſit, & qvidem notabili vulnere: nam exiguum tum coaleſcere carnis interventu, tum exactè ſanari experientia confirmat. Hoc etiam vulnus in nervoſa parte accipi debet: nam collum ipſius, qvod maximè carnoſum eſt, qvotidiè ſanari videmus, in his ſcil. qvibus veſicæ calculi extrahuntur: obſervatum tamen eſt à nonnullis, rarius vulnera ſanari, ſi, qva parte veſica oſſi ſacro alligatur, infliguntur.

*Spinalis medulla*, ſi vulnus accipiat, æqve atqve in cerebro lethale eſt: dictum eſt enim ex *Galeno*, (*12. de uſu part. 11.*) ipſam velut alterum qvoddam cerebrum his omnibus particulis eſſe, qvæ ſub capite ſunt. Tale igitur fuerit, tum propter particulæ nobilitatem; tum etiam propter nerveam naturam; multa etiam ac gravia ſymptomata inde proficiſci ſolent: multaqve illi cum cerebro ac vicinis partibus ſympathia eſt: qvibus

bus omnibus accedit, quod ægre curari poteſt: præterea tanto lethalius eſſe hoc vulnus deprehenditur, qvanto in ſublimiori ſpinæ parte acceptum fuerit: nam, ut verisſimè docet *Galenus*, (*1. Loc. aff. 6.*) ſi ſpinalis medulla in aliqva vertebrarum integrè læſa ſit, omnes partes inferiores reſolvuntur; ſi verò in altera tantùm parte, altera manente illæſa; partes duntaxat, qvæ illi è directo reſpondent, reſolutio infeſtabit: ſed hæc qvantum ad partium ſtructuram ſpectat, verisſima eſt ſententia: qvanqvam ſi particulæ naturam ſpectes: qvæ in inferiori ſpinæ parte accipiuntur vulnera, longè deteriora ſine dubio eſſe deprehenduntur: nam hoc in loco nervea ferè medulla eſt: cum tamen in ſuperioribus partibus mollior ſit, ac planè medulla. Qvod *Columbus* (*8. De re anatom. c. 4.*) diligentisſimus anatomicus adnotavit. Verùm ut hæc vulnera neceſſariò lethalia ſint, magna eſſe oportet; nam ſervari qvispiam poterit, ubi telum dorſalem ſubſtantiam altè non diviſerit. Præterea ſi transverſim medulla dividatur, neceſſariò mortem affert; nam ſtatim partes omnes inferiores reſolvuntur, nec remedia promptè adhiberi poſſunt. Atqve hoc modo intelligendus eſt *Celſus*, (*Lib. 5. c. 26.*) qvi percuſſæ in ſpina medullæ vulnus inſanabile eſſe memoriæ prodidit.

Venas etiam craſſiores arteriasqve, qvæ in intimis partibus abditæ ſunt, ſi vulnere offendes, lethale eſt. Hujusmodi ſunt vena cava, arteria

teria magna, grandes illæ venæ arteriæqve circa fauces, vel in crure ac fœmore; item venæ majores in alis ac poplitibus: in his enim magna vulnera neceſſariò lethalia ſunt, propter immoderatum ſangvinis profluvium: unde eò citius deficit animal, qvo minus extra corpus exit effluxus; tunc enim & promptisſimè exolvitur & ſuffocatur. Curandi autem difficultatem arguit nervea natura, & ſitus profundior: nam nec integris viribus eò pervenire medicamentum poteſt. Venæ autem minores inciſæ non adeò multa ſangvinis profuſione vitali ſpiritu hominem exhaurire poſſunt. Proinde veriſſimè *Celſus* (*Lib. 5. c. 26.*) inſanabile eſſe vulnus affirmat, circa grandes faucium venas, vel arterias: in præcipiti autem eſſe, in qvibus usqve ad grandes intusqve conditas venas in alis, vel poplitibus mucro deſcenderit: ea etiam vocat periculoſa, ubicunqve venæ majores ſunt, qvoniam exhaurire hominem profuſione ſangvinis poſſunt. Idqve in his etiam venis evenire, qvæ ad anum, teſticulosqve perveniunt. At verò illud etiam compertum habemus: nimirum arteriarum vulnera longè eſſe, qvàm venarum graviora: nam & major jactura eſt ſpiritus, qvàm ſangvinis.

Aſperæ arteriæ levia vulnera percurata interdum ſunt: magna verò planè lethalia exiſtunt. Atqve hi non eqvidem moriuntur, qvod ſpiritus cavô thorace clauſus exiret per vulnus: ſed qvod & chartilaginea natura, & continuus motus

con-

conſolidationem non patitur. Ergo niſi magna ſint hæc vulnera, neqvaqvam ſunt neceſſariò lethalia. Obſervatum tamen eſt graviora eſſe, ſi circa gulæ ac gutturis partes ſummas conſiſtant, ubi nervi, venæ, arteriæqve periculum augent: nam alibi præciſa ſæpè bonum ſortiuntur eventum. Atqve in his, qvi lethali angina ſuffocantur, graviſſimi qvidam medici excindi arteriam ſalubriter præceperunt.

Renum etiam vulnera, qvoniam multa ibi diſſeminata ſunt vaſa, ac perpetuum excrementi illapſum excipiunt: uſumqve habent vitæ conſervandæ neceſſarium, utplurimum lethalia ſunt. Qvanqvam incurabilia eſſe arbitretur Cornelius *Celſus*. Atqve obſervant peritisſimi qvidam *Chirurgi: (Andr. de Cruce.)* ſi profunda ſint hæc vulnera, difficillimam habere curationem: nam ſi in ſola ſubſtantia, qvæ denſa eſt, ac carnoſa, leviter accepta ſint, interdum convaleſcunt.

Lienis vulnera pleriqve lethalia eſſe crediderunt: illi enim uſum eſſe toti corpori famulantem, atqve eſſe qvaſi alterum hepar. At qvia obſervavimus aliqvando, nonnullis animalibus totum ſplenem exectum fuiſſe: ac nihilominus integros illos ſuperfuiſſe: memoriæqve prodiderit *Ariſtoteles, (4. De gener. anim. 4.)* liene carens interdum animal naſci poſſe: ideò niſi magna aliqva vaſa in eo diſſecta ſint, neqvaqvam illa arbitror ſua natura lethalia eſſe.

## CAPUT IV.

### Qvibus indiciis particulæ, qvarum vulnera ſunt lethalia, vulneratæ eſſe deprehendantur?

QVarum partium lethalia ſint vulnera, pro viribus explicatum eſt: nunc certæ etiam earundem afferendæ ſunt notæ, qvæ affectus ante oculos ponant. Etenim ſi in capite v. g. aut pectore acceptum ſit vulnus: nec ea tamen conſpicua ſint ſigna, qvæ vel cerebrum vel pectus percuſſum arguant: tunc eqvidem aliunde, quàm à vulnere, agnoſcenda eſt interitus cauſa. Ergò illud in univerſum ignorandum non eſt, *locorum* (*2. de loc. affect.*) affectorum notas ab actione læſa, à ſitu partium, ab excretis, à doloris proprietate, atqve à propriis ſymptomatibus deduci ſolere.

Sic, ſi illato vulnere læſa ſit reſpiratio: prudens medicus aut pulmonem, aut thoracem aut hujus vertebras læſas eſſe affirmabit: at ſi per vulnus effluat urina; nemo non veſicam aut ureteres, aut renes convulneratos agnoſcet: ſi ſtercus, craſſiora inteſtina: ſi chilus tenuiora. Qvod verò ad ſitum pertinet, ſi fiat, ut in dextro hypochondrio acceptum ſit vulnus; læſi hepatis ſuſpicio eſt: in pectine, veſicæ: ac ſimiliter in cæteris locis de ſubjecta particula ſemper eſt ſuſpicandum. Verùm certa etiam doloris proprietas nihilominus te etiam de re ipſa certiorem faciet:

faciet: nam gravis eſt dolor, ſi caro hepatis aut lienis aut pulmonis magis afficitur: ſi tenſivus ac pungens, illorum vaſa ac tunicæ: qvod ſi vehemens ſentiatur, ventriculum, inteſtina, ac nervoſas partes convulneratas dices. Sed non minus etiam propria cujusqve particulæ accidentia contemplanda ſunt: nam cerebri vulnera, phrenitis, Epilepſia ac ſimiles caſus comitantur: ventriculi nauſea, vomitus ac ſingultus; pectoris reſpiratio læſa. Sed jam ſingula præſtantius ſic in medium prodibunt.

*Corde* percuſſo, ſangvis multus effertur, ac præſertim ſi dexter ventriculus vulneretur: unde etiam niger exibit ſangvis, ac fervens: nam ex ſiniſtro flavus profunditur. Arteriæ langveſcunt; Color eſt pallidisſimus, ſudores frigidi & mali odoris: ac tandem extremis partibus frigidis, matura mors ſeqvitur.

*Cerebrum*, membranavé ejus ſi vulnus accipiat, ſangvis per nares: qvibusdam etiam per aures exit, fereqve bilis vomitus inſeqvitur, qvorundam ſenſus obtunduntur: aut torvus vultus fit; aut oculi qvaſi reſoluti huc atqve illuc moventur: fereqve tertio, aut qvinto die delirium accedit; multorum etiam nervi diſtenduntur. Peculiaris autem in membrana læſa validus ſubſeqvitur dolor capitis: & qvi manſu, adductisqve maxillis, & ſpiritus contentione exacuitur: oculi fervent: lingva agitatur; mens deſipit; percuſſo aut cerebro ægri concidunt, vox nihil

ſonat,

ſonat, facies pervertitur, bilis vomitus, per nares humor albus, pulticulæ ſimilis emanat.

*Hepate* vulnerato, multus ſangvis profunditur ſub dextra parte: præcordia ad ſpinam reducuntur: in ventrem cubandi dulcedo, punctiones doloresqve usqve ad jugulum: os intentum: & nonnunqvam bilioſus vomitus accedit, pallet ægrotus, tusſit, febricitat: atqve urina, egeſtioqve non raró redditur cruenta: & his tandem corpus qvaſi athrophia liqveſcit & abſumitur.

*Ventriculus* ſi vulneretur, ſingultus & bilis vomitus inſeqvitur: ſi qvid cibi vel potionis abſumptum eſt, id redditur citò: animus etiam deficit; arteriarum motus langveſcunt; ſudores tenues oriuntur, per qvos extremæ partes frigeſcunt: intenſiſſimus dolor: ac præſertim ſi ad ſuperiora evaſerit.

Pulmo ſi vulnus accipiat, ſpirandi difficultas eſt: ſangvis ex ore ſpumans: ex plaga ruber, ſimulqve etiam ſpiritus cum ſono fertur: in vulnus inclinari juvat; qvidam ſine ratione conſurgunt: multi in ipſum vulnus inclinati loqvuntur: in aliam partem obtumeſcunt. Si ſpatioſa laxitas eſt, ait *Paulus*, ſangvis ex plaga ſpumans evacuatur: cum non eſt, ore magis per vomitum redditur. Cervicis vaſa attolluntur: lingva alium calorem aſſumit, & multum ſpiritus attrahunt, ægri frigidi appetentes: & ſi diutius ſit morbus, tum febris tum marcor hominem conficit.

Septo

Septo tranſverſo percuſſo, præcordia ſurſum trahuntur: ſpina dolet, ſpiritus rarus; ſangvis ſpumans fertur: aſſerit Paulus, magnam exſpirationem, cum gemitu & dolore, per totam humeri partium compaginem.

*Inteſtinis vulneratis*, cibus & potio per vulnus exeunt: præcordia intumeſcunt; nonnunqvam bilis per os redditur; inſima autem inteſtina icta, vel ſtercus, vel odorem ejus exhibent.

*Veſica percuſſa*, dolent ingvina: quod ſuper pubem eſt, intenditur: pro urina ſangvis, aut ex ipſo vulnere urina deſcendit, ſtomachus afficitur: itaqve aut bilem vomunt, aut ſinguſtiunt; frigus, & ex eo mors ſeqvitur.

*Medulla* qvæ in ſpina eſt, ſi vulneretur, nervi reſolvuntur, aut diſtenduntur: ſenſus intercidit: interpoſito tempore aliqvo ſine voluntate inferiores partes vel ſemen vel urinam, vel ſtercus excernunt.

*Venæ autem arteriæ*, qvæ in imo ſunt corpore, ſi vulnus accipiant, illæ nigri ſangvinis ingentem copiam, à dorſo utplurimum fundunt; idqve à latere dextro: pallent ægrotantes, & promptisſimus eſt interitus. Illæ autem tenuem, flavum & ſpumantem ſangvinem à ſiniſtro præſertim latere effundunt: arteriæ ſtatim immutantur: ac non multò poſt mors ſeqvitur.

Icta *aſpera arteria* exiguum ſangvinem mittit; ad dorſum plurimus dolor: fauces paulatim ſangvine replentur: vox rauca & lingvæ ariditas.

*[illegible]* dolorem [illegible] [illegible] inferior [illegible], difficultas urinæ [illegible] est autem cruenta aut cruor [illegible] [illegible] [illegible] sinistra parte [illegible] [illegible] cum ventriculo ab eadem parte [illegible] [illegible] urgens, [illegible] [illegible] vomit. Atque hæc ferè sunt [illegible] ex quibus facilè deprehendes, an [illegible] partes, quarum lethales esse plagas [illegible] sint vulneratæ: nam si hæc minimè [illegible] nec illas percussas esse affirmabis: atque alias [illegible] morbi origines quæres.

## *CAPUT V.*

### Quæ tuta, quæve periculosa esse vulnera dicantur, particulatim exponitur?

Tuta autem vulnera, quæ etiam sui natura periculo carent [illegible] [illegible] sunt, quæ longè à prædictis [illegible] [illegible] cujus generis [illegible] *Celsus (Lib.5 [illegible])* [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] hæc ipsa interdum pejora, interdum melior [illegible] [illegible] *Periculosum* [illegible] cunque magnum est, pejusque est quod [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] est [illegible] [illegible] [illegible] est, alia dependet: pessimaque [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] præterea [illegible] [illegible] puer, vel adolescens, quam senior: valens, quam infirmus: [illegible]

[illegible]

nis tenuis, neqve nimis plenus: qvam ſi alterum ex his eſt: integri habitus, qvam corrupti, exercitatus, qvàm iners; ſobrius, ac temperans, qvàm vino venerique deditus: opportuniſſimúmqve curationi vernum tempus eſt: aut certè neqve fervens neqve frigidum; ideoqve pernicioſiſſimus autumnus eſt. Atqve hæc ſunt, à qvibus, qvæ ſita per ſe vulnera exiſtunt, graviora interdum fiant: qvanqvam revera nunqvam ſuam naturam immutant, modo enim carnoſa tantum particula vulneretur, ſemper vulnus ſua natura futum fuerit: nunqvam periculoſum: nam ſi qvod unqvam periculoſum obtingit, aliqvid aliud præterea in cauſa eſt. Qvæ aut vulnera medio loco conſiſtunt: ea ſunt, ſi *Gvidoni* credimus, (*Trac.3.doc.1.cap.1.*) qvæ in capitibus maſculorum, in cranco, in thorace ac ventre accipiuntur. Et *Galenus* non eqvidem lethalia: ſed tantum periculoſa eſſe, ait, vulnera omnia, qvæ in nervis ac nervoſis partibus ſunt inflicta. Periculoſa etiam eſſe *alibi* dixit, qvæ nimirum ad perniciem & ſalutem æqvale habent momentum; & hæc etiam ancipitia nihilominus appellat. Obſervatumqve eſt à peritiſſimis *viris*, (*Columb.8. de re anat.5.*) formidanda eſſe vulnera ac periculi plena, qvæ ſub claviculæ, internoqve ſcapulæ proceſſu infliguntur: ibi enim præter venam baſilicam, & axillarem arteriam, ſubeſt etiam conſtitutio illa qvinqve partium nervorum: qvi è colli vertebris ad brachia contendunt.

ratio, qvæ continuo vitioſarum humiditatum tranſitu disjunguntur: tum etiam, qvod nec medicamenta convenienter admittunt. De his autẽ vulneribus vide etiam *Marcellum Donatum* loco jam ſæpius citato: nam qvendam inter alios memorat, qvi tenui inteſtino præciſo, diu vixerit: qvod tamen ego inter rara poſuerim exempla.

Veſica etiam diſciſſa, lethale eſt, inqvit Hippocrates: Verùm diſtinctione hic opus eſt: nimirum ut tota ipſius tunica ad interiorem usqve capacitatem diviſa, diſſectaqve ſit, & qvidem notabili vulnere: nam exiguum tum coaleſcere carnis interventu, tum exactè ſanari experientia confirmat. Hoc etiam vulnus in nervoſa parte accipi debet: nam collum ipſius, qvod maximè carnoſum eſt, qvotidiè ſanari videmus, in his ſcil. qvibus veſicæ calculi extrahuntur: obſervatum tamen eſt à nonnullis, rarius vulnera ſanari, ſi, qva parte veſica oſſi ſacro alligatur, infliguntur.

*Spinalis medulla*, ſi vulnus accipiat, æqve atqve in cerebro lethale eſt: dictum eſt enim ex *Galeno*, (*12. de uſu part. 11.*) ipſam velut alterum qvoddam cerebrum his omnibus particulis eſſe, qvæ ſub capite ſunt. Tale igitur fuerit, tum propter particulæ nobilitatem; tum etiam propter nerveam naturam: multa etiam ac gravia ſymptomata inde proficiſci ſolent: multaqve illi cum cerebro ac vicinis partibus ſympathia eſt: qvibus

bus omnibus accedit, quod ægre curari poteſt: præterea tanto lethalius eſſe hoc vulnus deprehenditur, qvanto in ſublimiori ſpinæ parte acceptum fuerit: nam, ut verisſimè docet *Galenus*, (*1. Loc. aff. 6.*) ſi ſpinalis medulla in aliqva vertebrarum integrè læſa ſit, omnes partes inferiores reſolvuntur; ſi verò in altera tantùm parte, altera manente illæſa: partes duntaxat, qvæ illi è directo reſpondent, reſolutio infeſtabit: ſed hæc qvantum ad partium ſtructuram ſpectat, verisſima eſt ſententia: qvanqvam ſi particulæ naturam ſpectes: qvæ in inferiori ſpinæ parte accipiuntur vulnera, longè deteriora ſine dubio eſſe deprehenduntur: nam hoc in loco nervea ferè medulla eſt: cum tamen in ſuperioribus partibus mollior ſit, ac planè medulla. Qvod *Columbus* (*8. De re anatom. c. 4.*) diligentisſimus anatomicus adnotavit. Verùm ut hæc vulnera neceſſariò lethalia ſint, magna eſſe oportet; nam ſervari qvispiam poterit, ubi telum dorſalem ſubſtantiam altè non diviſerit. Præterea ſi transverſim medulla dividatur, neceſſariò mortem affert: nam ſtatim partes omnes inferiores reſolvuntur; nec remedia promptè adhiberi poſſunt. Atqve hoc modo intelligendus eſt *Celſus*, (*Lib. 5. c. 26.*) qvi percuſſæ in ſpina medullæ vulnus inſanabile eſſe memoriæ prodidit.

Venas etiam craſſiores arteriasqve, qvæ in intimis partibus abditæ ſunt, ſi vulnere offendes, lethale eſt. Hujusmodi ſunt vena cava, arteria

teria magna, grandes illæ venæ arteriæqve circa fauces, vel in crure ac fœmore; item venæ majores in alis ac poplitibus: in his enim magna vulnera neceſſariò lethalia ſunt, propter immoderatum ſangvinis profluvium: unde eò citius deficit animal, qvo minus extra corpus exit efluxus: tunc enim & promptiſſimè exolvitur & ſuffocatur. Curandi autem difficultatem arguit nervea natura, & ſitus profundior: nam nec integris viribus eò pervenire medicamentum poteſt. Venæ autem minores inciſæ non adeo multa ſangvinis profuſione vitali ſpiritu hominem exhaurire poſſunt. Proinde veriſſimè *Celſus* (*Lib.* 5. *c.* 26.) inſanabile eſſe vulnus affirmat, circa grandes faucium venas, vel arterias: in præcipiti autem eſſe, in qvibus usqve ad grandes intusqve conditas venas in alis, vel poplitibus mucro deſcenderit: ea etiam vocat periculoſa, ubicunqve venæ majores ſunt, qvoniam exhaurire hominem profuſione ſangvinis poſſunt. Idqve in his etiam venis evenire, qvæ ad anum, teſticulosqve perveniunt. At verò illud etiam compertum habemus: nimirum arteriarum vulnera longè eſſe, qvàm venarum graviora: nam & major jactura eſt ſpiritus, qvàm ſangvinis.

Aſperæ arteriæ levia vulnera percurata interdum ſunt: magna verò planè lethalia exiſtunt. Atqve hi non eqvidem moriuntur, qvod ſpiritus cavò thorace clauſus exiret per vulnus: ſed qvod & chartilaginea natura, & continuus motus

con-

conſolidationem non patitur. Ergò niſi magna ſint hæc vulnera, neqvaqvam ſunt neceſſariò lethalia. Obſervatum tamen eſt graviora eſſe, ſi circa gulæ ac gutturis partes ſummas conſiſtant, ubi nervi, venæ, arteriæqve periculum augent: nam alibi præciſa ſæpè bonum ſortiuntur eventum. Atqve in his, qvi lethali angina ſuffocantur, graviſſimi qvidam medici excindi arteriam ſalubriter præceperunt.

Renum etiam vulnera, qvoniam multa ibi diſſeminata ſunt vaſa, ac perpetuum excrementi illapſum excipiunt: uſumqve habent vitæ conſervandæ neceſſarium, utplurimum lethalia ſunt. Qvanqvam incurabilia eſſe arbitretur Cornelius *Celſus*. Atqve obſervant peritisſimi qvidam *Chirurgi*: (*Andr. de Cruce.*) ſi profunda ſint hæc vulnera, difficillimam habere curationem: nam ſi in ſola ſubſtantia, qvæ denſa eſt, ac carnoſa, leviter accepta ſint, interdum convaleſcunt.

Lienis vulnera pleriqve lethalia eſſe crediderunt: illi enim uſum eſſe toti corpori famulantem, atqve eſſe qvaſi alterum hepar. At qvia obſervavimus aliqvando, nonnullis animalibus totum ſplenem exectum fuiſſe: ac nihilominus integros illos ſuperfuiſſe: memoriæqve prodiderit *Ariſtoteles*, (*4. De gener. anim. 4.*) liene carens interdum animal naſci poſſe: ideò niſi magna aliqva vaſa in eo diſſecta ſint, neqvaqvam illa arbitror ſua natura lethalia eſſe.

CAPUT

## CAPUT IV.

### Qvibus indiciis particulæ, qvarum vulnera ſunt lethalia, vulneratæ eſſe deprehendantur?

QVarum partium lethalia ſint vulnera, pro viribus explicatum eſt: nunc certæ etiam earundem afferendæ ſunt notæ, qvæ affectus ante oculos ponant. Etenim ſi in capite v. g. aut pectore acceptum ſit vulnus: nec ea tamen conſpicua ſint ſigna, qvæ vel cerebrum vel pectus percuſſum arguant: tunc eqvidem aliunde, quàm à vulnere, agnoſcenda eſt interitus cauſa. Ergò illud in univerſum ignorandum non eſt, *locorum* (*2. de loc. affect.*) affectorum notas ab actione læſa, à ſitu partium, ab excretis, à doloris proprietate, atqve à propriis ſymptomatibus deduci ſolere.

Sic, ſi illato vulnere læſa ſit reſpiratio: prudens medicus aut pulmonem, aut thoracem aut hujus vertebras læſas eſſe affirmabit: at ſi per vulnus effluat urina; nemo non veſicam aut ureteres, aut renes convulneratos agnoſcet: ſi ſtercus, craſſiora inteſtina: ſi chilus tenuiora. Qvod verò ad ſitum pertinet, ſi fiat, ut in dextro hypochondrio acceptum ſit vulnus; læſi hepatis ſuſpicio eſt: in pectine, veſicæ: ac ſimiliter in cæteris locis de ſubjecta particula ſemper eſt ſuſpicandum. Verùm certa etiam doloris proprietas nihilominus te etiam de re ipſa certiorem faciet:

faciet: nam gravis eſt dolor, ſi caro hepatis aut lienis aut pulmonis magis afficitur: ſi tenſivus ac pungens, illorum vaſa ac tunicæ: qvod ſi vehemens ſentiatur, ventriculum, inteſtina, ac nervoſas partes convulneratas dices. Sed non minus etiam propria cujusqve particulæ accidentia contemplanda ſunt: nam cerebri vulnera, phrenitis, Epilepſia ac ſimiles caſus comitantur: ventriculi nauſea, vomitus ac ſingultus; pectoris reſpiratio læſa. Sed jam ſingula præſtantius ſic in medium prodibunt.

*Corde* percuſſo, ſangvis multus effertur, ac præſertim ſi dexter ventriculus vulneretur: unde etiam niger exibit ſangvis, ac fervens: nam ex ſiniſtro flavus profunditur. Arteriæ langveſcunt; Color eſt pallidisſimus, ſudores frigidi & mali odoris: ac tandem extremis partibus frigidis, matura mors ſeqvitur.

*Cerebrum*, membranavé ejus ſi vulnus accipiat, ſangvis per nares: qvibusdam etiam per aures exit, fereqve bilis vomitus inſeqvitur, qvorundam ſenſus obtunduntur: aut torvus vultus fit; aut oculi qvaſi reſoluti huc atqve illuc moventur: fereqve tertio, aut qvinto die delirium accedit; multorum etiam nervi diſtenduntur. Peculiaris autem in membrana læſa validus ſubſeqvitur dolor capitis: & qvi manſu, adductisqve maxillis, & ſpiritus contentione exacuitur: oculi fervent: lingva agitatur; mens deſipit; percuſſo aut cerebro ægri concidunt, vox nihil ſonat,

ſonat, facies pervertitur, bilis vomitus, per nares humor albus, pulticulæ ſimilis emanat.

*Hepate* vulnerato, multus ſangvis profunditur ſub dextra parte: præcordia ad ſpinam reducuntur: in ventrem cubandi dulcedo, punctiones doloresqve usqve ad jugulum: os intentum: & nonnunqvam biliofus vomitus accedit, pallet ægrotus, tusſit, febricitat: atqve urina, egeſtioqve non raro redditur cruenta: & his tandem corpus qvaſi athrophia liqveſcit & abſumitur.

*Ventriculus* ſi vulneretur, ſingultus & bilis vomitus inſeqvitur: ſi qvid cibi vel potionis abſumptum eſt, id redditur citò: animus etiam deficit; arteriarum motus langveſcunt; ſudores tenues oriuntur, per qvos extremæ parres frigeſcunt: intenſiſſimus dolor: ac præſertim ſi ad ſuperiora evaſerit.

Pulmo ſi vulnus accipiat, ſpirandi difficultas eſt: ſangvis ex ore ſpumans: ex plaga ruber, ſimulqve etiam ſpiritus cum ſono fertur: in vulnus inclinari juvat; qvidam ſine ratione conſurgunt: multi in ipſum vulnus inclinati loqvuntur: in aliam partem obtumeſcunt. Si ſpumoſa laxitas eſt, ait *Paulus*, ſangvis ex plaga ſpumans evacuatur: cum non eſt, ore magis per vomitum redditur. Cervicis vaſa attolluntur: lingva alium calorem aſſumit; & multum ſpiritus attrahunt, ægri frigidi appetentes: & ſi diuturnus ſit morbus, tum febris tum marcor hominem conficit.

Septo

Sepio transverſo percuſſo, præcordia ſurſum trahuntur: ſpinæ dolet, ſpiritus rarus; ſangvis ſpumans fertur: adſerit Paulus, magnam eſſe ſpirationem, cum gemitu & dolore, per totam humeri partium compaginem.

*Inteſtinis vulneratis*, cibus & potio per vulnus exeunt: præcordia intumeſcunt; nonnunqvam bilis per os redditur, infima autem inteſtina icta, vel ſtercus, vel odorem ejus exhibent.

*Veſica percuſſa*, dolent ingvina: qvod ſuper pubem eſt, intenditur: pro urina ſangvis, aut ex ipſo vulnere urina deſcendit, ſtomachus afficitur: itaqve aut bilem vomunt, aut ſinguitiunt; frigus, & ex eo mors ſeqvitur.

*Medulla* qvæ in ſpina eſt, ſi vulneretur, nervi reſolvuntur, aut diſtendantur: ſenſus intercidit; interpoſito tempore aliqvo ſine voluntate inferiores partes vel ſemen vel urinam, vel ſtercus excernunt.

*Venæ autem arteriæ*, qvæ in imo ſunt corpore, ſi vulnus accipiant, illæ nigri ſangvinis ingentem copiam, à dorſo utplurimum fundunt; idqve à latere dextro: pallent ægrotantes, & promptisſimus eſt interitus. Illæ autem tenuem, flavum & ſpumantem ſangvinem à ſiniſtro præſertim latere effundunt: arteriæ illorum immutantur: ac non multò poſt mors ſeqvitur.

Icta *aſpera arteria* exiguum ſangvinem mittit. ad dorſum plurimus dolor: fauces paulatim ſangvine replentur: vox rauca & lingvæ ariditas.

*Renes vulnerati* dolorem ad ingvina & usque ad teſticulos inferunt, difficulter urina redditur, eaque eſt autem cruenta aut cruor fertur *Liene percuſſo*, ſangvis niger à ſiniſtra parte prorumpit, præcordia cum ventriculo ab eâdem parte indureſcunt: ſitis urgens, dolor ad jugulum, ſi ſit jecinore vulnerato, venit. Atque hæc ferè ſunt ſigna, ex quibus facilè deprehendes, an partes corporis, qvarum lethales eſſe plagas diximus, fuerint vulneratæ: nam ſi hæc minimè appareant, nec illas percuſſas eſſe affirmabis. atque alias interim morbi origines qværes.

## CAPUT V.

### Qvæ tuta, qvæve periculoſa eſſe vulnera dicantur, particularius exponitur?

Tuta autem vulnera, qvæ etiam ſua natura periculo carentia eſſe diximus, ea in univerſum ſunt, qvæ longè à prædictis partibus accipiuntur. cujus generis à *Celſo (Lib.5.c.26.)* memorantur, qvæ carnem duntaxat vulnerant: ſed & hæc ipſa interdum pejora, interdum meliora modò authore evadunt. *Periculum* enim facit qvodcunqve magnum eſt; pejusqve eſt, qvod contuſum aut ex qvo aliqvid excîſum eſt, aut ubi caro alia parte abſciſſa eſt, alia dependet: peſſima qvæ plaga in orbem eſt; tutiſſima, qvæ lineæ modo recta: præterea faciliùs ſaneſcit puer, vel adoleſcens qvàm ſenior: valens, qvam infirmus: neqve nimes

nis tenuis, neqve nimis plenus: qvam ſi alterum ex his eſt: integri habitus, qvam corrupti, exercitatus, qvam iners; ſobrius, ac temperans, qvam vino venereqve deditus: opportuniſſimumqve curationi vernum tempus eſt: aut certè neqve fervens neqve frigidum; ideoqve perniciosiſſimus autumnus eſt. Atqve hæc ſunt, à qvibus, qvæ alia per ſe vulnera exiſtunt, graviora interdum fiunt: qvanqvam revera nunqvam ſuam naturam immutant, modo enim carnoſa tantum particula vulneretur, ſemper vulnus ſua natura tutum fuerit: nunqvam periculoſum: nam ſi qvod unqvam periculoſum obtingit, aliqvid aliud præterea in cauſa eſt. Qvæ aut vulnera medio loco conſiſtunt: ea ſunt, ſi *Gvidoni* credimus, (*Trac.3. doc. 1. cap. 1.*) qvæ in capitibus maſculorum, in cranco, in thorace ac ventre accipiuntur. Et *Galenus* non eqvidem lethalia; ſed tantùm periculoſa eſſe, ait, vulnera omnia, qvæ in nervis ac nervoſis partibus ſunt inflicta. Periculoſa etiam eſſe *alibi* dixit, qvæ nimirum ad perniciem & ſalutem æqvale habent momentum; & hæc etiam ancipitia nihilominus appellat. Obſervatumqve eſt à peritiſſimis *viris*, (*Columb. 8. de re anat. 5.*) formidanda eſſe vulnera ac periculi plena, qvæ ſub claviculæ, internoqve ſcapulæ proceſſu infliguntur: ibi enim præter venam baſilicam, & axillarem arteriam, ſubeſt etiam conſtitutio illa qvinqve partium nervorum, qvi ex colli vertebris ad brachia contendunt.

Hujus etiam generis ſunt ex his multa, quæ *Celſus* (*lib.5. c.26.*) difficilem habere curationem ſcripſit: in alis ſiqvidem ac poplitibus, & inter anum & teſticulos: item in interfeminiis vel inanibus locis, vel inter digitos: item qvæcunqve musculi caput, vel finem aut nervum aut arteriam aut membranam aut os aut cartilaginem læſit. Hoc etiam nomine periculoſa ſunt vulnera, qvæ in cervice accipiuntur: ſæpe enim inſignem aliquem nervum, aut tendinem lædi inde contingit: eoqve magis ſi ad ſpinalem medullam usqve vulnus penetraverit. Obſervatum etiam eſt, (*Joan. de Rigo lib.3.*) vulnera, qvæ prope umbilicum ſunt, (ibi enim ſubſunt perforati tendines muſculorum obliqvorum, ac transverſalium) non ſine periculo eſſe: tametſi alia non penetrarint. Item qvæ in poſtica thoracis parte accipiuntur: hæc enim qvamqvam cavitatem minime attingant: qvia tamen per ea loca venæ arteriæqve non exiguæ, undiqve itidem nervi conſperſi ſunt, periculoſa eſſe adnotavi. Qvicunqve etiam articuli vulnerantur, periculum ſemper important, propter tendines ſcil. ac ligamenta, qvæ ibi reperiuntur. Illæ enim particulæ vulneratæ maligna producere ſolent ſymptomata: præſertim ſi in brachio [illegible] partem occupat vulnus hujusmodi [illegible] flexus cubiti, carpus [illegible]: item ſi extremam partem in crure: ſunt enim in his locis inſignes venæ, arteriæ, nervi,

ac

ac tendinosqvæ & hæmorrhagiam & dolorē vehementē, ac mala alia complura excitare ſolent.

Qvod autē partes nervoſæ vulneratæ ſint, (ſæpe enim doctam hoc exigit conjecturā, nec mediocrem medici diligentiam) hoc modo facile dignoſces. Nervo enim ſ. punctim ſ. cæſim vulnerato, motus interdumqve ſenſus perit, aut certè offenditur: torporqve accidit partibus vulneri ſubjectis: dolor excruciat; inflammatio partem exercet: cerebriqve conſenſu ſæpè delirium ſuccedit: convulſio qvoqve inſeqvitur; idqve frequentius puncto, aut qvadantenus ſecto, qvàm præciſo nervo. Vulneratis tendinibus aut membranis, qvæ tum calvariam, tum reliqva oſſa conveſtiunt, eadem ſigna; at obſcura tamen obtinent: multoqve magis cæſis articulorum vinculis. Dictum etiam eſt, multa vulnera ex his, qvæ magna ex parte lethalia nominantur, in hunc numerum referri poſſe, cum ſcil. exigua ſunt.

Ergò ( *Celſ. lib. 5. c. 26.* ) ſi ulla parte pulmo, aut jecoris craſſum, durior menynx, aut lien aut vulva vulneretur, non adeò qvidem profundo vulnere, huc loci referas velim. Sed qvod dixi nervorum vulnera lethalia non eſſe: qvoniam nonnulli ſunt, qvi de hac re plurimum ambigere videntur: lubet propterea ſententiam noſtram ſic rationibus amplius illuſtrare.

Illud ex *Galeno*, ( *15. de uſu part. 1.* ) prius eſt adnotandum: nervorum nomine tum nervos ipſos à cerebro ac ſpinali medulla exortos, tum ligamen-

menta, ac tendines comprehendi [illegible]
tum vulnera, & maligna & periculoſa etiam ab eo-
dem vocari ſolent; nunqvam lethalia. Ac tan-
tum abeſt, ut maxima ex parte intereant, qvi ita
percuſſi ſunt: ut ſæpiſſime potius ſaneſcant. [illegible]
hic inqvit ille, (6. *Meth.* 2,3. *Medic ſeg.* [illegible]) ne
unus qvidem ex nervorum vulnere mortuus eſt:
qvamobrem, qvi inter affectus, & partium expe-
rientiam ex inciſione cognitam, & methodum
confectionis, uſusqve medicamentorum [illegible]
xerit: is ſemper nervorum vulnera, ut in [illegible] ſine
omni periculo curaturus eſt; ut nec ulla princi-
palis pars condoleat: nec vulneratus nervus aut
contuſus inflammatione laboret: atqve ubi hæc
ſunt, multo minus vel putredo, vel claudicatio,
vel convulſio, vel ipſa mors comitabitur. Præ-
terea probatum eſt antea, lethalia vulnera in iis
tantum particulis infligi debere, qvæ vel princi-
pes ſunt vel neceſſarium uſum præbent animali,
aut qvæ exqviſitiſſimo ſenſu donatæ ſunt, aut
larga hæmorrhagia vires diſſolvunt: nudo au-
tem nervi, ſi ſingula in tuebere, nihil horum ſunt;
nam, nec [illegible] acri qvidem ſunt ſenſu: [illegible]
plurimus ſentientium nervorū concurſus fuerit.
Videas etiam & manum & brachium, & [illegible]
nervosq; alios ſine diſcrimine non raro diſcindi,
ut propterea ambigendum non ſit, nervorum
vulnera inter lethalia minime eſſe reponenda.

Ergo cum periculoſa tantum ſunt nervorum
vulnera; illud etiam notandum eſt, majoris mi-

noris-

norisqve diſcrimine non parum inter ſe differre: nam nervi (6. Methcor. c. 4.) qvi ſcil. ex ipſo cerebro, aut ſtatim aut ſpinali intercedente medulla ortum habent, promptè convulſionem accerſunt: minus autem tendines, qvoniam compoſita eorum eſt ſubſtantia ex nervo ligamentoqve: ligamentum verò vulneratum, ſi id eſt, qvod ab oſſe ad os permeat, maximè ſit periculo eſt: ſin id, qvod in muſculum ſe inſerit: qvantò eſt nervo & tendine minus periculo opportunum: tantò utiqve, niſi ritè curentur, reliqvis ligamentis magis terere debet. Qvanqvam fateor inveniri interdum aliqvos, qvi tam exqviſitè atqve ultra modum ſentientes nervos habent: ut etiam exiguo (*Sylv. 3. Iſag. anat. c. 23.*) accepto vulnere, præſertim initio Rachitidis, non ſolùm lethaliter habeant: ſed repente etiam moriantur.

# CAPUT VI.

## Capitis vulnera cujus notæ eſſe cenſeantur?

DE vulneribus capitis, qvæ aut in cutanea parte conſiſtunt, aut os ipſum denudant, perfringuntq;, illæſa tamen menynge, aliqvis ambigat, qvalia nimirum ſint: *tutane prorsùs ac ſine periculo: an ex his potiùs, qvæ medio loco collocavimus: ac periculoſa tantùm exiſtunt.* Nam tuta eſſe, argumento eſt, qvòd in carnea particula, aut in ipſa certè cute infliguntur: nulla indè aut principe, aut nervea ſimilivè percuſſa particula: eſſe autem

tem periculoſa, id docet, qvòd propè cerebrum ſunt: ac multa ſolent pericula afferre: qvæ non peræqvè cœteræ partes vulneratæ patiuntur.

Ego autem id mihi firmisſimè perſvadeo, capitis vulnera neſcio qvid peculiare, ac diverſum à plerisqve aliis præ ſe ferre: ut proptereà diligens opera adhibenda ſit: ſiqvando de his judicium feratur. Multa enim ac gravia produci ſolent ſymptomata, qvæ rarò ſimiliter in aliis occurrunt: ut jam meritò magnus *Hippocrates* integrum volumen de *capitis vulneribus* nobis reliqverit. Multa autem ſunt, qvæ, datâ in reliqvis paritate, deteriora hæc vulnera, ac magis, qvàm cœtera periculis expoſita eſſe demonſtrent. Nimirum partis natura, errandi facilitas, curandi difficultas. Cutis enim, ut de hac primò dicam, qvæ, ut ſcripſit *Ariſtoteles*, (*5. de gener. anim. 3.*) crasſiſſima eſt; ac plurimum habet humoris: & rara eſt admodum: externis aëris injuriis plurimùm eſſe ſolet expoſita: aër enim nos ambiens cùm ſua natura ſemper humidior, ac frigidior ſit capitis cute, & ipſo ſubjecto oſſe: nil mirum intus per vulnus obverſans, ſi naturale partium temperamentũ ad immodicam humiditatem convertere posſit: qvòd adhuc promptius fiet, ſi in locis humidioribus, ac minùs propterea ſalubribus vulneratus degat: ac præſertim, ſi detecto aut aperto cranio menynx in conſpectum ponatur.

Prætereà capitis cutis cum pericranio manifeſtam habet connexionem: ideoq; nervos excipit

à pri-

à prima & ſecunda cervicis vertebra, & à tertia cerebri conjugatione, qvi per omnem ejus ſubſtantiam diſſeminantur: ob qvam cauſam putat *Paræus*, (*Lib. 4.c. 2.*) hujus cutis vulnera, contuſiones, & apoſtemata diligentiùs tractanda eſſe. Verùm ita etiam conſtructum eſt caput, ut qvicunqve in cute contrahitur affectus, facilè etiam per proximas commiſſuras, aut facto foramine, & ſubjectis menyngibus, & ipſi etiam cerebro communicetur. Prætereà ea eſt capitis conſtitutio, ut, qvemadmodùm ſcripſit *Hippocrates*, (*de vulner. capitis.*) aliâ parte os findi posſit, qvam ubi percuſſum fuit: qvem cranei *reſonitum* vocant. Prætereà ipſe *Avicennas*, (*ſ.4. Tract.1.c.1.*) ſæpè cranium abrumpi, integrâ cute remanente, profeſſus eſt: & *Celſus*, (*Lib.8.c. 4.*) interdum evenire, ait, ut os totum integrum maneat: intùs verò ex ictu vena aliqva in cerebri membrana rupta aliqvid ſangvinis mittat. In qvibus qvidem anguſtiis diligens qvivis Medicus, qvid agat, qvid moliatur, vix qvidqvam norit.

Sæpè etiam in his plagis curandis plusqvàm mediocriter errare ſolent Chirurgi: niſi eqvidem literis & diligenti obſervatione plurimùm præſtent. Nam illud multis ſolenne eſt, ut dum ambientis frigiditatem alterare contendunt, non ſolùm laneis conopœis undiqve cubile obſtipent: ſed intùs media licèt æſtate prunas accendunt: nihilqve prætermittunt, qvod ad æſtum inferendum pertinere posſit: undè & febris,

& inflammatio promptè excitetur. Nec norunt *Hippocratem*, (*Lib. de ulcer.*) cùm cœteris ulceribus calidius tempus commendaſſet: his tamen, qvæ in capite ſunt, æqvinoctii tempus præſertim collaudaſſe. Præterea vulnus ipſum ſæpè pluribus ſectionibus temerè dilatant: venulas, artérias, ac nerveos ramos, ferro, ungvibus ſcindunt, ac lacerant pericranium: cujus plurimus uſus eſt. Eſt *hæc* (*8. de uſu part. 9.*) nervea qvædam membrana, ex vinculis ab ipſa menynge enatis, ac tenuibus qvibusdam membranis per ſuturas exeuntibus concepta: qvæ duram menyngem cum cranio contexta.

Errores etiam circa ſuturas non rarò fiunt: dum rimulas à telo relictas, naturales tamen commiſſuras eſſe arbitrantur: ac minimè aperiunt: cùm id tamen neceſſarium ſit opus. Sed hujus culpæ comitem ſibi habent *Hippocratem* (*5. Epid. in hiſt. Eutonomi.*) ut minus turpe erratum propterea videri posſit: illud tamen magis reprehendendum: ſi qvando commiſſuras ipſas rimulas eſſe arbitrantes, temerè os perforant: atqve ultrò ægrotantes in diſcrimen adducunt. Sed eſſe cœteri alii errores, qvi cum aliis vulneribus illis communes ſunt, plùs in his etiam periculi afferre ſolent. Curandi autem difficultas non minùs facit, ut hæc vulnera periculo expoſita ſint, nam deligaturam, inqvit *Galenus* (*6. Meteor. cap. 6.*) qvam in aliis membris, ceu maximè phlegmonas arcentem ratio invenit, capiti adaptare

non

non poſſis: itaqve nec qvòd affluit reprimere, nec qvòd in ægris partibus continetur, exprimere qveas.

Prætereà cùm calvariæ os ſiccisſimum ſit: cœteræ autem vicinæ particulæ humidiores: difficilè eſt naturale omnium temperamentum peræqve ſervare: ob qvam etiam cauſam difficilis ſemper qvæſtio inter Medicos *habita* eſt, (*Galen. ut ſuprà.*) *utra ſcil. curatio vulnerato capiti magis conveniat: illane, qvæ exiccantibus, an qvæ potiùs lenibus remediis procedit.* Ex qvibus omnibus veriſſimè ſtatuit *Hippocrates*, (*Libr. de vulner. Cap 1.*) *nullum vulnus capitis leviter contemni debere*: ſæpè enim ſola cutis contuſa, niſi diligenter & cautè curetur, febrem inducit: & medico qvidem negotia, ægroto autem periculum affert. Conſtituo igitur, ut jam me colligam, *capitis vulnera ſua natura neqvaqvam tuta eſſe*: ſed planè periculoſa: ac præſertim qvæ ad os usqve pertingunt, ac menyngem, detegunt: locumqve, ajo, ſibi aſſumere, poſt cœtera alia, qvæ ejusdem generis ſunt: nam qvæ in nerveis particulis accepta ſunt: ac qvæ multa alia ſuo loco meminimus, magis eſſe periculoſa identidem obſervamus. Qvanqvam regionum ac locorum naturas, certasq; proprietates diligenter in tua ferenda ſententia advertas, moneo: aliter enim in populoſa humiliqve in regione expoſita civitate: & ubi ab his vulneribus multi ſolent periclitari: aliter in ſublimi oppido, ac cœlo ſalubri ſtatuendum eſt; nam, ut ibi

ibi perfracto cranio: aut aliqvando etiam oſſe tantùm detecto, vulnus inter prima eſſe periculoſum dicam: ita hic tametſi periculoſum qvoqve eſſe pronunciavero: attamẽ longè mitiùs dicam.

## CAPUT VII.

### Qvomodo ſtatuendum ſit, vulnerisné an aliarum rerum culpâ hominem interiiſſe?

HIs ergò ad hunc modum conſtitutis, non erit admodùm difficile, id deprehendere, qvod jam ab initio propoſuimus: *num ſcil. qvuspiam ex accepto vulnere occiſus ſit: an aliqvid prætereà acceſſerit? undè homo interierit.* Nam ſi vulnus, de qvo qværitur, lethale agnitum ſit: ſive ex necesſitate, ſive magna ex parte tale fuerit, ſine dubio vulneri culpa eſt imputanda. Si verò tutum ſit: & qvod periculo vacans paulò antè nuncupavimus: in aliud præterqvam in vulnus nex eſt referenda. At ſi ejus generis ſint plagæ, qvas periculoſas nuncupavimus, ac medio ſtatuimus loco; iſtæ ut mediæ ſunt: ita ancipitem qvoqve habent naturam: & anceps de ſe judicium præbent. Nam ſi magna fuerint vulnera: jam necis culpam ipſa per ſe præbent: ſin parva, ab aliis nex eſt illata. Sic ergò ſi magnum in articulo vulnus accipiatur, qvod & tendines nervosqve ac vaſa ſecuerit, aut etiam dilacerarit: qvanqvam illud per ſe lethale non ſit, qvia tamen periculi plenum eſt: & nullos errores impunè admittit: atqve

atqve exactisſimam exigit curationem: omniq; curá ac ſtudiô abſolutam: qvam non ubiq; præſtare Medici ex officio tenentur (nunqvam enim errare, ſupra captum hominis eſt:) nec langventes tam exqviſitam victûs rationem ſervare ubiqve poſſunt: ideò ſi qvis intereat: minimè aberrabis, ſi vulnus mortis cauſam præſtitiſſe referes: niſi tamen notabilis error in curatione commiſſus ſit: ſive illum Medici, ſive ægrotantes, ſive res aliæ præſtiterint, tunc enim magna excuſatione dignus erit percuſſor: nam tametſi absqve hoc errore interire vulneratus poterat: qvia tamen dubia res eſt, atqve in ambiguis ſemper pro feriente favorabilis conjectura fieri debet: ideò qvicqvid erratum fuit, id ipſum interitûs cauſam præſtitiſſe affirmabo.

De *vulneribus* autem *capitis*, qvæ peculiare aliqvid habere pluribus anteà docuimus, ita ad Magiſtratum referes. Aërem prius atqve urbium ſalubritatem, qvemadmodum ad hæc vulnera ſeſe habeant, tecum ipſe verſabis: atqve ubi multis experimentis conjecturisqve pesſimè ab his vulneribus ægrotantes qvovis tempore haberi deprehenderis: vulnera omnia, qvæ pericranium detegunt: atqve his magis, in qvibus aperire calvariam opus fuit, inter valdè periculoſa numerabis, atqve ut ejusmodi, niſi error notabilis, ac manifeſtus contingat, ipſa necis culpam præſtitiſſe videri posſint. Alia verò qvanqvam & ipſa ſint etiam periculoſa, magis tamen ad tutorum natu-

naturam accedent. Ubi verò cœli ſalubritas horũ vulnerum periculum minuit: tunc qvodcunqve capitis vulnus, modò membranæ affectæ non ſint, etiam oſſe perfracto ac perforato, neqvaqvã inter multum periculoſa repones: niſi tamen ubi multum calvariæ detractum eſt: tunc enim qvoniam impoſſibile eſt membranam non lædi: ideo hac de cauſa periculoſa ſemper exiſtimabis. Hinc igitur conſtitutum ſit, qvod gravisſimis etiam *Juriſperitis* (*Tex. in l. ſi ex plaga. ff. ad L. Aq. l.*) placere video: ut ſi nervus non mortiferè vulneratus intereat) mortiferum etiam intelligo valdè periculoſum: cujusmodi ſunt magna articulorum vulnera) actionem vulnerato tantum eſſe: non de occiſo. Qvocirca vanam illorum opinionem putat *Guido*, (*De vulner. ſimpl. trac. 3. doc. 1 c. 1. Lib. 2. c. 3.*) Doctisſimus atqve antiqvisſimus medicus: cui etiam de more ſubſcripſit *Pagnultius*: qvi hominem nunqvam ajunt interiturum fuiſſe, qvamvis in vitæ regimine deliquerit: niſi ille vulnus accepiſſet: ut videantur propterea ſemper necis culpam in vulnus, tutisſimum licet, ac ſine periculo, referre voluiſſe. Sed horum ego errorem mox ſtudioſius redarguam.

## CAPUT VIII.

### Qvomodo ab exiguis vulneribus, ac minimè lethalibus interire homines contigat?

QVomodo autem, qvi vulnerati intereunt, non

non tam vulneris, qvàm aliarum rerum culpâ emori ſoleant: qvæ res maximè in controverſiam cadit, nunc dicere aggredior. Sex ego hujus infelicis eventûs cauſas invenio: cur ſcilicet exiguo tutoqve accepto vulnere aliqvando tamen intereant. *Prima* eſt, cùm is, qvi vulneratur corpore eſt cacochymo, ac pravis ſuccis vitiato. *Secunda*, cùm vulnerata particula qvocunqve modo valdè ſit debilis atqve imbecillis. *Tertia*, ſi invictûs ratione peccetur. *Quarta*, eſt qvædam aëris prava conſtitutio. *Qvinta*, *Medici incuria*. Sexta incerti qvidam caſûs, qvi ſub methodum reduci non qveunt. Atqve hæc omnia ita ſingulatim demonſtro. Qvantum ad primam, ſpectat: finge in malehabito corpore, ac pravis humoribus referto: cujusmodi ſunt cachectici, elephantici, lue vereneâ laborantes hydropici phthiſici, ac ſimiles alii, infligi vulnus: non illud qvidē in principe particula; ſed planè in carnoſa, ac periculo minimè expoſita: nemo ignorat, qvàm ſæpè *accerrimi dolores, magnæ inflammationes, febres, convulſiones*, pravaqve alia ſymptomata excitari indè ſoleant: undique ad vulneratam particulam convocatis alienis humoribus. Neq; etiam de eo qvis ambigat, quòd ſecundo expoſuimus loco: nam ſi qvispiam, exempli cauſa, in articulis, quibus non multò anteà ex fluxione laboraverit, vel exiguum vulnus accipiat: aut ſi ſemel ſauciata particula denuè ſimiliter offendatur: occultavé aliqua ſubſit corporis diſpoſitio

ac conſtitutio, qvæ in certi morbi genere imbecilles à natura reddat ægrotantes: nonne vel exigua tunc cæſio in magnum diſcrimen adducere hominem valet?

Errores etiam in victûs ratione commisſi qvid non pervertere ac depravare ſolent? ut ſi qvis ab accepto vulnere crapulis vinoqve indulgeat, ſi venere intemperanter utatur, ſi ſollicitas ſecum verſet animi curas, corpusqve intempeſtivis exagitet motibus? Sed qvàm ſæpè etiam infeſta temporis conſtitutio vagatur, qvæ etiam exiguum vulnus irritet, atqve exacerbet? ſive illam manifeſta intemperies, ſive infelicis aſtri aſpectus pariat. Ab his enim etiam lævisſima occaſione inflammationes, malignæ febres, metuendaqve alia ſymptomata expromuntur. Hoc enim & noſtris temporibus ſæpè eveniſſe memini: & nulla propterea non vidit ætas: ob qvam cauſam rectè nos monuit *Hippocrates*, (*3. Prognoſt. tex. 38.*) conſiderandum eſſe in morbis impetum populariter graſſantium morborum: nec non tenendam eſſe temporis conditionem. Hanc fortaſſe inter latentes occaſiones numeravit *Paulus*: (*Lib. 6. cap. 40.*) nam cum inflammationem in vulneribus ex linamentorum gravitate: aut perfrictione, aut multo eſu, aut vini potione identidem evenire dixerit: ſubdit poſteà: aut alia qvapiam occaſione latēte: qvod de certa cœli conſtitutione, qvod divinum appellavit *Hippocrates*, (*1. Prognoſt. tex. 4.*) non alienè dictum puto.

De

De Medici autem inſcitia incuriaqve nihil eſt, cur dicam: deplorandæ potius noſtrorum temporum vices: in qvibus ad vulnera curanda ferè indoctorum hominum genus atq; imperiti barbitonſores accerſuntur, qvi eò magis in Medicina facienda præſtare ſe putant, qvò minùs literas ſciunt: qvas etiam ſuo muneri egregie exeqvendo impedimento eſſe impudenter affirmant. Ultima autem cauſa, qvæ vel levisſimum malum augere plurimum ſolet, in multis ac promiſcuis ſuccesſibus poſita eſt. Talis eſt, ſi ferrum fortaſſe, qvo qvis cæſus fuit, multâ ferrugine obſitum fuerit, ſi filamenta, qvæ ad Medicum uſum adhibentur, aut menſtruô ſangvine, aut mala aliqva qvalitate infecta ſint, aut ſi noxii aliqvid incidat in vulnus, item ſi adulterata afferantur Medicamenta: atqve id genus multa, qvæ non rarò deterrimam vulneris conditionem reddidiſſe ſat ſcio. Has ergò occaſiones ferè ego exiſtimo, cur exigua etiam inciſio magnum afferre periculum posſit.

Sed hoc ipſum etiam non obſcurè intendiſſe *Hippocrates (2. Prædict.)* viſus eſt, ait enim, *moriuntur homines ab omnis generis vulneribus, multa enim vulnera in locis vilibus & non malis ſunt, qvæ nulla re gravia videntur, & tamen mortem intulerunt, neqve id,* inqvit, *mirum, nam & animæ & corpora hominũ plurimùm differũt, & vim maximã habẽt.* Atq; hæc cùm univerſim dicta ſint, lubet modò qvorundam exempla, qvi ab exiguis acceptis

plagis interierunt,hunc in locũ adducere. *Philis filius*,inqvit *Hippocrates*, (*5. Epid. ante finem.*) *exiguâ nudatione in fronte factâ : nonâ die febris accidit,& mortuus eſt. Prætereà virgo pulchra Nerei filia à muliercula amica ludente lata manu percuſſa eſt in ſinciput : nonâ die mortua eſt.Item magnæ navis gubernator cùm digitum anchora confregiſſet, indè mortuus eſt. Et puer Metrophanti cùm ab alio puero in capite fuiſſet teſta percuſſus, interiit,qvoniam ſcalpens vicinas ulceris partes perfricuerit* .Qvos qvidem doctisſimi omnes *Hippocratis* interpretes affirmant,nunc Medici errore,nunc ob pesſimum corporis apparatum, nunc ob morboſæ tempeſtatis occaſionem interiiſſe. Verùm hujus calamitates complures adhuc meminit *Marcellus* Donatus (*Lib.5.cap.ult.*) ex gravisſimis Scriptoribus exempla colligens : qvi jam nobis plura de his ſcribendi laborem ademit.

## CAPUT IX.

### Explicatur qvidam Galeni locus: & nonnulla noſtræ opinionis teſtimonia adducuntur : & vulgares qvidam confutantur.

SUpereſt modò , ut qvandam *Galeni* ſententiam , qvæ noſtris placitis adverſari videtur, paulùm examinemus,ac germana interpretatione donemus. *Ille enim c. 2. Libro de cauſis Procatarticis* cùm adversùs Eraſiſtratum ,qvi procatarticas cauſas in cauſarum numerum habendas non

non eſſe exiſtimabat, pluribus diſputaret: fingit pugilem qvendam, robuſtum illum ac validum virum, vetulam percuſſiſſe: atqve ex percusſione illam interiiſſe, cumqve pugil homicidii reus factus eſſet: ejusqve cauſa à qvibusdam oratoribus ageretur: ut in hanc ſolùm probationem incumberent: nimirùm vetulam non ex percusſione mortuam, ſed ſua ipſius imbecillitate: nam ſæpè ille alios percuſſerat, & qvidem vehementiùs, qvi tamen, qvoniam non ita fuerant imbecilles, nihil indè læſi fuerunt. Irridet *Galenus* tam frivolum patrocinii genus. Aitqve, eſſe tandem neceſſe, fateri: qvòd anus percutiente juvene mortua ſit. Hâc ergò *Galeni* ſententiâ qvispiam fiſus, qvi noſtra hæc evertere velit, nullum eſſe dicet, levisſimum licèt vulnus, cujus occaſione mori homines non posſint: ſi enim qvis ita leviter ſaucius intereat: dicet, neceſſe eſſe, fateri, illum tandem vulnerante aliqvo interiiſſe. Qvocircà ſi qvidqvam *Galeni* valet autoritas, fruſtrà aut particulæ imbecillitatem, aut cœtera alia cauſari āliqvis poterit.

Ego verò ad hæc paucis. Nego, vetulam levisſimâ aliqvâ percusſione interemptam fuiſſe: nam qvamvis credam, non valdè in vulnus irruiſſe pugilem illum: attamen neqvaqvam fieri potuiſſe, arbitror: qvin id vulnus illi vetulæ lethale fuerit: ac tale, ut interna aliqva particula minimè offenſa ſit, ut illa interiret. Qvapropter ſi oratores, qvi pugilis cauſam agebant, hanc po-

tiùs probationem ſuſcepiſſent, ut vulnus nunqvam lethale fuiſſe oſtenderent: tale patrocinium neqvaqvam reprobaſſet *Galenus*. Illos tantum irridebat, qvi cùm conſpicuam necis culpam intuerentur, illam ſcil. lethalem percusſionem, illam tamen in vetulæ infirmitatem nulla probationis efficacia referebant. Ergò nihil obſtat *Galeni* oratio, qvò minùs, qvæ diximus, firma ac ſtabilia ſint. Sed cùm ſatis hæc eſſe poſſent: Lubet tamen præterea *Manardum, Augeniumq;* præſtantes ambos Medicinæ ſcriptores, huc mihi teſtes adducere: qvi qvorundam necem: qvi levibus ex plagis interierant: non tam in vulnus, qvam in longè alia rejecerunt.

*Manardus ſexto Epiſtolarum Libro, Ep. 1.* cùm qvidam Aloiſius duobus in capite acceptis vulneribus: altero ſupra ſupercilio ſiniſtro, altero propè ſuturam coronalem: in qvo exigua calvariæ pars tantùm erat detecta, nihil paſſa præterea interiiſſet: ad hunc modum ille ſententiam tulit: Credendum eſt, inqvit, ea accidentia, qvæ octavo & duodecimo die evenerunt, & ſubſeqventer mortem ipſam: qvæ ex illis eſt ſubſecuta: non magnitudine vulneris, ſed malitia potiùs humorum & capitis debilitate contigiſſe.

*Augenius (l. 9. Epiſt. 2.)* etiam qvòd qvidam in vertice capitis à lapide percuſſus mortuus fuerit: obortis interim ſævisſimis ſymptomatibus: *concludimus*, inqvit, *febrem non fuiſſe vulneris cauſa ſubſecutam, ſed morbum per ſe ſubſiſtentem extitiſſe:*

atqve

atqve omnia ſymptomata propria acutarum febrium ſigna prognoſtica dici debere: atq; à vulneribus capitis minimè eſſentialiter profecta fuiſſe. Hanc etiam veritatem agnoſcunt *Juriſconſulti*, (*Bald. in l. qvi occidit. §. fin. ff. ad L. Aqvil.*) nam ſi qvando illis conſtiterit, illatum vulnus non fuiſſe lethale: tunc aliundè, qvàm ex vulnere deceſſiſſe eum, qvi vulneratur: nec vulnerantem de occiſo teneri, veriſſimè ſtatuunt.

Atqve in hoc caſu ſive Medici arguatur inſcitia, ſive aliud qvippiam, non exiguam percutientis excuſationem eſſe jure *arbitrantur*. (*Angel. de malefic. Tit. de maleficiis.*) Et qvidem, ſicuti dicendum non eſt, validum vulnus, qvod in caput maniaci atqve epileptici altè deſcendens, valetudinem fortaſsè attulit (hoc enim evenit aliqvando) reverà tutum ac ſalubre fuiſſe: tale enim ejus naturam eſſe: ut qvantum in ſe, ſemper hominem lædat: ita leve & exiguũ vulnus, ſi qvando exitium affert, neqvaqvam mortis cauſam ſui ratione præſtitiſſe putandum eſt.

Sed hoc etiam in loco qvorundam venit in mentem: qvi exqviſitam hanc noſtram de lethalium vulnerum cenſura diligentiam, nimis moroſam atqve inutilem putant: ac, ſi qvando in eas diſceptationes incidunt, brevibus omninò ſe explicant; atqve ita ſententiam ferunt; ſi à principio ſemper vulnerati habeant deteriùs: vulnus fuit mortis cauſa; ſin meliuſculè qvandoqve habeant, deindè moriantur, aliis cauſis mors debet

adſcribi. Hanc autem opinionem planè vulgarẽ ego arbitror,nec egregio dignam Medico. Demus enim,leve aliqvod vulnus acceptum ab homine fuiſſe; qvi pravis toto corpore ſcateat humoribus; ac præ dolore inibi excitata phlegmone,ac ſævis ſymptomatibus tandem intereat. Aut fortaſſe, qvæ particula vulnerata eſt, ultra communem conditionem imbecillem eſſe: tunc ego verisſimè dicam:ſemper cauſam adeſſe, cur à principio ſemper in deterius labatur: qvòd illis qvoqve ſimiliter obtingit; qvibus à principio venenoſa aliqva qvalitate vulnus extrinſecùs inficiatur; etenim in his omnibus & qvotidiè ſævit,& recrudeſcet vulnus, & nulla tamen in vulnus culpa referri debet. Qvod autem ſi meliùs qvandoqve habeat ægrotus, ac pereat indè, aliis cauſis ubiq; mortem adſcribunt, ne id qvidẽ perpetuũ eſt; nam multas ac graves invenias ægritudines, ac præſertim malignas, qvarum aliqvando ſævities intermittat: mortem tamen propriâ naturâ afferunt. Qvid? qvòd remitti aliqvantum citoqve rursùs ex intermisſione invadere, malignitatis proprium eſſe indiciũ, ſcripſit *Galenus.* (*1. Epid. 2. com. 25.*) Ergò infirma hæc eſt obſervatio, aut de his tantum erroribus illos locutos eſſe intellige: qvi extrinſecùs tantum corpori occurſant; in qvibus qvidem conſtare illorum ſententia non alienè poteſt.

CA-

# CAPUT X.

## Qvibus morbi diebus occulta vis vulnerum lethalium manifeſtari ſoleat?

NE qvippiam ſit, qvòd in hac materia deſiderare unqvam poſſis: juvat te, etiam certos obſervare dierum terminos, intra qvos ſi extrinſeca ex vulnere læſio aliqvot fortaſſe diebus latuerit, promere ſeſe tandem neceſſe eſt, ac conſpicuam fieri. Qvòd ſi lethalia ſigna diutiùs tardent, jam non ampliùs vulnus, ſed alios errores jure culpaveris. *Gvido*, (*de vulner. ſimpl. membr. c. 1.*) magni vir experimenti, in univerſa vulnerum natura dignoſcenda tres planè terminos ſtatuit: qvibus lethalia ſigna ſe manifeſtent: ſeptimum nimirum diem, nonum & qvadrageſimum. Eundem, ut ſemper ſolet, imitatur *Tagaultius*, niſi qvòd medium terminum non nonum diem, ſed decimum qvartum eſſe mavult. Ex recentioribus *peritisſimi* (*Paræus de renunciat.*) qvidem à primis vulneris diebus judicium ſuſpendunt: nec *ante nonum diem* exactum, elogio ſuo vulneris qvalitatem teſtificantur: intra enim id tempus, ajunt illi, promere ſe ſolent ſymptomata levia, vel horrenda, pro vulneris, & corporum læſorum, aërisqve ambientis, conditione. Nec qvidem immeritò, nam nonus dies, teſtante etiam *Plutarcho*, (*de audienda poëtica. poſt medium.*) de morbis potisſimum judicare ſolet,

let, aitqve, *Achillem* cognoviſſe, peſtilentiam in exercitu non habente vulgarem cauſam, qvondam nonum diem tranſierat. Sed hæc qvanqvam vera eſſe aliqvando non negem, attamen ſcientiam non pariunt, ideoqve præſtiterit, methodum aliqvam impræſentiarum ſtatuere, per qvam de lethalibus vulneribus perpetuò certaqve conjectura decernere Medicum liceat. *Hippocrates Libro de vulneribus capitis*, aliqvos affirmat, rupto calvariæ oſſe, ſiqvidem per errorem deliqverit; neqve raſum ac perforatum ſit os, ante decimum qvartum diem febris corripit utplurimùm hyeme: in æſtate verò poſt ſeptimum diem, à qvo deindè ſi prava omnia perſeverent: æſtate ante ſeptimum diem, hyeme ante decimum qvartum pereunt.

Ex qvo qvidem loco videor mihi veram judicandi rationem elicere poſſe: ait enim, prava vulnerum ſymptomata tardiùs incipere, ac mortem ſimiliter evenire in hyeme: citiùs in æſtate. Qvod qvidem cùm veriſſimum ſit, ego ejus rei nullam aliam rationem afferre valeo, qvam qvòd hyeme vivacior eſt noſter color, atqve validior: ideoqve nocentibus cauſis magis reſiſtit, nam *ventres hyeme naturâ ſunt calidisſimi*. Contrà autē æſtate, cùm ab ambiente calore vires noſtræ facilè diſſolvantur, fit, ut tunc promptè morboſis injuriis ſuccumbamus. Ergò eadem ratione ſi qvando res in pejus eſt ſucceſſa: dicam, tardius in ægrotante valido lethalia ſymptomata eſſe appa-

apparitura, qvam in imbecilli: nam ut mortis adventũ magis retardant valentes vires, ſic & gravium ſymptomatum. Qvicunqve igitur ætate, temperamento, ſexu ac anni tempore firmius eſt virium robur: longior etiam & ſymptomatum, & mortis eſſe terminus ſolet. Sic ſi juvenis optimi temperamenti, ac ſalubriter ſeſe habens, hyeme vulnus accipiat: de cujus natura fortaſſe ambigatur: ego qvidem ut juſtum judicium feram, ad decimũ qvartũ diem judicium ſymptomatũ expectabo, qvæ ſi perſeverent, aut ſeqventi decretorio, aut alio qvopiam futuram mortem prædicam, pro ut aut lentè, aut acutè malum progrediatur. Contrà verò ſi anus ſaucia ſit: frigidiore fortaſſe ac ſicciore temperamento maloqve habitu vulneretur: haut eqvidem ultra ſeptimum diem prava ſymptomata vulneris ratione eventura crediderim, & qvanqvam dixerit aliqvando *Hippocrates, (3. progn. 24. 2. prog. 69)* qvibusdam in morbis citiùs juvenes, qvàm ſenes interire, verum qvidem eſt in ſpontaneis ac vehementibus affectibus: nam ſenes potius ex longitudine morbi ac recidiva, qvàm ex vehementia interire plurimùm ſolent. At in vulneribus res habet, ut diximus.

Atqve hæc ſunt, qvæ de certo dierum numero, qvibus vulnerum ſymptomata apparere ſolent, afferre potui, in his ſcilicet, qvæ cùm pauca ſint, minùs metuenda eſſe videntur. In his enim intùs latet periculum, qvod deindè poſt aliqvot dies

ſeſe prodat ac manifeſtet; nam qvorum comperta natura eſt, nihil Medici judicium fallunt: nec periculi notas in longius protrahunt tempus, ſed vel à principio ſemper recrudeſcentia expectatũ initium afferunt: vel ſi qvando meliùs habent: firma indè concipi ſpes poteſt. Atqve hæc de vulnerum judicio dicta ſufficiant.

## LIBRI IV. SECTIONIS TERTIÆ

## De VENENO INTERFECTIS

## CAPUT I.

### Utrum aſſumtô venenô, an potiùs interno corporis vitiô qvispiam interierit?

*Scribendi occaſio.*

NOn pauci ſunt, qvi nullo vulnere, nulla corporis percusſione conſpicuâ: mortui tamen deprehenduntur, ut interno aliqvo aut acutisſimo vitio deceſſiſſe videri poſſent. Sed eſt etiam, cur vim externam ac venenum nihilominùs ſuſpicére, qvòd ſcil. & repentè mortui, & notæ aliqvæ id ipſum teſtari inſuper valent: & ſubdola qvorundam odia nonnullam criminis ſuſpicionem ingenerent. Præterea aliqvos fuiſſe, non ignoro, qvi cùm poſt graves

graves ægritudines mortui eſſent, aliqva etiam aſſumti veneni ſigna in corpore præ ſe tulerunt: ut non immeritò hæreant judices, ambigantqve de mortis genere. Qvamobrem hoc etiam in loco nos illi conſultores adeunt,ut de rebus omnibus certiores fiant.

Ergò, ut palàm fiat, qvatenus hoc in genere apud judices nobis aſſerendum ſit:de his qvoqve ex profeſſo aliqvid dicam. Et qvoniam vis omnis in ſignorum obſervatione poſita eſt; ideò ne nihil lateat: communia qvædam illorum ſigna anteà proponemus,qvi ſcil. venenum aſſumſerunt: deindè ita ſingulorum propria adnotabo, ut qvoad licet non ſolùm veneno qvempiam interiiſſe: ſed qvo etiam veneni genere,referre poſſis.

## CAPUT II.

### Qvæ ſint communia venenorum indicia ante obitum, qvævé cujusqve propria?

COmmunia illorum ſigna, qvi venenum hauſerunt: ſiqvidem ante obitum adſis: hæc ferè ſunt ex *Dioſcoride*: (*lib. 6. in probem.*) nimirum *ſtomachi,alvi,inteſtinorum, jecoris, renum ac veſicæ dolor; item ſingultus,eroſiones,tremores,refrigeratio,obmuteſcentia,convulſio, pulsûs langvidi, ſpirandi difficultas,vertigo,ſensûs caligatio,ſtrangulatio,ſitis,ſangvinis eruptio,febris, lotii retentio, tormina,vomitiones,nauſeæ, rubores,livores,pallores, deſipientia, ſtertor, atqve ante alia lypothymiæ, magnæq; virium dejectiones.* Præ-

Præterea hauſto veneno obſervant peritiſſimi qvidam, (*Doct. Manar. in probcm. lib.2.*) ſi qvidem cum cibo aſſumtum ſit, ſtatim toto corpore onus perſentiri: evomunt etiam, atqve ea præſertim, qvæ horribilem præbeant ſaporem: moleſtisſimis nauſeis infeſtantur, ac inſolitas oſcitationes patiuntur; præterea nativus calor diverse permutatur, ut aut liveſcant, aut etiam palleſcant: qvæ etiam mutatio in labiis adhuc magis, ac ungvibus conſpicua eſt. Idem arguunt magnæ jactationes, nulla qvies, ſangvinei oculi, pulſus perturbati, ac frigus extremarum partium. Docet etiam *Paræus*, (*Lib.20.c.20.*) impotionatum veneno hominem arguere ingentem totius corporis gravitatem, triſtem atqve horribilem ſaporem à ventriculo ad lingvam usqve perceptum, item ſi repentinæ fiant in vultu coloris mutationes. Atqve hæc ſigna omnibus venenis communia ſunt, ac cuncta illorum genera magna ex parte conſeqvuntur. Ac qvoniam hoc ſatis non eſt, præſtatqve etiam, propria cujusqve indicia internoſcere. Sciendum eſt ex *Dioſcoride*, qvi venena hauſerunt, qvi erodendo occidunt, qvales præſertim cantharides ſunt, erucæ, bupreſtes, & ſalamandra, experiri ante alia oris ac lingvæ eroſiones: ſtomachi, ventris, veſicæ & renum inflammationes: vehementem urinæ difficultatem: & interdum mictum cruentum. Præterea & lancinationes, & in pluribus partibus aduſtionis ſenſum. Si verò ea qvispiam hauſerit, qvæ ſtupefaciunt, nimia-

minaqve refrigeratione ſpirituum motum retardant: qvale eſt mæconium, mandragora ac cicuta, tunc veternus hominem apprehendit: ac ſuperlitterit, livore ſugillatur, torpet, refrigeratur, ſtupeſcit, ac toto corpore pruritum ſentit, & ſenſu privatur. Si vero id venenum aſſumtum eſt, qvod ſtrangulando occidit, qvales ſunt ſungi malefici, ſangvis taurinus, lac, aconitum, ceruſſa, gypſum aſſum, ac pili felis: jam manifeſta deprehenditur ſtrangulatio. Præter hæc, ſi ea devorentur, qvæ facultatem impetunt animalem, qvale eſt toxicum, hyoſciamus, aut aconitum, jam deliria mentisqve perturbationes excitantur. Atqve hactenus *Dioſcorides* venenorum differentias non à primis qvalitatibus, ſed, qvod cognitu erat facilius, à modo interficiendi deſumtas, nobis ante oculos poſuit. Cùm hæc igitur multa ac diverſa ſymptomata varias venenorum ſpecies arguant, ignorandum etiam non eſt, qvocunqve tempore aſſumuntur ea, qvæ non à manifeſtis qvalitatibus, ſed à tota ſubſtantia hominem necant: cujus generis præcipuum eſſe napellum perhibent: tunc non tam multa ſymptomata: ſed qvæ magis exitialia ſunt: *caſum* (*6. 4. tract. 11. Ep. 3.*) virtutis, ſudores frigidos, ac ſyncopen in homine obſervabis.

Sunt, qvi novum genus veneni ſe invexiſſe putent: qvod nimirùm reſcindendo vulnerandoqve exitium afferat: hujusmodi eſſe adamantem dicunt: qvi in fruſtula redactus, ac in cibo aſſum-

aſſumtus, cùm omnem caloris actionem contemnat, atqve aſpernetur; permeans ventriculi atq; inteſtinorum tunicas, ferit & latè dilacerat, nec multò pòſt miſerè occidit. Ego autem, qvoniam nullos hujus aſſertionis graves autores invenio, nec cauſam excogitare hactenùs potui, qvæ id mihi perſvadere unqvam pòſſit: idcircò vana eſſe hæc omnia, qvæ de adamante circumferuntur, exiſtimo: nam ſi is in parvula fragmenta minuatur: ſed qvæ tamen ſecare ventriculum poſſint, aſſumentem minimè latebunt. Si verò atteras minutius, ut dolum effugere poſſe videatur (qvanqvam adamas ferri contemtricem habet naturam, autore *Pliniô*:) [*Lib.37.c.4.*] neſcio tamen, qva ratione ita comminutum interiora ferire valeat: nam tametſi canes devoratô in cibo vitiô enecentur (ferè enim aſſimilis eſt utriusq; ratio:) grandiuſcula qvidem fruſta ad id opus parantur, qvæ canibus, qvi cibum devorant, facilè obeſſe poſſunt, hominibus verò, qvi diu in ore ſervant, ac dentibus mandant, non ſimiliter poſſunt. Iſti igitur credant, qvi volent, ego quidem nunquam temerè credam. Sed cùm hæc hactenus propoſita ſint aſſumti veneni indicia, dabit etiam operam diligens Medicus, ut ea, qvæ vomitu rejecta ſunt, ſedulò inſpiciat, quæ etiam canibus præbeat devoranda, quorum periculo res omnis patefiat. Verùm de ſimplicium venenorum notis ſatis hæc fuerint: quòd ſi quis *multorum* (*Paul. lib. 1. cap. 7.*) miſcelam exhibeat,

quan-

quanquam hauſta hæc compoſitio exactam ſui notitiam minimè præbeat: attamen qvæ venena ingeſta ſint, exſuperante ipſorum vi non obſcurè apparebit.

Sciendum etiam eſt, non ore tantum aſſumta venena enecare homines poſſe: ſed etiã non rarò in enemate ſupponi ſolent: ſæpè vulneribus ulceribusqve ſub ſpecie remedii admoventur. Horum etiam non eſt tela veneno illiniri: atqve incendiario etiam pulveri commiſceri. Memini enixæ aliqvando pannorum involucra veneno aſperſa citisſimum interitum ſuppoſita attuliſſe. Sed horum omnium certitudinem hoc ipſo habebis: qvod ſemper affectam particulam dolore, inflammatione, ſyderatione, malisqve aliis ſymptomatibus ante alias variè infeſtari animadvertes, pro varia ſcilicet veneni natura. Atqve hæc cùm multa ſint, ſatis tamen ad uſum tantùm adhiberi poſſunt, cùm dignoſcendi hauſti veneni à vivente ægroto facultas datur: adfuerintqve ex enarratis indiciis, qvæ nos rem omnium certiores reddant. At ſi nullæ ante obitũ oſtenſæ ſint hujusmodi notæ, neceſſe autem ſententiam noſtram proferre: hoc opus, hic labor eſt.

## CAPUT III.

### Qvæ poſt obitum aſſumti veneni ſigna præbeantur?

CElebris fuit etiam antiqviſſimis temporibus apud Medicos diſceptatio, *utrùm* propriæ ſint

ſint notæ veneni, nec ne? In qva qvidem re qvi maximè videntur ſuper hac ambiguitate diſputaſſe: hi eosdem fieri affectûs concedunt, & à lethalis veneni potione, & à corruptione, qvæ à corpore ortum habet. Præterea & *Pelops* ipſe, qvem *Galenus* (*3. loc. affect. c. 7.*) præceptorem laudat, nihil mirandum eſſe dicebat: validam vim eſſe humori, qvi in affecta parte præter naturam genitus fuiſſet, qvalis pernicioſarum ferarum venenis ineſt. Nec eſt, cur in hac antiqvorũ aſſertione qvidqvam dubites, atqve arguas, calorem præter naturam, qvi in humoribus concitatur, imbecilliorem eſſe, qvàm qvi tam potentem effectum, qvale eſt venenum, præſtare valeat, ac nihil eſſe, qvòd ultra propriam ſpeciem propriasqve vires operetur.

*Nam* (*Averr. 2. meteor. 2.*) conſtare omnibus puto, debile agens validisſimos interdum effectûs ac longè ſeipſo majores, modò apta ſit materiæ diſpoſitio, poſſe producere. Sic enim exigua favilla magnum incendiũ excitare ſolet: ſic attritio ac motus. Ergò ubi morboſus latitat apparatus, ſatis eſt exigua ad putreſcendum occaſio, ut ingens ac venenata putredo emergat. Attamen cùm hæc ita ſe habeant: ipſe tamen *Galenus*, (*6. loc. affect. c. 5.*) qvi illorum Medicorum ſcripta, qvibus modò caremus, diligenter evolverat, *concludit* tandem, ex illorum placitis facilè poſſe diſcerni, qvi venenum ſumſerunt, ab iis, qvi aliundè affecti ſunt. *Cùm enim*, inqvit, *homo*

*homo ſuâ naturâ probis humoribus abundans, ac ſanorum more educatus, de repente moritur, ut lethali aſſumtô veneno fieri ſolet: deinde corpus aut livens, aut nigricans, aut varium, aut diffluens, aut putredinem olens moleſtam, hunc venenum ſumſiſſe ajunt.* In qvibus qvidem locis, & ſi ex aliorum ſententia loqvi viſus eſt *Galenus*, admittit tamen, ac laudat autores illos: nihil adverſatur, nihil inducit, acerrimus alioqvin eorum reprehenſor, qvi falſa placita ſtatuere voluerunt: ut jam nihil interſit, *Galenũ (3. Ep. 3. com. 75.)* ita ſcripſiſſe, aut eundem his adhæſiſſe qvi ita ſcripſerunt: qvin & alibi etiam eadẽ poſitione qvaſi propria eſt *uſus*. Sed tamen hoc in loco refellendus, qvi multũ hac in materia faceſſere videtur. Nã, qvod ait *Galenus*, qvi probis humoribus ſuaptè natura abundans, ac ſanorum more educatus moritur, illum venenum aſſumſiſſe videri: hoc ipſum haut ita perpetua veritate conſtare demonſtro. Fieri enim poteſt, ut internum aliqvod principium diu lateat in corpore: atqve intereà ſalubriter homo degere videatur: qvi tamen vitio illo ſeſe repentè prodeunte mox etiam intereat: qvem qvidem, ſi *Galeni* præceptum ſeqvare, (3. *Epid.* 3. *com.* 75.) ex aſſumto veneno dices interiiſſe: cùm tamen interno corruerit vitio.

Qværit *Galenus*, qvonam pacto benevalentes morbi aliqvi invadant? aitq́; , eſſe qvidem ſubitam illorum morborum generationem: non tamen ſubitam generationis cauſam: etenim pede-

tentim in corpore cauſæ, qvæ ſunt excitandis hujusmodi malis, creſcunt, qvòd morſis uſu venit à rabidis canibus: nam apertum eſt, qvòd canis venenum, licèt in morſis non otietur, nec conqviеſcat, nullam ſui ipſius notam prodit multis interim proximis menſibus. Subitò autem illis cùm viderint aqvam, formidò inceſſit, poſteaq; brevi moriuntur: longo enim tempore cauſa, qvæ morbum effecit, augetur: qvæ ubi eò tandem pervenerit, mortem affert repentinam. Vide ergò, poſſe ſimiliter qvempiam nullo corporis vitio conſpicuo, repentè mori, furtim interim creſcente affectus causâ: cùm tamen nullum extrinſecus acceſſerit venenum: Et *alibi (de par. art., med. cap. 5.) qvi*, inqvit, *à cane rabido demorſi ſunt, aut venenum hauſerunt, qvod poſt tempus aliqvod interficit, hi qvidem etſi manifeſtam habēt intemperiem, nondum tamen ægrotant, nec ullo adhuc malo tenentur, qvod ſenſibile ſit, qvippe cùm posſint adhuc ſolitas obire actiones.*

Ergò poteſt qvispiam nullam ægritudinem præmonſtrans, nihil in actionibus læſus, repente tamen interire, nullo accepto veneno. Sed his ego ita ſatisfacio. Fieri ſcil. neqvaqvàm poſſe, ut qvispiam ſuapte naturâ probis abundet humoribus, repentè tamen, niſi ab aſſumto veneno, intereat: Nam qvanqvam diu intùs latere posſit venenum: Semper tamen humores, qvi pravâ affecti ſunt qvalitate: qvæqve improba præcesſit victûs ratio, aliqvid monſtrat, undè metuere ſemper-

per futuras ægritudines poſſis. Vixq; fieri crediderim, ut, qvi ita affecti ſunt, non qvidqvam interdum triſte, ac moleſtum ſentiant, qvòd aliqva ex parte minùs proſperam valetudinem arguat. Vera igitur ſententia ſit, illum ſcilicet, qvi ſuapte naturâ probis ſuccis abundat, ac probum valetudinis habitum præ ſe tulerit: Si qvidem repentè intereat ab extrinſeco concidiſſe putandum eſt veneno: nam in eo probi undiqvaqve humores eſſe non poſſunt, qvibus proxima eſt ad malè valendum promptitudo.

Verè igitur & *Aëtius*, (*4. Tetr. lib.* 1. *cap.* 47.) *ubi*, inqvit, *in aliqvem placidæ & benè compoſitæ priùs mentis, & bonæ itidem habitudinis, accedente etiam juſta ciborum concoctione, ſtatim & derepentè variæ acceſſiones irruant: præſertim ab accepto ſtatim cibo aut potu: veluti ſi accedat tuſſis, aut fœtidi ſangvinis per os rejectio, aut moleſta lotii excretio, aut dolor in alto nitens, aut ardor juvenilis, aut vehemens ſenſus tenſionis, aut ſtuporis perculſio: punctura item, tremor, ſingultus, contractio, eruptio bullarum, livor, tumor, coarctatio, qvarundam partium putrefactio, vomitus fœtidus, ex his omnibus ſi qvid repentè ab accepto cibo ſano homini accidat, veneno infectum eſſe hunc ipſum exiſtimandum eſt.*

Qvanqvam cautè hoc in loco referas velim: vix enim tale unqvam propinari venenum ſolet, qvod hominem repentè tollat: ac nullum ſui indicium præmonſtret: nam qvi ita extingvuntur,

hos ferè aut fortis apoplexia, aut Syncope, uterivé inſignis ſtrangulatus occupavit. Proindè in citisſimo interitu, & in qvo maximè pendere indicium ſolet: aut internum omninò arguendum eſt vitium: aut certè, ſi qva externa eſt violentia: longè alia ab aſſumto veneno eſſe debet ſuſpicio. Sunt, qvi in *Sectione cadaverum* certius indicium ponant; ideoqve ſiqvando ambigua res eſt, imum ventrem ac thoracem aperiunt: Ductusqve omnes ac viſcera perſcrutantur: nam ſi eroſiones, putredines, pesſimi ſucci collectiones, maligni tumores, ac alia hujusmodi apparuerint, de veneno certiores ſe factos putant.

Ego verò neqvaqvā ignoro, cæteris etiam qvos interni affectûs; alii verò, qvæ veneno ſuſtulerunt viſcera multis modis inqvinata, fœtidaq; ſæpenumerò apparere: ut jam in hujusmodi corporum inſpectione neqvaqvam perpetua eſſe poſſit veneni conjectura: attamen qvemadmodum ſi qvispiam ſalubriter agens, repentè concidat, atq; inſolitam putredinem exteriùs præ ſe ferat, hunc venenum ſumſiſſe veriſimile eſt, non diſſimilis ratio in internis partibus eſſe mihi videtur, nam ſi qvis integrâ uſus valetudine, repentino intereat: poſteà autem diſſecto corpore certa aliqva vitia in viſceribus diſpicias, qvæ non vulgarem arguant putredinem, non eqvidem errabis, ſi qvippiam de veneno aſſeres.

CA-

## CAPUT IV.

### Qvorum venenorum internoſci notæ non poſſint?

DIximus qvidem, diligentem Medicum licere aliqvando de veneno exhibito certam relationem afferre. At,qvoniam ſæpiùs ambigua res eſt, ideò qvibus in caſibus hærere, atq; incerta proponere liceat, hoc etiam explicandum eſt mihi. Si qvis igitur improſperâ anteà uſus valetudine: & qvi in vitæ regimine etiam peccarit: repentè moriatur: dubia veneni conjectura eſt. Præterea ſi in graviſſima ac peſtilenti conſtitutione, qvicunq; ille ſit, repentè concidet, nihil de exhibito veneno affirmare certò licet: etenim usq; adeò lethalis ambientis aëris inſpiratio eſſe tunc ſolet: ut vel potentiſſima qvæq; æqvet, ac ſuperet venena. Ergò cùm medicâ conjecturâ vix unquam in peſtilenti conſtitutione diſcerni epoti veneni dolus poſſit: non minor adhuc eſſe difficultas ſolet,cum qvis illo veneni genere emoritur, qvod in diem certam, ac conſtitutam, paratur, aut potentiſſimo illo etiam, cujus ſolo duntaxat contactu certus affertur interitus. Hoc enim tam potens eſt.tam ultra aſſvetas naturæ vires adſcendit, ut qvaſi ſine certamine occidat. Atq; ideò vix ullam epoti veneni notam exhibet.

Qvæ verò ad conſtitutum tempus præbentur, qvoniam refracta admodum ſunt: atq; ita ſub ſpecie alimenti proponuntur, ut nec ſaporem, nec

qvicqvam aliud præ ſe ferant, ſenſim lentoqve marcore homines necant: dum ſolitas particulas lethali alimento perfuſas paulatim proprio temperamento labefactant, atqve ad interitum ducunt, in qva remotisſima devorati veneni eſſe ſolet ſuſpicio. Sed in his illud evenire memorat *Theophraſtus*, (*9. de hiſt. plant. c.16.*) ut, qvi robuſti ſunt, ac benè valentes, itemqve diutiùs malo reſiſtunt, hi deterrimè ac cum ſæviſſimis Symptomatibus intereunt: cœteri verò alii ut ſtatim, ita placidè etiam decedunt, nullam veneni ſuſpicionem præ ſe ferentes: nam, qvoniam gravia ægrotantium ſymptomata ex naturæ conatu & reſiſtentia fiunt, veriſimile eſt, nihil hujusmodi evenire, ubi potentiſſima eſt vis veneni, & cui impares hominum vires eſſe exiſtimentur, ac congredi ineptæ. Ideoqve memoriæ *proditum* eſt, (*Plutarchi. in vit. Alexand. & Antonii.*) Magnum *Alexandrum* ac *Cleopatram* Reginam veneno jam conſumtos nullas tamen veneni notas præ ſe tuliſſe, qvòd ſcilicet potentisſimum illud fuerit, qvod necem attulerat. Qvanqvam hoc in loco non parvam dubitationem facit, qvod à *Plutarcho* (*in vita Antonii,*) ſcriptum legimus, nimirum *Cleopatram* ipſam, cùm vires omnium venenorum in his, qvi morti fuerant deſtinati, diligenter perqviſiſſet, deprehendiſſe tandem graviores labores ac cruciatûs ab illis venenis produci, qvæ citiùs occidunt: mitiores ab aliis, qvæ lentè: Sed utra verior ſententia ſit, mihi nondum ſatis liqvet,

expcrti

experti determinent, nam ſi diſputationibus ſtatuenda res eſt, probabiles utrinqve ſunt rationes.

Ergò, ut me tandem colligam, qvibus in caſibus certæ ſint venenorum notæ, ac qvibus incertæ, ſatis explicatum puto: nec minùs illud qvoqve, qvod à principio inſtituimus: nimirùm, non prorſùs impoſſibile eſſe, illos, qvi hauſto veneno interierunt, aliqvando dignoſcere, ſiqvidem *Galeni* doctrinam ſeqvaris: ac præter alia abfuerit etiam peſtilentis aëris conſtitutio. Inter enim, tum parum omnino eſſe, qvod Medici diligentiâ præſtare poſſit, niſi tamen contagii experimentum velis conſulere: monſtratum enim eſt à *peritisſimis* Medicis, (*Fracaſt.* 1. *de contag.* 2.) *venenata contagioſa non eſſe*. Sed experiundi ratio periculi plena eſt, ac etiam incerta, nam ſi qvis peſte evagante jam mortuus, nihil tamen contagii præ ſe ferat, dum à qvibusdam tractatur, non propterea peſte illum non eſſe correptum dicam: peſtilens enim contagium non æqvè omnes corripere poteſt. Sed ſilendum non eſt, qvod memoriæ prodidit *Plinius*, (*Lib.* 2. *cap.* 63. *lib.* 11. *cap.* 37) veneno ſcilicet defunctos non volucres, non feras attingere. Atqve *alibi*, negatur, inqvit, *cor cremari poſſe, veneno interemptis*: qvo argumento Vitellius Piſonem ejus ſceleris coarguit: palàm teſtatus, non potuiſſe ob venenum cor Germanici Cæſaris cremari. Qvamobrem ſi ejus rei ulla unqvam fuerit experiundi occaſio atq; opportunitas, indicium haut planè contemnes: qvemadmodum

admodum & illud qvoq; , qvod Seneca ſcriptum reliqvit, *in venenatis* ſcilicet *corporib9 vermem non naſci.*

Atq; hæc de venenorum indiciis.

## *LIBRI IV.* Sectionis Qvartae *De* SUFFOCATIS.

## *CAPUT I.*

### Qvomodo deprehendi hi posſint, qvi à principio externo ſuffocati interierunt?

*Scribendi occaſio.*

Multos eſſe, qvi cùm ab inimicis clàm ſuffocentur, nullum tamen violentæ mortis indicium facilè præbeant, non ſemel perſpectum eſt. Qvocircà ſi qvi, ad hos dignoſcendos adhibetur, parum in hoc genere verſatus ſit: ille qvidem aut ad internum vitium temerè confugiet, aut multa effutiet inania, neceſſe eſt Itaq; de hac re breviter nunc agam.

Suffocatio is mihi interitus in præſentiarum inauditur, qvi externâ aliqvâ violentiâ reſpirationis munus impediente conficitur. Hoc autem vel ſubmerſione fit, vel violenta oris narium q́; occluſione, vel laqveo, vel calidisſimi atq; alieni aëris inſpiratione. Sed hæc ſingula ita dignoſcas.

CA-

## CAPUT II.
### Qvæ ſint externæ Suffocationis indicia?

Submerſos ferè in litus ejectos videas: alit in puteis ſtagnisq́; proſtratos: in qvibus qvidem cognoſcendis ferè nullus eſt labor. Attamen ſi ſagax hominum dolus omnem criminis ſuſpicionem removerit: nihil tamen occultari poterit inſolens qvidam tumor univerſi corporis, ac madida mollities: alvus etiam intumeſcit: è naribus mucoſa qvædam excrementa prodeunt, ab ore defluunt ſpumoſa: extremi digiti detriti ſunt: nam qvi aqvis ſubmerguntur, tanqvam effugium contendentes, arenam effodiunt, ideoqve ea parte laceri deficiunt.

Qvod autem dixi, tumida eſſe ſubmerſorum cadavera, non tam fit hauſta aqva, aut aliter intus contenta: ſed à vapore: etiam in qvem humores à putrido calore converſi ſunt: ideoqve hic tumor non niſi poſt aliqvod tempus ſeſe attollit. Alia verò eſt ſuffocatio, & qvidem freqventior, cum naribus orevé per vim occluſo, aut arcto laqveo perpetratur: qvi dolus ne te lateat, illud in univerſum ſciendum eſt, *commune*, (2. *aph*. 43.) eſſe ſymptoma his omnibus, qvibus inſpirationis uſus intercipitur, ut ſpumam ex ore emittant, nam fuliginoſi excrementi expiratio aut laqveo, aut aliter intercepta, tota violenter impellitur: qvo fit, ut pars propriæ humiditatis unà

expellatur eo modo, qvo fieri in ſanguinis eduuctionibus deprehendes.

At ſi qviſpiam fune ſit ſtrangulatus, in hoc præterea funis apparebunt veſtigia aut liventia, aut rubentia, præſertim in extremis finibus, ſæpè contritum eſt caput aſperæ arteriæ, aut ſecunda cervicis vertebra luxata. Livent brachia, crura, facies, tumet thorax, & plerunq; lotium profuſum eſt. Qvorum omnium hæc ratio afferri poteſt. Thoracis tumor multô vapore fit, ſpiritus vehementia intùs concitata: urinæ exitus inæqvali muſculorum conatu: qvi in communem ſalutem conſpirantes ad ſuum initium contrahuntur: ac propterea illius exitum laxant. Item facies non eqvidem pallet: Sed violacei & tanqvam purpurei eſt coloris.

Qvòd ſi penitùs adhuc explorare rem omnem velis: diſſecti pulmones Spumâ ceu purulentâ turgent: reliqvis interim viſceribus inculpatis, obſervantqve Anatomici in hujusmodi corporibus diſſecandis caput & thoracem ſangvine plena eſſe: Si verò aliter viæ ſpiritus extrinſecus occluſæ ſint: exceptis funis veſtigiis, eadem ſigna ſimiliter ſpectabis.

In his etiam omnibus diverſis in locis exoriri maculæ ſolent: tam ingens enim ſtrangulatûs vis eſt, ut omnium corporis partium expulſiva facultas irritetur: ideoq; & ſangvinem & ſuccos alios ad cutaneas regiones diffundit, exprimit: ac per ea præſertim loca, qvæ latiora & capaciora vaſa

vaſa habent: veluti dorſum, vultus & hujusmodi alia.

## CAPUT III.

### De his, qvi ob calidioris atqve alieni aëris inſpirationem ſuffocantur.

DE his verò, qvi calida ac ſuffocante inſpiratione extingvuntur, qvales hi ſunt, qvi in cubiculo jacent, recens-calce aut gypſo illito, ſiqvidem intùs ignis occludatur: aut ubi etiam accenſi carbones, nec halitu evaporato includuntur: qvales etiam, qvi in barathris ac fœtidis cavernis puteisq;, aut in magnis etiam foveis ſteterint, ubi aſſervari triticũ ſolet. Horum omniũ, ſi priùs qvalis interitus ſit, explicavero, indicia tandem proponam: ut non ſolùm ſigna attuliſſe, ſed ex arte etiam videaris. *Eraſiſtratus*, (7. *de uſu part.* 8.) enarrante *Galeno*, exiſtimabat, propterea perire eos, qvi in Charoniis ſunt barathris: tum eos, qvi domos incolunt calce nuper illitas, aut qvi ex carbonum vapore, aut aliis generi r ejusdem extingvuntur: qvod nimirum ſpiritus præ tenuitate contineri in corpore neqveat. Satius autem, inqvit ille, fuiſſet, veluti in alimenti familiaris qvædam leguminum, olerum, panis, & aliorum nobis qvalitas: aliena verò cantharidis, leporis marini, & ſimilium, ita putare qvalitatem aëris qvandam, aliam qvidem familiarem & amicam ſpiritui ipſius animalis, aliam verò alienam ac corru-

corruptricem. Ergò hæc videtur fuiſſe *Galeni* ſententia; illos omnes ex inimica nobis atqve aliena attracta aëris ſubſtantia interire.

Sed *alibi*, (*de utilitat. reſpirat. c.4. & ultim.*) ubi exactiùs de re ipſa perqvirit. *Qvi*, inqvit, *in balneis diutius verſantur, exſolvuntur, ac tandem moriuntur: qvia calor naturalis non poteſt conſervari: conſervatur autem ex ventilatione principii ipſius inſiti caloris, & ex moderata refrigeratione, & ex defluxione ejus, qvod fumoſum eſt: non enim ob vacuatum ex toto corpore ſpiritum in balneis exolvimur, ſed propter caliditatem: nam qvòd etiam in grave olentibus ſpecubus, & recens calce oblitis domibus: & ab extinctarum prunarum fœtore extingvantur: fit, qvia non attrabitur aer frigidus: qvæ maxima eſt reſpirationis neceſſitas.* Hæc igitur ex Galeno.

Qvòd ſi adhuc qværas, qvo genere mortis iſti deficiant. Celebres qvidam Medici, apoplecticos hos omnes interire arbitrantur, atq; affectum in his eſſe cerebrum; ſuis ventriculis fœtido, ac craſſo vapore oppletis, ac ſua mala qvalitate illorum parietes vellicante: nam, ajunt, & motu & ſenſu animal privari, ac ſpumam ex ore emitti. Mihi autem verior videtur *Galeni* ſententia, (*Lib. de utilit. reſpirat. per totum,*) qvi eos omnes, qvi in barathris, ac graveolentibus ſpecubus, ac ſimilibus in locis commoriuntur, neqvaqvam, ait, cerebri vitio, ſed penuria aëris frigidioris, à qvo inſitus calor ventilatur, refrigeraturqve,

deficere:

deficere:nam qvod ajunt aliqvi in ſuffocationibus cerebrum laborare: qvoniam ſpiritus animalis minimè tunc à vitali nutriri poſſit:Negat hocGalenus: monſtratqve, ad nutritionem ſpiritui animali non valde eo ſpiritu opus eſſe, qvi à corde affertur,ſed ſatis eſſe,ut vaporatio tantùm ex ſangvine, aut, qvæ potior habetur, per nares inſpiratio fiat. Cumqve duo ſint, qvæ reſpirando attrahimus:nimirum ſubſtantia aëris ac qvalitas: atqve inſpirato calido aëre ſatis qvidem ſubſtantiæ attractum eſt, nihilo tamen minùs animal ſuffocatur,ac ſi nihil omninò inſpiraret: ideò ſupereſt, ut frigida aëris qvalitas ad reſpirationem potiſſimùm reqviratur: cujus poſteà defectu, qvia refrigerari ac ventilari calor naturalis non poteſt: ideò ultra modum auctus incenditur, atqve animal diſſolvit. Spumæ autem ſymptoma, dictum eſt ex *Galeno*, ( 3. *Aph.* 43. ) his omnibus commune eſſe, qvibus inſpirationis uſus intercipitur. Sed de horum indiciis, qvod unum hoc in loco potisſimùm qværimus, præter commune hoc ſpumæ ſignum, qvod omnes ſuffocati præ ſe ferunt, nihil compertum habeo; niſi qvòd nec tumor in pectore, nec urinæ profuſio in hoc genere apparet: nam reverà minùs violenta mors iſtis obtingit; qvàm qvibus laqveo collum torqvetur; aut qvibus os ac nares occluduntur. Sed de ſuffocatis agnoſcendis hæc ſatis.

*LIBRI*

*LIBRI IV.*

SECTIONIS QVINTAE.

*De*

# VEXATIS

## *CAPUT I.*

### Qvî dignoſcere illos liceat, qvi verberibus cæſi, aut aliter contundente Telo interierunt?

*Scribendi occaſio.*

QVàm ſæpè, qvi verberibus cæſi, aut telo aliqvo contundente percusſi inculcatiq; repente intereat, nihil eſt, cur pluribus dicam: ſatis jam multis tales eventûs innotuerunt. Attamen ſi modus hic interitûs lateat, quâ ratione indagari, veſtigariqve posſit: non ſatis adhuc conſtat. Vulgaris opinio eſt, vibices ac livores, qvi ſparſim per corpus apparent (fiunt hæ notæ, dum venulæ, qvæ ſub cute disſeminantur, abruptæ ſciſſæq; ſanguinem fundunt, qvi poſteà extra naturalia vaſa ſepoſitus lividum attrahit colorem) certisſima eſſe verberum ac percusſionum indicia. Verùm longè hos ſua falli opinione arbitror: neqve enim quæcunqve pars percusſa ſemper livorem oſtendit: niſi venis iisque non admodum altè poſitis prædita ſit. Ergò ſi in nervoſis particulis (ſic docet *Avicennas*) (4. 4. *tract.* 2. *cap.* 4.) percusſio incidat: aut cœteris etiam aliis, præterqvam in carnoſis, nec ruborem, nec ullam echimoſin animadvertes. Præ-

Præterea non raro in his, qvi veneno extincti ſunt, aut multis etiã qvi interno & ſpontaneo malo opprimuntur, livores per corpus intuebere, Ipſeqve *Hippocrates primo Libro de acutorum regimine ſic inqvit, Pleuriticis, qvi ex importuna ptisſanæ cibatione moriuntur, ſolet apparere latus lividum, plagæ ſimile*; atqve idem *qvarto Epidemiorum* quendam *ex hydrope mortuum habuisſe*, inquit, *hypochondria rubefacta, ut verberibus totum corpus.* Itemqve Nicolai *puer cùm febre ardente laborasſet, ac ſeptima moreretur: mortuo*, inqvit, *poſteriora rubra fuerunt. (5. Epidem. Tex. 85.)*

Cauſa autem hujus ſymptomatis (neq; enim ſcitu hoc indignum fuerit) in magnis naturæ conatibus poſita eſſe mihi videtur: qvos illa in extremis violenter ac magno exercet opere. Illuc enim trudit ſangvinem natura: qvi deinde vivido ſpiritu deſtitutus livet, & alienam ſpeciem aſſumit. Obſervavit etiam *Paræus. (Lib. 21. cap. 28.)* eruptiones illas ac maculas, qvas peticulas dicimus, poſt mortem qvibusdam apparuiſſe, nondum ſcilicet reſtincto humorum fervore, qvi putredinis eſt ſoboles, qvare tunc maximè putredinoſus calor, qvi ſub mortem plurimus eſt, in cutem excrementitios humores excernit macularum materiam.

Ergò in hoc notitiæ genere incerta eſſe ſolet vibicum ac macularum inſpectio. Sunt etiam, qvi ſanguinis excretionem perpetuum hujus interitus indicium eſſe arbitrantur: nam ex valida per-

percuſſione promptè vaſa diſrumpi p[illegible]: qvocircà per vacua ac magis vicina eff[illegible] tandem neceſſe eſt. Verùm ne hi qvidem re[illegible] ſentiunt, memini enim nonnullos interno [illegible] emortuos, etiam in ipſo funere ſponte ſangui-nem excreviſſe: Qvamobrem aliunde, ſi qva un-qvam eſt, certitudinem aliqvam perqv[illegible] oportet.

## CAPUT II.

### Qvæ potiores ſint illorum notæ: qvi per-cuſſi, nulloqve vulnere conſpicuô, inter-ierunt.

QVid igitur de re propoſita ſentiendum ſi[illegible] nunc eſt explicandum *Avicennæ* (4.4. *tr.* 2. *cap.* 4.) caſum offenſionemqve (hic cœter[illegible] percuſſiones reducas licet) duobus modis cor-pora hominum lædere, atqve exitium af[illegible] memoravit: nimirum aut qvia dilacerant viſcera, horum ſcilicet panniculos, nervos & venas ma-gnas: aut qvia vehementem dolorem [illegible]; qvibus tamen ego tertiam cauſam adjicere ſoleo, qvæ capiti percuſſo propria eſt: qvoniam ſcilicet graviſſimas qvasdam cerebri paſſiones inducunt, apoplexiam, catochum, aut ſi qvid aliud ſimile eſt, qvod concuſſo compreſſoqve cerebro ac ſpi-rituum ductibus intercluſis commoveri ſolet. His igitur ita conſtitutis, ea mihi ſententia eſt: ac ſi violenta in his locis percuſſio fiat, qvibus ingens vas aliqvod ſuperſtratum ſit: qvale eſt

epiga-

epigaſtrium in qvo magnæ venæ arteriæque continentur: promptisſimum eſſe arbitror, ut in iis aut vomendo ex naturalibus conceptaculis; aut excreando ex pectore, aut per urinæ meatus ſangvis excernatur.

At verò ſi eveniat, ut os ventriculi percusſionem excipiat, qvoniam ex vehementi dolore enecare homines ejus particulæ ſolet offenſio; ideò ſangvinem tunc profundi nihil eſt necesſe; qvemadmodum nec ſemper etiam in qvacunque capitis percusſione hujusmodi indicium expectabo. Fieri enim poteſt, ut tam debile caput proponatur, ut vel ex levi percusſione extrema afferantur pericula. Talem capitis conſtitutionem, præ ſe tulit, qvi ab *accepta* (*Beniven. de admir. morb. cauſ.* 110. 5. *Epid.* 47.) tantùm alapa apoplecticus interiit; atq; apud *Hippocratem* virgo illa pulchra, qvæ percuſſa à muliere amica ludente *lata manu* ad ſynciput, oborta vertigine & reſpiratione privata occubuit. Aliter autem ſi qvispiam in capite validam percuſſionem accipiat; facilè eſt, nec nego, per os atq; aures ſangvinem fundi.

Qvamobrem ex his facilè conſtare arbitror, eos, qvi ex percuſſione moriuntur, magna qvidem ex parte ſangvinem profundere: non hoc tamen ſemper neceſſarium eſſe, nam & ventriculi percuſſio & ſyncipitis, qvod teſte *Hippocrate* (*de vulner. capitis,*) omnium capitis partium eſt maximè imbecille, ac promptiſſimè perniciem affert, item ipſorum temporum, qvæ poſt ſynciput reliqvis

liqvis eſſe debiliora, idem edocuit; non tam ſangvinis profuſione, qvàm alia ratione hominem occidere conſveverunt. Sed nec ſi profundantur, ſemper tamen arguenda percuſſio eſt, nam & aliis etiam, ut diximus, qvos internæ ægritudines ac malignæ præſertim febres ſuſtulerunt, idem non raro eveniſſe obſervavimus. Ergo qvoniam nec vibicibus, nec ſanguinis profuſione, vera illius, qvi percuſſus moritur, indicia haberi poſſunt; reliqvum eſt, ut nihil certi in hoc genere aſſerere poſſit Medicus. Qvanqvam ubicunqve hæc duo ſigna conſpiciuntur, nec ulla tamen alia mortis occaſio fuerit manifeſta, magna tunc eſſe ſolet percuſſionis ſuſpicio.

*LIBRI IV.*

# Sectionis Ultimae

## De

# JCTIS à Fulmine

## *CAPUT I.*

## De Variis effectibus fulminum.

*Scribendi occaſio.*

Iter extra urbem ſimul ſodales faciebant; obortâ tempeſtate unum ex his fulmen confecit: hujus propinqvi miſerum illum à ſuis ſodalibus perditum enectumq; fuiſſe ſuſpicati, jure egerunt,

runt,ut digna de eis pœna ſumeretur; nec anteà illi judicio ſoluti ſunt, qvàm per medicorum relationes conſtitit; fulmine illum, neq; aliter fuiſſe percuſſum. Ergò ne in hoc uno dicendi genere aliqvando ambigas; de hoc qvoq; juniores Medicos certiores à me fieri juvabit.

Ut igitur varios effectûs fulminum teneas,ut inde ſcilicet certa interitûs indicia deſumas; lubet huc *Senecam* doctiſſimum Philoſophum afferre, à qvo multa ad rem noſtram facientia ante alios elicere poteris. *Mira,* inqvit, *ſunt fulminis opera,(2.Lib.de naturalib.c.31.) atqve illa mira & ſubtilis eſt potentia, loculis integris, ac illæſis,conflatur argentum: manente vaginâ gladius liqveſcit, & inviolato ligno, circa pila ferrum omne deſtillat. Stat fracto dolio vinum, nec ultra triduum rigor ille durat.* Fulminum verò genera ſunt illa; qvod *terebrat*, qvod *diſcutit*, qvod *urit*. Qvod terebrat, ſubtile eſt,& flammeum; cui per anguſtiſſimum fuga eſt; ob ſinceram ac puram flammæ tenuitatem. Qvod diſſipat, conglobatum eſt, & habet admiſtam vim ſpiritus coacti ac proceloſi, itaq; illud fulmen per id foramen, qvod ingreſſum, &redit, & evadit; hujus latè ſparſa vis rumpit ita, non perforat. Tertium illud genus, qvod urit, multum terreni habet, & igneum magis eſt, qvàm flammeum, ita relinqvit magnas ignium notas,qvæ percuſſis inhæreant. Nullum qvidem ſine igne fulmen venit; ſed propriè igneum dicimus, qvod manifeſta ardoris ſigna imprimit. Qvod urit aut fuſcat, tribus

modis urit: urit fuſcat aut, afflat: & levi injuriâ lædit, aut comburit, aut accendit. Omnia iſta urunt, ſed genere & modo differunt. Qvodcunqve combuſtum eſt, utiqve & uſtum eſt, at non omne, qvod uſtum eſt, utiqve & combuſtum eſt. Item qvod accenſum eſt, poteſt enim illud ipſo tranſitu ignis vixiſſe. Qvis neſcit, uri qvidem, nec ardere? nihil autem poteſt ardere, qvod non uritur: unum adjiciam: poteſt aliqvid eſſe combuſtum, qvòd non ſit accenſum: poteſt accenſum eſſe, nec combuſtum. Nunc ad id tranſeo genus fulminis, qvo icta fuſcantur: hoc autem decolorat: aut colorat: utriqve diſtinctionem ſuam reddam: Decoloratur id, cujus color vitiatur, non mutatur; coloratur id, cujus alia ſit, qvàm fuit facies, tanqvam cœrulea, vel nigra, vel pallida. Fulmina autem non eodem modo omnem materiam vexant. Valentiora, qvæ reſiſtunt, valentius diſſipant: cedentia nonnunqvam ſine injuria tranſeunt: cum lapide ferroqve duriſſimis qvibusqve confligit: qvia viam neceſſe eſt per illa impetu qværat: itaqve facit viam, qva effugiat, teneris & rarioribus parcit: qvanqvam & flammis opportuna videantur: qvia tranſitu patente minus ſævit. Atqve hæc Seneca, (*c.* 52. *l.* 2. *Nat.*) cujus ſententia, qvanqvam peritioribus minimè ignoratur: attamen, qvia non deſunt, qvi ſuccinctam illius orationem non tam facilè tenent: ideò lubet autoris ſenſa, ubi fulminum genera, ac differentias explicat, qvaſi periphraſi qvadam illuſtrare.

Tria

Tria igitur ſunt fulminum genera: nam tribus etiam modis nos illa offendere deprehenduntur: primum eſt, qvòd *terebrat*, ac qvaſi foramen qvoddam ad interna corporis facit: ſecundum, qvod *diſcutit*, hoc eſt, diſſipat, atq; in varias partes corpus disjicit diſſolvitqve: tertium verò, qvod tantùm *urit*. Ac *primum* rurſus, cujus eſſe proprium diximus terebrare, ſubtile eſt, atqve in ſeipſum collectum, minimeqve expanſum: ac tam puræ tenuisqve ſubſtantiæ, ut nullo proptereà obice effracto, per idem foramen, qvo fuerat ingreſſum, egreditur evaditqve. *Secundum* verò, qvod diſſipat, ſpiritus habet coactos ac conglobatos, & inæqvaliter impetum facit: ac qvaſi procella latè rumpit confringitqve. Tertium verò, cui propria eſt uſtio, terrenam habet ſubſtantiam: veriusqve ignitæ materiæ, qvàm flammæ aſſimilatur: ideoqve manifeſtas ardoris notas inurit: & qvanqvam cœtera fulmina nihilominùs urant, hoc tamen ideò præſertim igneum dicimus, qvoniam plùs cœteris ignis & ardoris indicia commonſtrat. Hujus autem duplex eſt differentia: aliud enim præcipuè urit: aliud fuſcat: id eſt, ſub nigrius reddit corpus. Illud verò, qvod urit, tres adhuc ſub ſe continet differentias: nam alia leviter urunt, ac tantùm afflant, hoc eſt, qvaſi ſpiritus qvidam, corpus attingunt: ideoqve levi etiam lædunt injuriâ: alia verò comburunt, id eſt, profundiore uſtione conſumunt, ac tabefaciunt. Tertia verò accendunt, id eſt,

 flam-

flammam excitant. In his autem vides, urere, comburere atqve ardere, manifeſto inter ſe discrimine diſtare, nam urit, qvod leviter, atqve in ſuperficie agit, comburit, qvod penitùs conſumit: ardet, qvod flammam emittit. Hæc autem poſtrema duo ideò & comburere & ardere dicuntur: non qvòd etiam non urant, ut qvæ priori poſuimus loco, ſed qvod præterea peculiariter illa comburant, hæc ardeant. Proindè urere omnibus fulminibus erit commune, qvemadmodùm & fuſcare etiam: id eſt, fuſcum ac fumeum colorem inducere. Sed hæc etiam, qvæ fuſcant, dupliciter hoc faciunt; nam alia ſunt, qvæ decolorant; id eſt, priorem tantùm colorem paulò aliter immutant: alia verò, qvæ colorant hoc eſt, alium à priore colorem inducunt: puta cœruleum, nigrum, pallidum, aut qvemvis alium:

## *CAPUT II.*

### Variæ eorum notæ, qvi à fulmine occiduntur.

CUm hæc igitur multa ex *Seneca* didicerimus: conſtetqve multis modis hominum corpora à fulminibus jactari: duo tamen communia ſunt omnibus (qvod qvidem ſcire plurimùm ad inſtitutum facit) nimirùm ut fuſcum contrahant colorem, qvâ nimirum parte fulmen percuſſerit: & qvòd etiam alicubi uſta ſint: *Præ-*

*tereà*

*terea* verò, ( *Senec. ut ſupra.* ) qvod odorem ſulphuris præ ſe ferant, nam, ut doctè memorat *Plinius*, (*Lib.* 2. *cap.* 59.) vel lux ipſa eorum ſulphurea eſt Item, qvi icti ſunt, in contrarias incubant partes: &, ut etiam *Seneca* obſervat, eorundem caput ſpectat ad exitum fulminis; præſtat item vigilans conniventibus oculis: dormiens verò patentibus reperitur, ac fulmine etiam confecta cadavera, qva parte tacta ſunt, ut qvidam experimentatores obſervant, frigidiora reliqvo corpore ſunt.

Scriptum etiam aliqvi reliqverunt, corpora icta fulmine exſiccari qvidem, nunqvam tamen putreſcere; qvare non immeritò *Poëta* ille damnatur, qvi *Phaëtontem* cecinit, ( *Plutarch. ſymp. cap.* ) de cœlo tactum qvibusdam in convallibus computruiſſe. Sed neſcio, an hoc admiſerit *Seneca*, qvi *ſecundo Libro de naturalibus* fulmine icta intra paucos dies verminare affirmat. Ergò ſi his omnibus, qvæ multa qvidem ſunt, animum adverteris; omnes, qvos fulmen occiderit, etiam aliqvo interpoſito intervallo, haud difficilè deprehendes.

Qvòd autem aliqvi putant, fulmina ſemper contundere debere, eosqve, qvi ita conciderunt, effractis ubiqve membris deprehendi: longè mihi ſua opinione falli videntur; nam ſi naturam fulminis ſpectes, omnia, inqvit *Ariſtoteles*, (3. *meteor. cap.*1.) ſpiritus ſunt: qvi aut tenuis eſt, aut clarus, ideoqve minimè adurens; aut ſpiſſus, ac fumidus: qviq; propterea incendiô conſumit.

Hoc autem in loco, ubi *Ariſtoteles* affirmat, omnia fulmina ſpiritûs eſſe, atqve ex talibus, adjecit *Alexander Aphrodiſæus*: non autem lapidem aut ſolidum qvid, ut aliqvi volunt. Attamen qvòd ferrum, & ſolidisſima qvæqve à fulmine ſæpiſſimè effringi ac disjici videmus: non ex ſolida effectum id eſt materia, ſed qvoniam ea eſt fulminis vis atqve impetus, ut qvæ reſiſtunt atqve obicem faciunt, ſolum offendat opprimatqve, qvæ verò cedunt, qvaſi magnanimus qvidam bellator, leviter attingit: aut nihil curat. Ergò hominem qvoniam carneâ mollitie, undiqve obtegitur, rarisſimè contundi animadvertes: uri autem atqve afflari ſemper. Qvocircà meritò ſibi perſvaſerat *Seneca*, fulmini ineſſe peſtilentem potentiam, qvòd ſcilicet non tantùm icta cadant: ſed etiam afflata. Sed illud etiam obſervatum eſt: levia magna ex parte ea eſſe, qvæ à fulmine confecta ſunt corpora: humore ſcilicet omni magna ac cœleſti illa exuſtione conſumto. Sed de fulminum notis hîc finem facio.

## *CAPUT III.*

### Qvæ repentinæ mortes ab interna eveniant cauſa?

HAbes, qvibus indiciis varia mortis genera cognoſci valeant, ſiqvidem ab externa violentia provenerint: At qvia nulla interdum hujusmodi ſuſpicio, etiam ex eo, qvi in eam curam diligenter incumbat, adverti poteſt; Reliqvum eſt, tunc

tunc ab interno vitio repente hominem occidiſſe profiteri. Sed hoc ſatis non eſt: niſi etiam qva de cauſa ea mors obtigerit, probabiliter ſaltem referas. Ergò operæ pretium me facturum puto, ſi, undè ſubitæ ac repentinæ mortes homines apprehendant, particulatim proponam: ne illud ignores, in qvod fortaſſe dubiæ mortis occaſio tibi ſit referenda.

*Repente* moriuntur nonnulli, qvi optimo corporis habitu magnaq; plenitudine ultra vires expleti ſunt: ſic enim facilè diſrumpuntur, & nativum calorem in his & ſtrangulari & extingvi contingit. *Moriuntur* etiam (*7. 4. tract. 4. cap. 5*) ſimiliter, qvi nimis pingves obæſiqve ſunt: exiguo nimirum illorum calore (frigidisſimi enim natura ſunt) à nimia mole obruto extinctoqve.

Nec abſimile mortis genus *experiuntur*, (*3. p. doct. 2. cap 8.*) qvi ſæpè inebriantur, nihil enim magis nervoſum genus, atqve adeò etiam cerebrum ipſum qvam immodicus vini uſus, replet obſtruitqve; qvamobrem convulſioni, apoplexiæ, ac propterea repentinæ morti facili negotio expoſiti ſunt. *Item* qvi freqventer & fortiter absq; cauſa manifeſta deficiunt, de repentè moriuntur: nimirum ob virtutis vitalis imbecillitatem. *Nec* aliter intereunt, qvibus, dum exſolvuntur, fortiter cor palpitat: atq; hi etiam, qvi acutisſimis cordis affectibus, qvas ſyncopas vocant, corripiuntur, à qvibus, ut notisſimas alias cauſas prætercam, non ſolùm affici illos ſæpè animadvertimus, qvibus os ventriculi à *lumbricis* (*Trallian. lib. 7.*

*lib. 7. c. 11.)* mordetur: ſed obſervatum eſt aliqvando, & à *Meſue (de ægritud. cord. cap. 1.)* etiam memoriæ proditum, vermes ad cor usq; penetrantes ſubitæ mortis cauſam præſtitiſſe.

Qvamobrem & cordis dolores, ut ait *Hippocrates, (in coac. prædict.)* ſeniori ſæpiùs conſveſcentes repentinam ſignificant mortem. Repente etiam diſſolvuntur ac concidunt, qvi nimio ac ſubito gaudio aliqvando efferuntur: aut magno occupante timore; *etenim (5. de loc. affect. 10.)* qvibus vitale robur infirmum eſt, animi verò affectiones ob imperitiam fortes, his animæ eſſentia facilè diſſolvi poteſt. Non pauci etiam in ipſo venereo congreſſu defecerunt: ingenti voluptate ſpiritus evaporante corrumpenteqve, qvorum exempla (ſi hoc qvoque ſcire deſideras) multa à *Plinio (Lib. 1. c. 53.)* referuntur.

Sed in univerſum cordis imbecillitas, qvæ ex freqventi animi deliqvio arguitur, plurimùm expoſita eſt ſubitæ morti; cui etiam proxima eſt oris ventriculi minùs valens conſtitutio: qvam etiam adeſſe freqvens arguit cardialgia. Qvanqvam debilis ſtomachus non tam hujus mortis cauſa eſt, qvàm occaſio, ipſo ſi licet corde ad ſympathiam convocato.

Validæ etiam apoplexiæ ſubitam afferunt necem; reſpirationis munere penitùs intercepto: hanc verò vertigines atq; incubi freqventes inſultusq́; epileptici ac certa qvædam alia cerebri vitia facilè futuram prænunciant. Sed hoc in loco prætereunda non eſt *Raſis* doctisſimi Medici ſenten-

ſententia; qvi repentinas mortes plurimùm ex apoſtemate cordis evenire affirmat; ſic enim in *Septimo continentis Libro* memoriæ mandavit. *Mors ſubitanea & velox in majori parte accidit ex naſcituris, & apoſtematibus in corde, ſed ſignificatio ſuper hoc habetur ex inflammatione & caliditate accidentibus in corpore ultra modum accidentem ex aliis; etiam ex magno anhelitu & ex paucitate ſufficientiæ: ex magnitudine ejus & expulſu in mirabili mutatione: qvibus vaſis velociter notum habeas, qvod pasſio eſt in corde.* Sed illud etiam præſtat noviſſe, cùm qvispiam repente moritur, qvânam, ſcilicet ex his, qvæ enarratæ ſunt, ægritudine, ille correptus fuerit.

Ergò diligenter anteà percontaberis, qvarum partium imbecillitate morbisvé vivens laboraverit, cerebriné, an cordis, an ventriculi, aut qvid omninò ſpontaneæ moleſtiæ anteà pertulerit. Veriſimile enim eſt, promptiùs qvempiam ex ea ægritudine interire poſſe, qvæ hominem aut ſæpè aut graviter aliàs læſerit; aut cui aliqva ratione expoſitus ſit, qvàm ex qvavis alia. At qvoniam duo ſunt repentinæ mortis genera, qvæ omnium freqventiſſimè obtingunt, *apoplexia* & *ſyncope*, optimè *Galeni* (1. *de præſagat. expulſ.* 4.) viam monſtrat; qva utraque diſcerni posſit; etenim qvi ex convulſivo aliqvo affectu moriuntur; qvo in numero principem locum habet apoplexia; hos diutisſimè permanere calidos affirmat, qvi verò ſyncope correpti

repti ſunt, adeò frigidos eſſe mortuos, ut etiam viventes refrigerentur. Sed hæc omnia, qvæ ſparſim allata ſunt, lubet, ut plenior habeatur notitia, ad pauciores qvidem, ſed tamen communisſimas cauſas ita contrahere.

*Ariſtoteles (de juvent. & ſenect. c.* 14.) violentæ mortis cauſas in univerſum duas eſſe conſtituit: extinctionem ſcilicet ac marcorem; illam, qvâ opprimatur ac ſuffocetur corporis calor; hunc, qvô idem attenuetur diſſolvaturqve. Verùm Galenus *Libro de vigore in nati caloris c.6,* interitum non à duobus, ſed à qvatuor principiis deducit: (1.) nimirum à defectu materiæ, undè ille nutritur, ut ſi lucernæ oleum ſubtrahas, (2.) à propria illius diſſipata ſubſtantia: ut cùm exigua flamma à ſole diſſolvitur: tertia (3.) eſt, cùm ille à nimia opprimitur copia: ut ſi plùs olei affundas, qvàm ſit neceſſe: (4.) Ultima verò cùm à contraria qvalitate expugnatur; ut ſi in frigidam aqvam flamma inciderit. Qvanqvam hæc omnia non ineptè ad duas illas Ariſtotelis cauſas reduces: nam & pabuli defectu ita ferè extingvitur calor, ac ſi propria ejus ſubſtantia diſſipetur. Frigoris autem occurſus ita & ipſe opprimit, & calorem cogit, ac ſi nimia ille ſuffocetur. Sed qvocunque modo naturale calidum deficiat: ſiqvidem ſenſim id fiat, ſenſim qvoqve animal moritur; ſi repentè, repentina etiam ſeqvatur mors neceſſe eſt. Diſcurre igitur per omnes affectus, à qvibus ſubitò concidere homines ſolent, in omni-

omnibus calor ipſe naturalis aut opprimitur, aut diſſolvitur. *Opprimitur* (*ad Thraſibul. cap.7.*) in athletis, in nimis pingvibus, dum ipſa alimenti moles inſitum calorem premit obruitqve, ac liberum ſpiritui tranſitum intercludit. Aſſimilem etiam interitum ingens nobilium partium dolor inducit, univerſo ſangvine initio ad viſcera affatim irruente. Nec aliter etiam ab asſumtis adinotisqve venenis inteteunt homines, dum nimirum inimicam illorum vim effugiens ſangvis ſeſe colligit, ac vitæ interim obſtruit ſpiracula. Opprimit qvoqve ingens timor, dum *totius* (*2. de ſympt. cauſ. 5.*) ſangvis unà ad interna refugit: atqve ad principium defertur: cujusmodi etiam ſunt vehementes omnes cordis affectûs, qvi nimirum ad inſtrumentarias pertinent partes, *nam* (*5. de locat. affect. 2.*) intemperies, qvanqvam magnæ ſint, ſubitam mortem minimè inducunt. Contrà autem diſſolvitur calor in apoplexia atqve in omnibus morbis, in qvibus intercipitur reſpiratio: etenim *niſi* (*de dem. &c. cap. 6.*) calor innatus, qvæ ſubſtantia eſt ſemper, & per ſe mobilis ab inſpirato refrigerio intùs contineatur: foràs ille tandem exiliat, ac diſſipetur neceſſe eſt: ſimiliter etiam deficiunt, *qvi* (*2, de ſympt. cauſ. 5.*) nimiô gaudiô efferuntur, dum extrorſum animalis facultas reſoluta digeritur.

Vides ergò, cùm multæ repentinæ mortis cauſæ occaſionesqve enarratæ ſint, *omnes* tamen immodicas cordis intemperantias ſeqvi: nam ſimul

mul cum ipſo omnes vitiantur partes: cùm enim ipſæ peculiari cordis temperie actiones ſuas perficiant; hac pereunte actiones qvoqve illarum perire neceſſe eſt: ac proindè cerebri qvoqve & jecoris. Horum autem intemperie deperditâ non ſimiliter opinor cordis ſimul actionem perire: ſæpè enim aliqvi neqve ſentiunt, neqve intelligunt, neqve moventur; diuq; ſine alimento permanent: attamen vivere cernas. Verùm qvanqvam proxima ſubitæ mortis cauſa à corde eſt: Cerebri etiam atqve oris ventriculi acutisſimi affectus illud promptisſimè ad ſympathiam trahunt: nam jecur ſola atrophia hominem tollit: ideoqve longiori temporis ſpacio perdurat. Ex his igitur, qvantum in medici diligentia poſitum eſt, deprehendes, qvô mortis genere qvispiam ab interna cauſa repentè occubuerit?

## *Concluſio Totius Operis.*

### Admonitiones ac præcepta in contexendis relationibus acutiſſima.

QVæcunqve *Medicarum relationum* materiæ convenientia excogitare hactenus potui, pro viribus explicata ſunt mihi. Reliqvum eſt, ut nonnulla inſuper adjungam: qvæ Medicum in hoc notitiæ genere non tam doctrina & literis eruditum: qvam moribus inſtitutum, atqve in agendo peritum, planeqve artificem reddant. Neqve enim qvàm doctè duntaxat: ſed id etiam

qvàm

qvàm circumſpectè prudenterqve agas, intueri oportet: huic enim rei niſi animum diligenter adverteris, incultam tuam doctrinam ac parum profuturam omnes exiſtimabunt.

Ergò huc unum antè alia te admonitum velim: ut cùm primùm magiſtratus te ad relationem ferendam adhibebit, ne *præceps* ſis atqve *inconſultus* in judicando dicendoqve, maturè omnia ac prudenter agas velim: ac præſertim ſi de eadem re diverſam proponi aliorum ſententiam ſenſeris: tunc enim nihil dices, qvòd non ſatis digna meditatio *judicijq́, maturitas* elaborabit.

Neqve enim in gravi ac difficili qvæſtione: & qvæ forſitan à vulgari intelligentia remotior ſit, dedecebit Medicum, doctum licèt, uſuqve ac literis præſtantem, juſtum aliqvod temporis ſpatium expoſcere, ut conſultis autoribus de re propoſita ſententiam ferat. Ergò in ſchedula ſic omnia adnotabis, oblataqve occaſione aut memoriter referes, aut, ſi illi minimè fidas, de ſcripto recitabis. Sed ante alia ſemper te *veri amatorem* eſſe atqve amicum conſulo: nam cùm turpe ubiqve ſit, *medicum mentiri*: omnium tamen maximè indignum eſt, cùm jurisjurandi interponitur fides, qvam violare ſummum eſt nefas. Sed hoc in loco non poſſum imprudens qvorundam conſilium non improbare: qvi affirmant qvidem jurijurando magnam ſemper reverentiam deberi: verùm, cùm ita, ajunt, referimus, ut nulla ſolennitas, nulla formula præſentibus nobis

nobis conſtituitur; ſed ſcripto tantùm adhibeatur fides: licebit tum aliqvid ſupplicibus amicis condonare, atqve his præſertim, à qvibus honeſtam nobis mercedem expectamus. Qvibus ego: mendacium in re qvacunq; ſemper evitandum, ac deteſtandum eſſe arbitror: tametſi nullum jusjurandum obſtiterit; ſed tum maximè, cùm accepto pretio mentimur: ut meritò propterea vileſcant Medici, ac deſpectui habeantur, qvi mercede propoſita contra fas jusqve omne veritatem ſubvertunt. At in *medicis relationibus*, qvæ tametſi longè à curia aliqvando fiunt, nec ullum nobis religionis præſcriptum offertur: ſemper tamen nos ipſi tacitè devincimus: ac ſemper qvaſi *Deo reſte* referimus, ſi qvid, inqvam, illo tempore mentimur, nihil dubium non eſt, non ſolùm contemnere nos honeſtatis officia, ſed ſemper qvoqve jurisjurandi fidem violare. Videant ergò hi Medici, qvi tam facilè, tam temerè ſuam ſententiam de re qvacunqve pronunciant: ne, *dum amicis ac lucro ſtudent, interim Dei odia, contemptæq́ religionis ſupplicia juſte mereantur.*

Præterea nunqvam illorum inſtitutum commendare ſoleo, qvi levisſimas qvasqve ægritudines ita verbis exaggerant, amplificantqve, ut nihilo gravisſimis leviores putes. Hi præter loqvendi vanitatem nunqvam etiam hanc infamiam apud vulgus evitare qveunt: dum ſcilicet qvem modò graviter habere palàm profeſſi ſunt, eundem non multò

multò pòſt publicè incedere, atqve in omnium conſpectu eſſe animadvertunt. Nec minùs qvoqve falſas illorum ratiocinationes, ac calumnias fero: qvi, dum referunt, ambiguis qvibusdam verbis, qvæ iniqva interpretatione veritatem obducant, judicibus; qvos hac in re fallere promptum eſt medicis, imponunt, dum exiguos morbos gravem exitum facilè habituros probant. Sic enim qvem febricula in carceribus occupavit, ajunt, indè illum ſolvi oportere, qvoniam ob inſalubrem loci conditionem, pravi ſucci, qvorum effectus indiciumqve eſt febris, ita poſſent in corpore cumulari; ac fieri graviores; ut facilè vitæ periculum immineret. Eqvidem fateor, putridam febrem vitioſos corporis ſuccos arguere, ac poſſe illos vitio aëris tam pravè affici; ut ægrotantem interimant. Attamen plerunqve exigua febris omni vacat periculo: nec effatu dignam arguit putredinem: ſoletqve etiam in carceribus diu atqve innoxiè perferri. Proindè nihil erit neceſſe, hominem emitti. Neqve enim id à nobis exigunt judices, *num illa ægritudo fieri aliqvando deterior* poſſit? ſed, *num ita fieri plerunqve ſoleat*: nam, ſi qvod fieri interdum valet, illud in relatione proponas, qvis neget, etiam integrè valentes in carcerem conjectos, & ægrotare, & interire, nihilominùs poſſe.

Deniqve hoc in loco non me latet, qvàm facilè *avaritia* ac *lucri cupiditas* ſerpat: qvàm promptè multorum animos obſideat; eoqve impru-

dentiæ deducat,ut *mendacium* etiam atq; *perjuri-um* certâ mercede paciſci non dubitent.

Nec deſunt, qvi ab utroqve diſceptante adverſario, dum *Medici relationem* ſibi qvisqve favorabilem ambit, pecuniam accipiant: nam ut juſtam unius mercedem medico minimè recuſandam puto: ita etiam à qvacunqve alia manum abſtinere ſemper ſvaſerim: Doli hi ſunt adverſariorum ac machinæ, qvibus Medicorum conſtantiam virtutemqve expugnare atqve evertere enituntur. Sed hæc ad Medici mores, ac probitatem ſpectant.

Hoc magis ad dicendi moderationem facit: ut ſcil. in referendo ſemper judicis animum mentemqve nobis ante oculos proponamus: atqve ita aptè ad illius poſtulata duntaxat reſpondeamus: ex qvibus etiam noſtræ relationis argumentum deſumetur. Ergò hac in re plurimum peccare illos puto: qvi ſæpè longiùs, qvàm res poſtulat, digrediuntur, ac leviculas, neſcio qvas, qvæſtiones, ne quidquam agitant; undè judicum animos defatigari, ac tædio affici contingat. Simpliciter poſteà, qvæ tua ſententia fuerit, explicandum, ac breviter communibus qvibusdam rationibus comprobanda ſunt omnia, niſi tamen in controverſiam res veniat. Fit enim plerunqve, ut judex unius Medici ſententiam ſuſpectam habens, alios etiam ad cauſam adhibeat. Et tunc paulò longiori oratione opùs eſſe,non dubito: nam & reſpondendum ad con-

contrarias rationes, & exqviſitiùs de rebus agendum. Sed & hæc etiam qvàm brevisſimè licèt.

Illud etiam advertendum eſt, ne in tradenda relatione nimis obſcuri ac intellectu difficiles ſimus: neqve eo ſermone utamur, qvi nimio cultu affectatus, aut ſtudioſa cura perqviſitus ſit. Hîc ego Latinum ſermonem cœteris libenter prætulerim: magis enim è medica dignitate eſt: niſi tamen aliam eſſe judicis voluntatem ſenſeris: tunc enim vulgari ſermone res omnis eſt explicanda: ut clara ſint omnia: nec ille de ſententia ambigat. Cujus rei gratia, obſcura qvædam vocabula, qvæ Medicis qvidem notisſima, ſed Jurisconſultis minùs intellecta, tametſi in relatione apta eſſe videbuntur, ego tamen facilè præteribo, ac communiora potius, notaqve magis pro his interponam. Ergò libenter ego, ſi ſe unqvam offerat occaſio: pro ſymptomate morbi effectum: pro cauſo ardentem febrem: pro diarrhæa fluxum ventris uſurpabo. Aptius etiam renum calculo laborare qvempiam, qvàm nephritide dicam: dolore capitis, qvàm cephalalgia aut cephalæa: hydrope, qvàm aſcite, aut tympanite, aut leucophlegmatia. Qvòd ſi has etiam medicas voces aut oſtentationis gratia, aut alio conſilio, uſurpare in animo eſt: nihil veto: modò vulgarius nomen intereà ac tritum magis, qvaſi interpretationem qvandam, ac periphraſin interponas

Sed illud etiam ignorandum non eſt, in nonnullas rerum occaſiones Medicum nonnunqvam incidere: ut cùm nihil certi de re propoſita conſtet: dubia omnia, incertaqve referre nos etiam oporteat. Non ſemper enim promptæ ſunt rerum atq; affectuum notæ: ut propterea in dubia atqve ancipiti Medicorum relatione ſatis juſta eſſe poſſit excuſatio. Verùm hæc tantùm admonitos impræſentiarum Lectores volui: non qvòd plura etiam non ſint, à qvibus caveat, & qvæ ſervet *referendi* præcepta, ſed qvod dum paucis his, qvæ ſunt potiora, aſſveſcent: facilè pro medica dignitate præſtabunt.

FINIS.

ELEN-

# ELENCHUS CAPITUM

## *LIBRI I.*

## Sectionis Primæ

*De*

## Locorum Salubritate.

CAP. I. *Qvomodo à vario Cœli adſpectu, Terrarum Loca afficiantur?* p. 1.

CAP. II. *Venti qvâ ratione Regiones immutent?* p. 13.

CAP. III. *De aqvarum Salubritate atqve præſtantia, & qvem Valetudini uſum præſtent aqvæ?* p. 23.

CAP. IV. *De puteis, ac ciſternis, & qvod fontanæ aqva pluviæ ſit præferenda: item, de nivali, & glaciali nonnulla.* p. 30.

CAP. V. *Flumina, Lacus, ſtagna qvomodo Regiones afficiant, & qvalis ſit hortorum, aër, & Locorum plantis conſitorum?* p. 34.

CAP. VI. *Mare, qvâ ratione vicina afficiat loca?* p. 41.

CAP. VII. *Inſulæ qvalem habeant aëris Temperiem?* p. 45.

CAP. VIII. *Sublimia Loca humiliaq;, ac montium Vicinitas qvod Salubritatis Indicium præbeant?* p. 48.

CAP. IX. *Qvomodo ex Terræ atqve adnaſcentium herbarum natura: item ex certa animantium*

*tium habitudine, ac promiſcuus qvibusdam aliis Regionum ſalubritas judicetur?* p.52

CAP. X. *Qvæ ſalubris eſſe debet in civitate viarum ratio?* p.57

CAP. XI. *Ex prædictis conditionibus, qvænam cæteris præſtent?* p.59

CAP. XII. *Qvi inſalubrium corporum ſtatus, qvibus gaudeant Locorum naturis?* p.61

CAP. XIII. *Terrarum Loca, qvatenus animos hominum afficiant?* p.66

CAP. XIV. *De climatum Temperie judicanda,* p.69

*LIBRI I.*

## Sectionis Secundæ

*De*

# Locorum Mutatione.

CAP. I. *Qvæ Locorum Mutationes ſanis hominibus cavendæ ſunt.* p.73

CAP. II. *Qvalis Locorum mutatio pro Temporum varietate eſſe ſoleat?* p.78

CAP. III. *Qvod Locorum mutatio aliqvando ex aqvarum, aut aliarum Rerum intempeſtivo uſu, non ſui ratione, inſalubris ſit.* p.82

CAP. IV. *Locorum mutationes qvibus ægrotantium corporum affectibus conveniant?* p.84

CAP. V. *An Patriæ aër ſemper ſit cæteris præferendus?* p.87

*LIBRI*

*LIBRI I.*

## Sectionis Tertiæ

*De*

## Peſtilenti Conſtitutione.

CAP. I. *De cauſis Peſtilentiæ.* p.89.

CAP. II. *De Peſte, quæ à Deo præſertim immittitur.* p.91.

CAP. III. *De Peſte, ex Aſtrorum influxu?* p.93

CAP. IV. *De Peſtilentiæ cauſa, ob aëris vitium, ejusq; præſertim manifeſtas qualitates.* p.96.

CAP. V. *De aëre peſtilenti ob propriæ ſubſtantiæ corruptelam, ac putridæ exhalationis permixtionem.* p.100

CAP VI. *De peſtilentiæ cauſis, quæ aliunde ad ſalubres Regiones defertur.* p.107

CAP. VII. *De peſtilentia ex communi omnium victu.* p.110

CAP. VIII. *De propriis ſingularum peſtilentium cauſis.* p.115.

CAP. IX. *Qua ratione præſentem adeſſe peſtem adſerendum ſit?* p.121.

*LIBRI I.*

## Sectionis Quartæ

De

## Vitiis Eduliorum præcavendis.

CAP. I. *De Tritici, ac reliquorum cerealium ſeminum, & Leguminum vitio advertendo.* p.124.

CAP. II. *De vitiatis Carnibus agnoſcendis. p. 130.*
CAP. III. *De vitialis piſcibus agnoſcendis. p. 138.*
CAP. IV. *Quæ animalium carnes inter reliquas alendo præſtent, & quibus quæque hominibus magis conveniat? p. 141.*
CAP. V. *Greſſilium ſingulorum carnes, cujus Facultatis ſint? p. 146.*
CAP. VI. *Volatilium carnes cujus naturæ ſint? p. 150.*
CAP. VII. *Piſcium in nutriendo facultates. p. 156.*
CAP. VIII. *De fugacibus fructibus evitandis. p. 160.*
CAP. IX. *De aquæ, Vini ac Nivis damnando uſu evitando. p. 163.*

*LIBRI II.*

## SECTIONIS PRIMÆ
De
## Cicatricum natura & judicio.

CAP. I. *De Generali Pulchritudinis notione. p. 171.*
CAP. II. *De Pulchritudinis definitione ſpeciali. p. 175.*
CAP. III. *De quorundam nominum ſignificatione. p. 184.*
CAP. IV. *De Secunda naturalis pulchritudinis ſpecie. p. 185.*
CAP. V. *De duabus Pulchritudinis ſpeciebus ab arte inductis, & quæ cuique ex adverſo reſpondeat deformitas. p. 188.*
CAP. VI. *Quæ pulchritudinis ſpecies à deformi dicta cicatrice offendatur. p. 190.*

CAP. VII.

CAP. VII. *Quid? & quotuplex ſit cicatrix?* p. 192.
CAP. VIII. *Quarum partium ratione, & quibus aliis de cauſis magis minusvè deformis reddatur cicatrix?* p. 195.
CAP. IX. *Cautiones quædam in judicandis cicatricibus.* p. 199.

LIBRI II.

SECTIONIS SECUNDÆ

De

## Simulatione Morborum

CAP. I. *Cum vera proponitur ægritudo, quomodo referendum.* p. 202.
CAP. II. *De Tribus ſimulationum Generibus* p. 205.
CAP. III. *Quibus rationibus morbum ſimulantes deprehendi posſint?* p. 209.
CAP. IV. *De Mendicantium dolis, dum morbos ſimulant, deprehendendis.* p. 214.
CAP. V. *Qua ratione qui à dæmonibus oppresſi ſunt, aut maleficio detinentur, à cæteris, ægrotantibus internoſci debeant?* p. 219.

LIBRI II.

SECTIONIS TERTIÆ

De

## Tormentis ſuſtinendis.

CAP. I. *Quinam Tormento Chordæ ferendo apti, ineptive, dijudicari debeant?* p. 225.

CAP. II. *Cujus ætatis homines duci ad Tormentum liceat?* p. 228.

CAP. III. *Nimis obæſi, & qui proximè comederunt, num duci ad equuleum ex jure poſſint?* p 231.

CAP. IV. *Mulieres prægnantes, enixæq; ac lactantes, an duci debeant ad equuleum?* p. 233.

CAP. V. *Qui thorace ſunt nimis anguſto, quatenus tormentum ferre poſſint, & quæ ſigna ſuſpenſos in equuleo periclitari arguant?* p. 235.

CAP. VI. *Quænam pectoris vitia à tormento excuſant?* p. 238.

CAP. VII. *Quæ capitis vitia, aut Ramicum ſpecies, à tormentis excuſant?* p. 239.

CAP. VIII. *Quæ Brachiorum vitia ab equuleo excuſant?* p. 241.

CAP. IX *Quæ febres, qui dolores, viriumq; imbecillitas, à Tormento excuſant.* p. 245.

CAP. X. *Qui corporum ſtatus ab itinere faciendo hominem excuſent?* p. 246.

*LIBRI II.*

## SECTIONIS QUARTÆ
## De Læſionibus Muſculorum.

CAP. I. *De Inſtrumento motus voluntarii?* p. 249.

CAP. II. *Quæ Muſculorum ſectiones, quas motuum Læſiones in univerſum faciant?* p 252

CAP. III. *Inſtitutiones quædam univerſales, Medico ad prædicendum in hoc genere neceſſaria.* p. 254.

*CAP. IV.*

CAP. IV. *Frontis ac palpebræ ſuperioris vulnera qvidnam detrimenti relinqvant?* p. 257.
CAP. V. *Buccarum ac Labiorum: itemq; inferioris maxillæ, & Maſticationis functiones, qvarum partium vulneribus impediantur.* p. 260.
CAP. VI. *Capitis motiones qvarum partium vulneribus offendantur?* p. 263.
CAP. VII. *Brachiorum vulnera, qvibus functionibus incommodent?* p. 264.
CAP. VIII. *Manuum vulnera qvibus functionibus incommodent?* p. 268.
CAP. IX. *Fæmoris ac Tibiarum vulnera, qvas functiones impediant?* p. 270.
CAP. X. *Qvorum nervorum, ac cujus ſpinæ partis vulnera, qvos partium motus lædant?* p. 273.
CAP. XI. *Non ſemper diſciſſis muſculis, nervisve, propria illorum ceſſat functio.* p. 279.

## *LIBRI II.*

# SECTIONIS QVINTÆ

*De*

# Artuum Læſionibus.

CAP. I. *Manuum functiones præſtare cæteris, & qvomodo digitorum actiones inter ſe diſtingvantur?* p. 284.
CAP. II. *Pedum functiones, qvô dignitatis loco conſtituantur? & qvæ ratio ſit particularis læſionis?* p. 291.

*LIBRI*

LIBRI II.
## SECTIONIS QVINTÆ
DE
## MUTILATIONE

CAP. I. *De Mutilis variæ ſententiæ.* p.294.
CAP. II. *De triplici Mutilationum differentia, ac de Mancis, & qvod non ipſa particula abſciſſa, ſed qvæ remanet, mutila ſit dicenda.* 296.

LIBRI II.
## SECTIONIS SEXTÆ
DE
## MEMBRIS

CAP. I. *De Membri ſignificatione diverſa Medicorum Loca.* p.300.
CAP. II. *Qvæ vera ſit membri ſignificatio, exactius oſtenditur.* p.302.

LIBRI II.
## SECTIONIS SEPTIMÆ
DE
## Læſionibus, qvæ poſt Vulnera remanent.

CAP. I. *Utrum qvispiam integrè à vulnere convaluerit?* p.305.
CAP. II. *Num Læſio ex Vulnere remanſura ſit, ac perpetuo duratura?* p.307.

LIBRI

*LIBPI II.*

## SECTIONIS OCTAVÆ

*De*

# Erroribus eorum, qvi Medicinam faciunt.

CAP. I. *Qva ratione tueri Medicum, aut culpare juſte liceat: ſiquidem erroris, aut criminis ſuſpicione in judicium vocetur?* p. 311.

CAP. II. *De Phyſicorum erroribus judicandis.* p. 313.

CAP. III. *Chirurgorum errores, qvomodo in judicio examinandi?* p. 319.

CAP. IV. *De qvibusdam corporum locis, in qvibus ferri adminiſtratio periculoſa eſt, chirurgi admonentur.* p. 326.

CAP. V. *Phebothomatorum errores qvomodo agnoſcendi?* p. 329.

CAP. VI. *Obſtetrices qvomodo in ſuo exercendo munere erraſſe deprehendi posſint?* p. 332.

CAP. VII. *Animadverſiones qvædam medicis in referendo utilisſimæ.* p. 335.

*LIBRI III.*

## SECTIONIS PRIMÆ

*De*

# VIRGINITATE

CAP. I. *De Vulgaribus ſignis Virginitatis.* p. 337.

CAP. II. *De ſangvinis in primo concubitu profuſione, ac de Hymene dictâ membrana.* p. 339.

CAP. III. *Oſtenditur, ſigna vulgaria in deprehendenda Virginitate, nihil momenti habere.* p. 340
CAP. IV. *Reliqvorum ſignorum Examen, & qvid de re ipſa tandem ſtatuendum ſit.* p. 343

## LIBRI III.

# Sectionis Secundæ
## De
# Potentia Generandi.

CAP. I. *Qvi conjuges ad prolem ſuſcipiendam apti eſſe judicari debeant?* p. 353
CAP. II. *Qvæ Virilium Inſtrumentorum vitia ſterilem virum arguant?* p. 355
CAP. III. *De frigidis ac ignavis Genitalibus.* p. 360
CAp. IV. *Valde obæſos, effœminatos, Varicoſos, & lue gallica affectos, magna ex parte infœcundos eſſe.* p. 362
CAP. V. *Qvæ uteri Intemperies ſterilitatem pariat? ac de Mulieribus valdè obæſis, & de eis, qvæ viragines dicuntur.* p. 365
CAP. VI. *Qvæ Inſtrumentorum generationis vitia in fœminis conceptionem impediant?* p. 370
CAP. VII. *Qvæ viri ac fœminæ proportio ad conceptionem reqviratur? Et qvare conjuges interdum juniores, non rarò ſeniores magis generant? & qvod aliqva fœcunditatis nota à Parentibus deſumatur.* p. 371
CAP. VIII. *De prima ætate ad conceptionem idonea.* p. 374

CAP. IX. *Quis ultimus ſit annorum Terminus, ad concipiendum idoneus, & de occulto ſterilitatis principio.* p. 382
CAP. X. *Utrum Marem generare per ſalubria Medicinæ Præcepta, quempiam liceat?* p. 384

*LIBRI III.*

## Sectionis Tertiæ

De

# Morbis Hereditariis.

CAP. I. *Quæ Parentum ægritudines in liberos transferri conſueverunt?* p. 390
CAP. II. *Ponuntur Principia quædam, à quibus propoſitæ quæſtionis determinatio deducitur.* p. 392
CAP. III. *Qui morbi ſint hereditarii, & quâ ratione in liberos transferantur.* p. 397
CAP. IV. *Cur à vitiatis Parentibus non ſemper vitiatos filios generari neceſſe eſt?* p. 404

*LIBRI III.*

## Sectionis Quartæ

De

# Cognoſcenda Ingravidatione.

CAP. I. *De dignoſcendis fœminis, an in utero gerant?* p. 408
CAP. II. *Explicantur ſingula ſigna, quæ ex tribus poſitis principiis deducuntur.* p. 410

CAP. III.

CAP. III. *Qvatenus prædictis ſignis fidendum ſit, & qvæ ſint potiora?* p. 417.
CAP. IV. *Qvomodo vera gravidatio à Mola diſtingvatur?* p. 418.
CAP. V. *De Prægnantium Urinis, & qvatenus qvædam alia explorandæ gravidationis experimenta fidem faciunt.* p. 420.
CAP. VI. *Qvibus Indiciis deprehendi poſſit, maſne an fœmina in utero geratur?* p. 424.

*LIBRI III.*

## SECTIONIS QVINTÆ

*De*

## Molæ Generatione.

CAP. I. *Utrum ad Molæ conceptum virile ſemen neceſſario reqviratur?* p. 42[illegible]
CAP II. *De Molæ cauſis variæ authorum ſententiæ.* p. 430.
CAP. III. *Ponuntur principia qvædam; & qvæſtionis determinatio.* p. 43[illegible]

*LIBRI III.*

## SECTIONIS SEXTÆ

*De*

## Animatione & Formatione Fœtus.

CAP. I. *Qvot dierum fœtus in utero animam rationalem accipiat.* p. 43[illegible].
CAP. II. *Duo eſſe Tempora, qvibus animam rationa-*

*tionalem fœtui primum immitti, arbitrari licet.* p. 438
CAP. III. *De qvatuor fœtus Temporibus, ac qvot diebus diſtinctio Membrorum in utero perficiatur?* p. 440
CAP. IV. *Qvomodo ſtatuendum ſit, abortivum fœtum animatum fuiſſe?* p. 446

*LIBRI III.*

## SECTIONIS SEPTIMÆ

*De*

# Tempore Partus.

CAP. I. *Qvi partus legitimo Tempore editi ſint, qvi ſecus habendi?* p. 449
CAP. II. *An aliqvod pariendi certum ſpatium ſtatui poſſit?* p. 451
CAP. III. *Septimum dierum qvadragenarium Legitimum eſſe pariendi Terminum, & qvatenus certus aliqvis dies in partu conſtitui posſit.* p. 454
CAP. IV. *Salarisne an Lunaris Menſis in partus Temporibus computandis, adhibendus ſit?* p. 458
CAP. V. *Initium Gravidationis, unde ſumendum?* p. 463
CAP. VI. *De Partubus ante ſeptimum menſem prodeuntibus, ac de ipſo ſeptimeſtri partu.* p. 468
CAP. VII. *De octimeſtri partu.* p. 472
CAP. VIII. *De Novimeſtri ac decimeſtri partu.* p. 478

CAP. IX. *De Undecimeſtri partu, ac reliqvis tardioribus.* p.480

### *LIBRI III.*
## SECTIONIS OCTAVÆ
### *De*
# MONSTRIS.

CAP. I. *Qvinam monſtroſi partus Rationalis animæ participes ſint? qvive pro uno, aut duobus hominibus habendi?* p.487

CAP. II. *Qvæ corporis figura animam Rationalem monſtro ineſſe ſignificat?* p.488

CAP. III. *De Humano monſtro cum ferino capite, aut de ferino cum humano capite, item, de qvibusdam particulis, qvæ præter naturam geminantur, aut deſunt, aut monſtroſe augentur.* p. 490

CAP. IV. *De Partu ferino, ex humano ſemine.* p.493

CAP. V. *De Partu, qvem Mulier ex Bruti congreſſu ediderit.* p. 498

CAP. VI. *De Partu ex dæmonum concubitu.* p.500

CAP. VII. *Duone capita, an duo Pectura, ad duo animalia efformanda, reqvirantur?* p.501

CAP. VIII. *Qvæſtionis concluſio, & conformatio.* p.509

### *LIBRI IV.*
## SECTIONIS PRIMÆ
### *De*
# Mortuorum Indiciis.

*CAP. I.*

CAP. I. *Qvibus Indiciis Mortui ſunt deprehendendi?* p.513
CAP. II. *Reſpirationem communisſimum vivendi ſignum eſſe, & qvibus modis occulta reſpiratio deprehendi posſit?* p.514.
CAP. III. *Rejiciuntur Argumenta contra Galenum & de qvibusdam aliis viventiúm indiciis* .p.516
CAP. IV. *Rigorem ac Frigus corporis non ſemper interitum arguere.* p.519
CAP. V. *Tridui expectatio in Mortuis explorandis, an unquam ex uſu ſit?* p.520
CAP. VI. *Qvæ in Mortuis viventium ſimilia conſpiciantur?* p.523

## *LIBRI IV.*
## SECTIONIS SECUNDÆ
De
# Vulnerum Lethalitate.

CAP. I. *Utrum accepto vulnere, qvispiam interierit? an alia fuerit mortis occaſio?* p.525
CAP. II. *Unde Lethaliũ vulnerum ratio in univerſum ſumenda ſit? ac qvæ tuta, mediaq́, vulnera ſint judicanda?* p.526
CAP. III. *Qvarum corporis partium lethalia ſint vulnera?* p.531
CAP. IV. *Qvibus Indiciis particulæ, qvarum vulnera ſunt Lethalia, vulneratæ eſſe deprehendantur?* p.542

CAP. V. *Quæ tuta, quæve periculoſa eſſe vulnera dicantur? particularius explicatur.* p.546
CAP. VI. *Capitis vulnera cujus notæ eſſe cenſeantur?* p.551
CAP. VII. *Quomodò ſtatuendum ſit, vulneriſne an aliarum Rerum culpâ hominem interiiſſe?* p.556
CAP. VIII. *Quomodo ab exiguis Vulneribus ac minime lethalibus interire homines contingat?* p.558
CAP. IX. *Explicatur quidam Galeni locus, & nonnulla noſtræ opinionis Teſtimonia adducuntur, & vulgares quidam confutantur.* p.562
CAP. X. *Quibus morbi diebus occulta vis vulnerum lethalium manifeſtari ſoleat?* p.567

*LIBRI IV.*

## SECTIONIS TERTIÆ

*De*

## Veneno interfectis.

CAP. I. *Utrum aſſumto veneno, an potius interno corporis vitiò, quiſpiam interierit?* p.570
CAP. II. *Quæ ſint communia venenorum Indicia, ante obitum, & quæve cujusq; propria?* p.571
CAP. III. *Quæ poſt obitum aſſumti veneni ſigna præbeantur?* p.575
CAP. IV. *Quorum venenorum internoſci notæ non poſſint?* p.581

*LIBRI IV.*

## SECTIONIS QVARTÆ

*De*

# SUFFOCATIS.

CAP. I. *Qvomodò deprehendi poſſint, qvi ab extra ſuffocati interierunt?* p. 584
CAP. II. *Quæ ſint externæ ſuffocationis Indicia?* p. 585
CAP. III. *De his, qvi ob calidioris, atqve alieni aëris Reſpirationem ſuffocantur.* p. 587

*LIBRI IV.*

## SECTIONIS QVINTÆ

*De*

# VEXATIS.

CAP. I. *Qvî dignoſcere illos liceat, qvi verberibus cæſi, aut aliter contundente telo interierunt?* p. 590
CAP. II. *Quæ potiores ſint illorùm notæ, qvi percuſſi, nulloq; vulnere conſpicuo, intereunt?* p. 592

*LIBRI IV.*

## SECTIONIS SEXTÆ

*De*

# Ictis à Fulmine.

CAP. I. *Varii effectûs fulminum.* p. 594
CAP. II. *Variæ eorum notæ, qvi à fulmine occiduntur.* p. 598
CAP. III. *De cauſis Mortis repentinæ ab intra.* p. 600

# Index Rerum Notabilium.

## A.

ABolitio actionum peſſima p.293
Abortiva 315.316
Abortus ex promiſſione abortivi 316
Acetum an in colica proſit 335
Actionum læſio 293
Adamas qvale Venenum 573.574
Admonitiones ad Medicos referentes 606.612
Adſpectus Cœli variunt Loci ſalubritatem 2.3
Adſpectus cœli quadruplex 2.3
Adſpectus cœli ad meridiem quæ incommoda nobis ferat 3.4
Adſpectus cœli ad ſeptentrionem quæ habeat commoda 4.10.11
Adſpectus cœli ad orientem, homini utilis 5.6
Adſpectus cœli ad occidentem morboſius 6
Adſpectus auſtralis cur ſeptentrionali præferendus 7.8
Ædificia, qvomodo ratione fluminum, locanda? 37
Ægri diverſi diverſo gaudent aëre 62.63.64
Ægyptus qvale habeat Temperamentum 49.74
Æquinoctia pariunt mutationes 78.79
Aër hortorum inſalubris 40
Aër Ruri melior quam in urbe 56
Aer frigidus an calidis Temperamentis conducat 61.62
Aer, qvi peſtis cauſa 116
Æſtus capitis Vulneribus cur noceat 553
Ætas ad conceptionem habilis 375.376.377.380
Africa

*Africa ſemper aliquid novi* 496
*Alapa lethalis* 393
*Albi menſes, ſterilitatis cauſſæ* 368
*Alexander Magnus ex ſerpente* 501
*Amplitudo uteri undè* 371
*Anevriſma pro abſceſſu infeliciter apertum* 321
*Anguſtia naturalis, virginitatis index* 349.350.351
*Anguſtia uteri, undè* 370
*Anima in cerebro* 509
*Anima rationalis quando fœtui adveniat?* 437.438
*Animalia venenis paſta, an in uſum revocanda?* 138.137
*Anodyna an gangrænæ proficua?* 325
*Aper ſalamandrâ paſtus, venenatus* 177
*Apertio calvariæ, quando neceſſaria?* 324
*Aphonia, quomodò ſimuletur* 217
*Aphonia ex infelici Strumæ curatione* 327
*Apnæa mortis index* 515. *hyſterica* 515. *apoplectica* 518
*Apoplectici quî excitandi?* 519
*Apoplectica reviviſcens* 521
*Appetitus venereus teſtatur de uteri intemperie* 367
*Apulus ventus* 20
*Aqua utplurimum noſtra corpora alterat* 23.24
*Aqua coctione corrigitur* 26
*Aqua Levis, an bona?* 28.29
*Aquarum Sapor* 29.30
*Aqua putealis* p.30.31. *ciſternarum peſſima* 32. p.33. *ciſternæ quomodò corrigenda?* 33. *pluvialis, an reliquis præferenda?* 32.33. *glacialis peſſima* 34

*nivalis peſſima* 34. *fluvialis morbifica* 34. 35. *Nili an ſalubris?* 35. 36. *Tyberis* 35. 36. *fluvialis ægrè coqvitur* 37
*Aqva per plumbeos canales derivata, nocet* 163
*Arcadia cur inſalubris?* 49. 50
*Architecti debent intelligere Medicinam* 1. 2
*Articulus qvid?* 307
*Aſphyxia vera, cum vita conſiſtere neqvit* 523
*Aſthmatici an Chordam ſuſtineant?* 236. 337
*Aſtra mutationum ſigna ſunt non cauſa* 80. 81
*Aſtra afficiunt flumina* 106
*Aſſveti fœtidis, cur rarò peſte corripiantur* 56
*Atheroma* 434
*Atlantica Inſula* 46
*Atretæ* 379
*Attractio ſeminis in uterum ſine pene, eſt impoſſibilis* 356. 357
*Aures* 198. *purulentæ, in fœtu, unde* 399
*Auxilium anceps experire licet, qvam nullum* 336
*Aves, qvale nutrimentum præbeant?* 151
*Aves, qva ratione præparandæ?* 155
*Avtopſia ad fœtus formationem reqviritur* 443
*Avtopſia Partium uſus detegit* 508. 509

B.

*Bohemia qvali gaudeat temperie?* 49
*Botium periculoſe ſecatur* 321
*Brachiorum vulnera* 264
*Britanni cur longævi* 4
*Buccarum vulnera* 260

C.

*Cacochymia an in vulneribus mortis cauſa* 564. 566

*Cadaver veneno interfectum non crematur* 583 *non ſit verminoſum.*
*Cagneus ventus* 29
*Calor in mortuis cur interdum ſuperſit* 520
*Cancer mammarum qui ſimuletur* 215
*Cannabis qualitate ſuâ, civitates vitiat* 56
*Caput duplex, duplicem facit hominem* 510
*Caput cur in Baptiſmate aqua conſpergitur* 510
*Caput eſſe partem principem, ex SS. probatur* 512
*Carcerum qualitas* 203
*Carnes animalium quæ bonæ?* 130. 131. *quando bonæ* 132. 133. *vitiatæ vitandæ* 135. 136. *rabidarum inutiles* 138. *greſſilium quales* 144. *volucrium* 143. *Domeſticorum* 145. *caſtratorum* 145. *animalium prægnantium* 145. 146. *variant ratione paſcuorum* 149
*Caro hircina qualis* 134. 135. *ſuilla* 146. 147. *aprugna* 147. *bubula ibid. vitulina* 148. *ovilla* 148. *caprilla* 148. *hædina* 148. *leporina* 149. *cuniculina* 150. *avinum* 151. 155
*Cartaginenſes, quare aſtuti* 68
*Cartaginenſium peſtis* 114. 115
*Cauſa Procatartica* 562. 563
*Cautiones Chirurgicæ in operando.* 326, 327. *in phlebotomia obſervandæ* 331
*Cerebrum an pars princeps* 504. *cum cælo habet analogiam* 509
*Centauri non dantur* 495
*Charonia puerorum Educationi infeſta* 12
*Chordæ Tormentum quid?* 225. 226. *duplex actu* 227

*Chorda & Equuleus Fideli ſynonyma* 231
*Chorda quos patientes excludat* 236.244.245
*Cicatrix lædit pulchritudinem* 190. *faciei tantum à medico conſiderandæ* 191. *quid?* 192. *quotuplex?* 193. 194. 199. *Naſi* 195. 196. *Labiorum.* 195. *aliæ, particulares* 195. 198 *recens quid indicet?* 199 *cur in fronte non coëat.* 200. *ab exiguo vulnere, cur magna* 201. *Barbæ* 201.202
*Circius ventus* 20
*Ciſternæ* 32. 33
*Civitas, an juxta Stagna ponenda?* 39. 40
*Civitates magnæ, quare inſalubres habeant puteos* 31
*Clamores morbum non ſignificant* 205
*Claudicatio caſu ab alto curatur* 244
*Climatum differentiæ* 69. 70
*Cœli ſalubritas vulneribus capitis conveniens* 558
*Collum in defloratis an craſſeſcat?* 341
*Color facit ad pulchritudinem* 176
*Conceptio an fieri poſſit ſine menſtruo* 378.379
*Conjuges cur in prima ætate fœcundi* 373.374
*Conjugium quando contrahendum* 381
*Conſvetudo quando attendenda* 88
*Contagium* 119. 120
*Coſmetica ars* 188
*Cor an ſit pars princeps* 503
*Cor duplex duplicem hominem non arguit* 510. *eſſe partem principem ex SS. probatur* 512
*Coturnices eſui ſuſpectæ* 138
*Cretenſes peſſimi* 69
*Croton cur à peſte immunis?* 12

*Cruris*

*Cruris vulnera* 273
*Cubile febricitantium qvale debeat eſſe* 65
*Cubiti vulnera* 266. 267
*Cubitus in motu qvomodo lædatur* 256

D.

*Dæmoniaci* 219. 222. *qvî curentur* 224. 225
*Decimeſtris partus* 478
*Deciſio ſeminis à partibus qvibuslibet,* 392. 393
*Decocta in alembicis plumbeis non fiant* 165
*Defloratio ſimulari, & diſſimulari poteſt* 352
*Deformis qvis* 189. 190
*Deformitas qvotuplex* 189
*Deligatio arcta, oculorum facit procidentiam* 325
*Dies* 280, *an ſint juſtus Terminus partus* 454. 455
*Digitis an exploretur Ingravidatio* 413. 418
*Digitorum præſtantia* 291
*Divites qvando in peſte citius intereant* 120
*Doli mendicantium* 214. 218
*Dolor circa umbilicum, an ſignum ingravidationis* 414
*Domus pictæ febricitantibus non conducunt* 65, *nec inſanientibus* 65
*Duodecimeſtris partus* 485. 486
*Dyſenteria ex aqva per plumbeos canales dervata* 163

E.

*Ebrioſi cur ſteriles?* 364
*Echymoſis non eſt certum ſignum contuſionis* 590
*Elephantiaſis, qvi ſimuletur?* 216
*Enna qvali temperie gaudeat* 49
*Ephelides, an Ingravidationis ſigna* 415

*Eqvu-*

*Eqvuleus* 225.226.245
*Errores ambigui qvi excuſandi.* 335
*Errores Medicorū 311.312. Phyſicorū 313.314. Chirurgorū 319.320.322. Chirurgorū in vulneribus capitis 323. in deligatione 325. Phlebotomatorū 329. obſtetricū 332. Chirurgorū in capitis vulneribus 553.554*
*Eteſiæ* 7.8
*Eunuchi* 361
*Experimenta, qvibus ingravidatio exploratur* 422.423
*Extractio Secundinarum violenta, periculoſa* 333
*Exſpirationes ægrotantium, peſtis cauſæ.* 115

F.

*Facultates alimentorum reſpectu Individuorum, variant* 133.134
*Fames peſtis cauſa* 115
*Ferrara temperata* 72
*Fertilitas calidā, non temperatam arguit Regionē* 7.8
*Fibræ qvid?* 280
*Fibræ Muſculorum coaleſcere poſſunt* 280.283
*Flumina qvæ ſalubria, qvæ non* 36
*Fluxus ſangvinis in coitu, an teſtetur de virginitate 339. cur contingat? 344.350. non eſt ſignum adæqvatum virginitatis* 344.350
*Fluxꝰ ſangvinis in coitu, qvâ arte procuretur* 345.346
*Fœcunditas quibus ſignis cognoſcatur.* 374
*Fœminæ cur citius adoleſcant* 377
*Fœminæ in viros converſæ* 386
*Fœmoris vulnera* 270.271
*Fœtores viciniæ nocent* 55.56
*Fœtus abortivus an fuerit animatus* 446.449
*Fœtus Formatio* 389.390.440

*Fontes*

*Fontes ad ſolis ortum optimi* 24. *meridiani an deterrimi?* 24. 25. *Lapidoſi boni* 27. 28. *bonitatem fontium arguunt herbæ innaſcentes* 28
*Fonticulus exitialis* 318. *an ſterilitatem pariat* 364
*Fractura coſtarũ, & claviculæ an à chorda excuſetur* 44
*Frigidi qvinam?* 360. 361
*Frigus non eſt certum mortis ſignum* 519. 520
*Frontis vulnera qvid lædant* 257. *non ſemper motum Palpebrarum impediunt* 279
*Fructus circa ſtagna morboſi* 40
*Fructus horarii nocivi* 161. 162. *effectus eorum* 162. 163
*Fulmen varios effectus habet* 595. 596. 597

G.

*Gagates Virginitatis explorator* 339
*Galli cur manſveti?* 68
*Gallici ſteriles* 364
*Genitalia fœminis cur intus?* 390
*Germina qvi peſtis ſigna?* 118
*Gigantes* 500
*Glans Penis alio in loco perforata, impedit generationem* 360
*Granaria qvalia debeant eſſe* 126

H.

*Hæmoptyſis, qvi ſimuletur?* 208. 213
*Helenæ S. Inſula* 45
*Hereditarii morbi* 391 *an tantum ſint intemperiei* 401. 402 *vel conformationis etiam* 401 *an impediri posſint medicamentis* 406
*Hordeum* 129
*Horror poſt coitum, an ſignum Ingravidationis* 413
*Horti Junonis* 72

*Humor*

*Humor aqveus in oculo eſt excrementum* 310
*Humores in oculo regenerantur* 310
*Humores cur ex utero partus Tempore fluant?* 333 334
*Hydrophobia* 578
*Hymen an detur* 339 *qvid?* 340
*Hymen non datur* 346.347. *eſt inutilis* 348. *non eſt naturalis* 348.349. *præſens, nullum virginitatis illibatæ ſignum* 349.352. *non eſt in omnibus virginibus* 351. *ſtudio interdum rumpitur* 351
*Hyſtorica reviviſcit* 514.521

## I.

*Japix ventus* 20
*Icti à fulmine* 594. *qvas habeant notas* 598
*Icti à fulmine an putreſcant* 599
*Imaginum utilitas in conceptione* 405
*Imbecillitas an cauſa morbi hereditarii* 402
*Imbecillitas feminis fœminnii, qvomodo corrigatur* 405
*Inciſio cur in articulis periculoſa* 328
*Inciſio diverſa juxta ductum fibrarum* 328
*Inciſio arteriæ ſine anevriſmate* 329
*Inciſio Nervi, loco venæ, eſt periculoſa* 330
*Incubi* 500
*Indi cum feris coëunt* 496
*Infans decem annorum, generat* 375
*Influentiæ, ſterilitatis cauſæ,* 383. *fœcunditatis cauſæ* 384
*Ingravidatio qvî cognoſcatur* 408. *difficulter cognoſcitur* 409

*Ingravidationis futuræ ſigna* 409
*Ingravidatio non ſemper fit, retento ſemine* 411. *à molâ qvomodo diſtingvenda* 419
*Infectæ peſtis ſigna* 118
*Inſpiraio putrida peſtis cauſa* 120
*Intemperies uteri, ſterilitatis cauſa* 365. 366
*Inſulæ cur ſaluberrimæ* 45. 47. *maris mediterranei, qva temperie gaudeant* 46. *parvæ reliqvis ſalubriores* 47. 48. *Fortunatæ* 72
*Itali cur bellicoſi* 68. 67

L.

*Lacus inſalubres* 38
*Læſiones poſt vulnera remanentes* 305. 360
*Laſcivæ citius concipiunt* 380
*Leguminum effectus* 129. 130
*Lepos pulchritudinis parergon* 187
*Lethalitas vulnerum* 525 *unde ſumenda* 526 *à partium vulneratarum natura dependet* 528. 529. 530 *an à ſymptomatis petenda?* 527. 529
*Lethale vulnus qvotuplex* 530
*Lethalia vulnera qvænam* 550
*Ligatio venæ in angina, ſuffocationem facit* 330. 331
*Ligures cur agreſtes* 68
*Limus aqvarum vitium* 27
*Lingvæ præſtantia* 292
*Linum civitates qvalitate vitiat* 56
*Lithotomi qvando excuſandi* 322
*Livor papillæ nox indicat deflorationem* 341. 342
*Loca ſublimia ſalubria* 48. 60
*Locatio ædificiorum reqvirit ventorum notitiam* 22

*Locris cur à Peſtilentia immunis* 12
*Lolii effectus* 128
*Longitudo homini naturalis qvænam* 177.178
*Loræ incommoda* 166
*Luna qvas in corpore noſtro faciat mentiones* 80
*Luxatio in alam cur contingat* 227
*Luxationes infeliciter repoſitæ* 324.325

M.

*Maculæ in corporibus mortuorum unde* 591
*Magiſtratus victus curam habeat* 124.125
*Maleficium tollit Generationem* 362
*Mammæ turgeſcentes an ſignum Ingravidationis* 416
*Mancus cur Mancum generet* 394
*Manus qvam habeat dignitatem* 285.288. *præſtant officia pedum* 188. *animi ſenſa explicat.* 288. 299. *Membrum eſt* 289.290. *qvid? qvandoq; operatur per digitos* 290
*Marem cur ſemper intendimus generare* 384
*Mare qva ratione loca afficiat* 41. 42. *ventos temperat* 42. 43. *ſanitati confert* 43
*Maritima loca ſunt calida* 41. 42. *humida* 43
*Mas unde generetur* 385. *fœminâ calidior* 386. *an medicamentis generari poſſit* 387
*Maſtrupatio fœminarum* 344
*Maxillæ inferioris vulnera* 262
*Mechanici fœtidi, civitati nocent* 55
*Medici de alimentorum Facultatibus debent teſtari* 125. *an in judicium vocari poſſint* 312.314. *abortiva non porrigant* 315.316

*Mediolanum temperatum* 72
*Melancholia erotica* 221. 224
*Membrum æqvivocum* 300. *qvid* 301. 303
*Mens an in cerebro?* 504. 505
*Menſis nonus an ſit juſtus pariendi Terminus* 453
*qvalis in Termino partus obſervandus* 458. 459. 484
*Merlinus Britannicus* 501
*Miaſmata peſtilentialia à longinqvo advenire poſſint* 107. 108. *Miaſma peſtilens non æqvè omnes afficit* 585
*Mictio cruenta qvi ſimuletur* 208
*Mixtio animalium diverſæ ſpeciei an per naturam poſſibilis* 494. 496
*Mixtio diverſorum ſeminum* 497
*Miracula in medicina unde* 383
*Mola an ſine ſemine virili fiat* 429. 431. *cauſæ* 431
*Mola à ſemine fœminino* 434
*Molæ durities unde* 435
*Monachi cor piſcibus veſcantur* 144
*Monoculi non ſunt monſtroſi* 493
*Monorchides non ſunt ex hac cauſa ſteriles* 355. 356
*Monſtra fiunt in medicina* 357. *qvi ſpectant ad Medicam* 487. 488
*Monſtrum an habeat animam rationalem?* 489. 490
*Monſtra turpia rejicienda* 489
*Monſtrum qvotuplex* 490
*Monſtrum humanum cum capite ferino* 491. *ferinum cum humano capite* 491. *ungulas habens* 491

*Morbi acuti Domiciliorum, non Regionum mutationes, reqvirunt* 86
*Morbus Epidemius non ſemper ab aëre vitioſo* 113 114
*Morbi à veneficio* 221. 224
*Morbi cur ſubito fiant* 577. 578
*Morbi qvi ex carcere liberant* 203. 204
*Morbi in peſtem degenerant* 123
*Morbi hereditarii* 391. *qvales* 397. 401. *cur non ſemper deriventur in infantes* 404. 405
*Mores montanorum* 67. *Maritimorum* 68. *inſulanorum* 69
*Mors repentina ſine veneno* 578. 579. 580
*Mors repentina ab intra* 600. *qvas habeat cauſas* 601 602. 604
*Mors an vulneri vel aliis cauſis tribuenda* 556. 557. 564. 566
*Mortui peſtis ſigna habent* 123. *qvibus indiciis depre-hendendi* 513. 514. *qvæ habeant viventium ſimilia* 523. 524
*Mulieres cur ſæpius à dæmone obſideantur* 224
*Mulieres non menſtruatæ concipiunt* 379
*Multitudo clanculum curantium, excuſat medicos* 335. 336
*Muſculus eſt Inſtrumentum motus voluntarii* 251
*Muſculus qvot habeat partes* 251
*Muſculus ubivis* 251
*Muſculorum fibræ* 251. 252. 253. 254

*Muſculorum ſectio, qvas lædat actiones* 252.255
*Muſculi ſectio, non tollit prorſus actionem* 256
*Muſculi Temporalis læſio qvæ ſymptomata faciat* 252. 253
*Muſculi capitis* 263. 264. *humeri* 265. *manus* 266. 269
*Muſculus Tibiæ motor exſcindi poteſt, absq; læſione curſus* 271. 272
*Muſculi regenerantur* 280
*Muſculi intercoſtales in reſpiratione parva non moventur* 516
*Muſculus Pectoralis qvi in Tortura afficiatur* 243
*Muſtum nocet ſanitati* 165
*Mutatio Locorum an ſemper periculoſa?* 73. 74. *qvænam ſit periculoſa* 75.77
*Mutilus qvis* 295. *à manco differt* 298.299
*Mutilatio qvotuplex* 296 *pulchritudinem tollit* 297. *parti ablatæ non competit* 299
*Myologia ad vulnerum eventus neceſſaria* 249. 250. *Chirurgo eſt neceſſaria* 322

N.

*Naſamones ante ſeptimũ deiẽ neminẽ ſepeliebant* 522
*Naſus pulchritudinis ſedes* 196.197
*Naſi abſciſſio* 197
*Natura regionum à qvibusdam dignoſcitur plantis* 54

*Navigatio cur in meridiem facilior 15. an corpora immutet 83. qvibus conducat* 85
*Nepotes cur hereditariis morbis afficiantur* 403
*Nervi an à corde 508, 503. à Cerebro* 508
*Nervi Recurrentes* 327
*Nervi regenerantur* 281
*Nervi diſciſſi actiones lædunt 273. 274. cur per externum muſculi non decurrant 275. Brachii unde 275. cordulis in cardinalium Galeris adſimilantur 275. Femoris* 276
*Nervorum Principium medico ſcitu neceſſarium* 274
*Inciſio, qvando Chirurgos infamat* 322. 323
*Nix potui an ſit apta? 167. 168. quando utilis 168. 169. qvalia habeat incommoda* 169. 170
*Nodus Gordii* 214
*Nonagenarius genuit* 383
*Nonus dies in vulneribus, an alicujus efficaciæ* 567. 568
*Novimeſtris Partus* 478

O.

*Obæſi an infæcundi 362. differunt à corpulentis* 363
*Obeſitas fœminas reddit ſteriles 363. an cauſa ſterilitatis* 369
*Obſtetricem poſſunt excuſari 322. de fœcunditate nihil certi prædicere poſſunt 354 digitis ingravidationem explorare certò non poſſunt 412. 413. 418*
*Oculi 198. cavi an ſint ſigna gravidationis 416. cur à venere immutentur* 416

*Oſti-*

*Octimeſtris partus* 472. 473
*Olympias à ſerpente compreſſa* 501
*Omentum ſterilitatis cauſa* 368
*Opera naturæ incerta* 445. 446
*Ophthalmici qvando excuſandi* 322
*Orificium uteri pro chorio apprehenſum & lethaliter vellicatum 333. qvale ſignum conceptionis præbeat* 411
*Orion qvas mutationes pariat* 79. 80
*Ortus Solis non ſemper idem* 3
*Oſſa fracta firmiora fiunt, non fracta 241. puerorum ab obſtetrice vitiari poſſunt* 334

P.

*Pallor an ſignum Ingravidationis* 415
*Palpebrarum vulnera* 257. 259
*Paludes inſalubres 38. Inſectorum feraces 38. Ægyptiacæ cur inſalubres* 39
*Pandemius morbus etiam eſt Epidemius* 113. 114
*Pars qvænam princeps* 502
*Partes ſpermaticæ regenerantur* 281. 283
*Partes principes juxta Galenum tres* 504
*Partus ante ſeptem menſes qvalis 468. ſeptimeſtris 468. 469. octimeſtris 472. 473 Novimeſtris 478. duodecimeſtris 478. undecimeſtris. 480. 481 eſt legitimus 481. 487. duodecimeſtris 485. 486. Tredecimeſtris 486. Menſium viginte trium* 23. 486
*Partus ferinus ex humano ſemine 493. 494. ſunt Sodomiæ 494. humanus ex Bruti Congreſſu 498. 499. ex dæmonum concubitu* 500
*Pedum functiones* 291. 292

*Pedes manuum functiones interdum præſtant* 292
*Pedum Læſio majoris æſtimanda, quam oculorum.* 293
*Penis membrum* 305. *deffectus ſterilitatis cauſa* 356. *Exiguus generare poteſt* 357.358. *inſtar verrucæ, ineptus eſt ad Generationem* 358. *Exiguus qvinam?* 358. *qvando brevis dicendus* 359. *longus qvæ incommoda* 359
*Penis longitudo uteri vaginam non æqvat* 358.359
*Penis diſtortio* 360. *Paralyſis accenſetur frigidis* 361. 362. *unde cognoſcatur* 362
*Peſtis incommoda* 89. *ſigna* 90. *cauſæ* 90. 91. *à Deo qvænam* 91. 92. *ab aſtris* 93. 95 *ab aëre* 96. 97. *à qualitatibus manifeſtis* 98. 99. *ab accultis* 100. 101. *à Terræ motu* 102. 103. *à cloacis* 103. *ab hominum multitudine* 103. *à paludibus* 104. *ab inundatione* 104. *à cadaveribus* 104. *à Locuſtis* 104. *ex Apotheca* 105. *à draconibus* 105. *à communi victu* 110-114
*Peſtis in Ægypto quotannis graſſatur* 108
*Peſtis miaſma variis inhæret* 108.109
*Peſtis ſigna à Deo immiſſa qvænam* 115. 116. *à cibis corruptis* 120. *Præſens qvî cognoſcatur?* 121. 124.
*Peſtis à piſcibus mortuis* 140
*Percusſio ſine Vulnere qvî cognoſcatur* 592. 593. *orificii ventriculi ſuperioris eſt lethalis* 593
*Percusſio ſyncipitis* 593
*Petechiæ* 591
*Petrus Aponenſis fuit partus undecimeſtris* 481

*Phantaſiæ Potentia in conceptione* 405
*Phlebotomatores qvando excuſandi* 330
*Picæ effectus* 399
*Piſces qvale habeant alimentum* 139. 143. 156. 158. 160. *differunt ratione aqvarum* 139. 156. *fluviailtes pesſimi* 139. *Littorales vitandi* 140. *intoxicari poſſunt* 140
*Piſces an peſte corripiantur* 107
*Plumbi noxa* 164
*Pollex Pro-*Manus 290. 291
*Poma qvando noceant* 161
*Portus cur inſalubres* 44
*Prædictio excuſat* Medicum 336
*Primogeniti cur ſæpe fatui* 380
*Principium Ingravidationis unde* 463. 464
*Procidentia uteri qvi ſimuletur* 216. 217
*Propagatio ſpeciei neceſſaria* 353. 354
*Proportio ad pulchritudinem neceſſaria* 175. 176
*Ptarmica* 518
*Puella ex eqva* 494. *aſina* 494
*Pulchritudo qvid* 172. 175. 186. 187. *variat juxta ſexum* 179. *ætatem* 179. *eſt ſanitatis effectus* 180. 182. *variatur à partium numero* 181. *à figura* 181. *à pilis* 182. *corporis habitu* 183
*Pulchritudo ab arte inducta* 188
*Pulchritudo filiorum unde* 405. 406
*Pulchrum à formoſo differt* 184. 185
*Pulſus qvomodo in ſimulatione morborum mutetur* 208. 213. *mutilus* 298

*Pulſus & Reſpiratio ſe mutuo ponunt, & tollunt* 522. 523
*Putredo ventorum, Peſtis cauſa* 119

R.

*Regio Tabiana* 11.44
*Regiones variè mutantur ab aſtris 12. humiles ſanitati non conferunt 50.51. montanæ minus ſalubres* 51.52
*Relegatio quibus morbis excuſetur* 246.348
*Reſpiratio communisſimum vivendi ſignum 515. quomodo exploretur* 515.519.589
*Retentio ſeminis neceſſaria eſt ad conceptionem* 410
*Rigor partium non eſt certum mortis ſignum* 519
*Robuſtum ſemen quale* 407
*Rubigo Tritici* 128.129
*Rumex ad Virginitatem cognoſcendam inutilis* 342
*Ruſtici quando in peſte citius intereant* 120

S.

*Sagittæ venenatæ an carnes ferarum inficiant* 136.137
*Sangvis in mortuis effunditur* 592
*Sangvis æmulatur vini naturam* 167
*Sangvis in vulneribus debet habere exitum* 323.324
*Sangvis menſtruus alterum generationis principium 395.396. Labem ſeminis Virilis corrigit* 403
*Sanguinis perfectio* 506
*Salubritas Locorum ad qvid conducat 1. Civitatum mutatur ab immunditie 55. mutatur ab aliis rebus* 82.83
*Scirrhus uteri cauſa ſterilitatis* 371
*Scython ventus* 20

*Sectio*

*Sectio cadaverum an de veneno aſſumto nos faciat certiores* 580
*Semen extra vaſa naturalia, fit ſterile* 357. *in uteri fundum non infunditur* 359
*Semen qvid* 392. *habet in ſe proportionem ad omnes partes* 393.384. *fœmineum qvomodo ſe habeat* 395.433
*Semidei* 500.501
*Semina cerealia cur temporibus certis matureſcant* 483
*Septimeſtris Partus* 468.469
*Setaceum an cauſa ſterilitatis* 364.
*Sexagenariæ concipere poſſunt* 383
*Sexus* 389
*Signa maris concepti* 424.426
*Signa veneni adſumti* 571.572.573.575.576
*Signa virginitatis* 337 352. *læſæ virginitatis* 338.339
*Signum virginitatis nullum datur* 343
*Signa Vulneris Aſperæ arteriæ* 543
*Cerebri* 543
*Cordis* 543
*Diaphragmatis* 545
*Epatis* 544.
*Inteſtinorum* 545
*Medullæ* 543
*Pulmonum* 542.544
*Renum* 545
*Ventriculi* 544
*Veſicæ* 545
*Similitudo natorum unde?* 405.498

*Simulatio morborum* 202. 203. *quotuplex* 205. 212 *cur fiat ab hominibus* 206. *ſimulationis morborum exempla* 206. 218. *quomodo reprehendenda* 207. 210
*Simulantes morbum Pulſus mutare poſſunt* 208. *urinas* 208. 213. *faciei colorem* 208
*Sirenes* 491. 492
*Sol aquas non reddit Craſſiores* 25
*Solſtitia pariunt mutationes* 78. 79
*Sophiſticatio Virginum* 344. 345
*Spaſmus Cynicus unde* 261
*Spinalis* Medulla *quid* 278. 529
*Spiritus animalis unde* 506. 507. *à vitali non differt realiter* 506
*Stagna peſſima* 39
*Steatoma* 434
*Sterilitas unde* 368. 371. *quibus experimentis cognoſcatur* 327
*Strumarum infelix curatio* 327
*Sturni eſui ſuſpecti* 138
*Subſolanus cur Italis inſalubris* 18
*Succubi* 500
*Suffitus an teſtetur de ſterilitate* 367
*Suffocatio unde* 584. 585. 586
*Suffocati qui cognoſcendi* 587. 586
*Suffocati quo genere morbi extinguantur* 588. 589
*Suffuſio infeliciter curata* 321. 322
*Suppresſio Menſiũ quale ſignũ Ingravidationis* 414. 415
*Symptomata vulnerum lethalium quando ſeſe manifeſtare ſoleant* 567. 568. 569

*Syno-*

*Synovia* 307
*Syria inſalubris* 50

T.

*Tabiana Regio* 11.44
*Tabulata quibus ægris conveniant* 64
*Taprobane Inſula* 45
*Tempemmenta diverſa diverſos requirunt cibos* 142
*Tempora incidere cur periculoſum* 327.262.263
*Tempus purgationis in Puerperis, reſpicit Tempus formationis fœtus* 443
*Tempus partus* 449.450. *an ſit certum homini* 451
*Tendo Muſculi* 252. *regeneratur* 281
*Tenebræ febribus implacitis bonæ* 65.66
*Terminus ultimus generationis* 382.383
*Teſtium dignitas* 355
*Teſtes exſecti ſterilitatis cauſa* 355. *minimi non generant* 355
*Teſtium Tumor ſterilitatis cauſa* 356
*Thlibæ quinam* 357
*Torpor in digitis à compreſſo ulnæ Tubere unde?* 276 277
*Tortura non æque ab omnibus ſuſtinetur* 228. *Tortura quos excipiat* 230. 238. *fracturis oſſium conducit* 244
*Tredecimeſtris partus* 486
*Triduum an in quibusdam morbis expectari debeat* 520.521
*Triduum in morbis non dependet ab humorum motu* 522

*Triti-*

*Triticum vitiatum hominibus nocivum 125. 127. putridum 127. corruptum coctione non corrigitur 128. à Lolio diſcernendum* 128
*Turba civitates turbat* 57

V.

*Variæ* 181.194
*Varices periculosè ſecantur* 321
*Varicoſi an ſteriles* 364
*Vari* 181.194
*Vena humeralis ſine periculo ſecatur* 331
*Venenum ab animalibus deglutitum, non ſemper homini noxium* 136
*Venenum an aliquis acceperit* 570.571
*Venenum adſumtum qvalia in corpore exiſtant ſigna* 571.572
*Venenum in cremate poteſt applicari* 575
*Venenum vulneribus adſpergi poteſt* 575
*Venena ad Terminum* 581.582
*Venena an à calore noſtro obtundantur* 582
*Venenum qvale fuerit adſumtum determinari non poteſt* 582.583
*Venetiæ temperatæ* 72
*Ventorum differentiæ 13. effectus diverſi 14. 16. morborum cauſæ 16. variantur à diverſa Solis habitudine 17. 18. Boreales cur orientalibus præſtantiores 18. 19. aſſumunt Locorum qvalitates, per qvæ ſpirant* 20.22
*Ventriculus Rex corporis* 528.529
*Veretrum exciſum, ſterilitatem inducit* 355
*Veſalius ab hyſterica in ſecando territus* 514

*Vexa-*

*Vexati* 590
*Viæ civitatis quales eſſe debeant* 58.59
*Vibex in partibus nervoſis contuſis, nullus* 590
*Vibices non certa ſunt contuſionum ſigna*
*Vinum ante maturitatem non veneat* 165. *non æqvaliter maturantur* 165
*Vina ſecundaria non ſunt vina* 166
*Vini adulteria* 166. *qvomodo præcavenda* 166.167
*Vinoſa cur vinoſum generet?* 399
*Viri cur maleficiis ſæpe obnoxii* 224
*Vitia naturalia & acqviſita in fœtum traduci poſſunt* 400
*Virginitas à medico exploranda* 337
*Virginitatis deſtructio ſpontanea* 344
*Virginitas non habet ſignum certum* 352
*Virgines à defloratis non diſtinctæ* 352
*Umbilicus eſt in homine medius* 507.508
*Undecimeſtris partus* 480.481. *eſt legitimus* 481.483
*Volucrium Interitus, ſignum peſtis* 118
*Vomicæ Thoracis qvi aperiendæ* 327
*Vomitu rejecta à medico cur inſpicienda* 574
*Urina virginum qvalis* 339. *defloratarum non differt à veris virginibus* 343. *Prægnantium* 420.421
*Uromantia fallax* 421.422
*Urſinorum familia unde* 499
*Uterus pro ſecundinis extractus* 333
*Uterus concepto ſemine, an ſe contrahat?* 412
*Uterus non trahit ſemen inſtar cucurbitæ* 414

*Vulnera*

*Vulnera Lethalia arteriarum* 539
*Aſperæ arteriæ* 539
*Cerebri* 532.533
*Cordis* 531
*Diaphragmatis* 537
*Epatis* 534
*Inteſtinorum tenuium* 537
*Lienis* 541
*Pulmonum* 535
*Renum* 541
*Spinalis medullæ* 538.539
*Ventriculi* 535
*Veſicæ* 538
*Vulnera quæ pulchritudinem lædant* 191
*Vulnerum Incommoda* 254
*Vulnera Frontis 257. palpebræ 257.259.279. ſupercilii 258.259. Buccarum 260. maxillæ inferioris 262. Muſculi Temporalis 262. 263. Brachiorum 264. Humeri 265. Cubiti 266.267.279. Manus 268. 269 fœmoris 270.271. Cruris 273. vertebrarum cervicis 276. ſpinalis medullæ 277.278. articulorum 307. Capitis 308.309 oculorum 310.*
*Vulnera tuta quænam* 546. *periculoſa* 546. 548.
*media* 547
*Vulnera ſub clavicula cur periculoſa* 547
*Vulnera difficulter Curabilia* 548
*Vulnera Umbilici periculoſa* 548
*Vulnera articulorum 548. partiũ Nervoſarũ 549.551*
*Vulnera capitis cur ſemper periculoſa 551. 552. cur difficulter curentur* 555.557

*Vul-*

*Vulnera non lethalia, cur mortem ſferant* 559. 560. 561. 562. 563
*Vulnera lethalia quænam* 550
*Vulnera non lethalia ſi mortem inferant, ab humorum vitio & imbecillitate contingit* 564. 565

X.

*Xylaloe ad virginitatẽ explorandam inutilis* 338. 342

Z.

*Zeelandia temperata* 46
*Zelotypia pellicum* 223
*Zephyrus cur Vaſconibus pernicioſus* 18

# ERRATA.

*PAg. 19. lin. 27. pro tempore, leg. Tepore. p. 73. biß 79. lin. 1. leg. Liber Primus. p 202. lin. 16. pro æquitudo. leg. ægritudo. p. 207. lin. 7. pro doſi. leg. doli. p. 283. lin. 10. poſt hoc, dele etiam. p. 309. lin. 3. poſt, fragile eſt, adde, quam memoriæ, p. 316. lin. 11. del. juvamenti p. 381. lin. 17. pro ſinceris. leg. ſi noſtris p. 400. lin. ult. pro confirmatione leg. conformatione p. 406. lin. 11. pro nam itas, lege non ita. p. 418 lin. pro re lege ne. lin. 13. pro medicus lege modicus p. 491. lin. 21. pro noſtrum lege monſtrum p. 503. lin. per ult. poſt multos dele in, ibid. poſt etiam, adde in 566. lin. 22. poſt natura adde, non p. 567. lin. 10. pro promere lege prodere 568. lin. 3. pro habente lege habentem lin. 25. pro color lege calor. reliqua B. L. haud gravatim corriget.*

SOLI DEO GLORIA!

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA